This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Digitized by Google

Digitized by Google

4447

ENGLISH SCHOOL
LIBRARY,
OXFORD

AW 60 HAL

STACK

300015695T

Digitized by Google

Digitized by Google

LEXICON FRISICUM.

Digitized by Google

Digitized by Google

LEXICON FRISICUM.

A—FEER.

COMPOSUIT

JUSTUS HALBERTSMA

HIDDONIS FILIUS.

POST AUCTORIS MORTEM EDIDIT ET INDICES ADIECIT

TIALLINGIUS HALBERTSMA

JUSTI FILIUS.

HAGAE COMITIS

apud MARTINUM NIJHOFF

MDCCCLXXVI.

Digitized by Google

ENGLISH SCHOOL
LIBRARY,
OXFORD

EX TYPOGRAPHEO JANI DE LANGE DAVENTRIENSIS.

Digitized by Google

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

TIALLINGIUS HALBERTSMA

JUSTI FILIUS.

Utinam ipsi auctori huius lexici contigisset tibi L. B. salutem dicere, neque mihi, linguarum Germanicarum rudi, pium quidem sed ingratum praefationis conscribendae munus iniunctum fuisset! idque non solum mea causa, cui etiamnum patris adspectu, sermonibus, caritate frui liceret, sed non minus tua causa, cui non fragmentum Frisici lexici offerretur, sed qui integrum opus habiturus fuisses, absolutum ab eo, qui tanto oneri suscipiendo par esset: quumque ego exilem tantum et brevem praefationem praemissurus sim, ille absoluti operis consilium rationemque plene tecum communicaturus fuisset et ex magna doctrinae copia hauriens fuse expositurus fuisset, quid sibi videretur de Frisicae linguae indole, origine, historia, de quibus ego nil habeo quae proferam. — Sed quorsum querelae inutiles? Quin potius explicemus, quae causa sit cur pater opus non ad finem perduxerit, quum tamen aetas satis longa ei contigerit — fere octogenarius enim decessit — et iam iuvenili aetate operi se accinxerit.

Ac desidiam quidem nemo aequus patri exprobrabit, qui noverit quantam industriam per totam vitam in his studiis posuerit. quanto ardore ea coluerit, spretis iis voluptatibus, quibus vulgus hominum delectari solet, ita ut multi, qui non norant, eum pro homine moroso haberent. Contra iure contendas eum nimis magnum opus ambitiose affectasse. Nimirum sibi proposuerat uno corpore complecti omnia vocabula et omnes loquendi modos, quibus Frisii uspiam usi essent. Itaque non satis habebat si vocabula, quibus etiammunc Frisii Neerlandici utuntur, ordine enumerasset et explicasset, sed praeterea in seriem recipere constituerat tum vocabula Frisicae originis quae adhuc in usu sunt apud reliquos gentis Frisicae

Digitized by Google

stirpis, Frisios dico Boreales, Orientales, Occidentales, tum vocabula antiquata, quae vetusta literarum Frisicarum monumenta nobis tradiderunt. Neque hac re contentus boni lexicographi muneri se defuturum esse arbitrabatur, nisi singula vocabula stirpibus suis attribuisset, harumque explicationi comparationem cum linguis cognatis praemisisset et exposuisset unde originem ducerent. Denique in his omnibus explicandis pater constituerat Latina lingua uti, iamdudum intermortua, qua quam difficile sit sine longis ambagibus enarrare res domestici usus, mores et instituta huius aetatis, toto coelo a Ciceronis et Caesaris temporibus distantia, neminem fugit. Magnum temporis compendium fecisset, si vernacula lingua usus esset, qua quam apte sensa explicare potuerit, omnibus qui eius opera Hollandice scripta tractarunt notum est; sed metuens, idque non sine causa, ne sermo vernaculus viris doctis exterarum gentium impedimento foret, quominus cum fructu lexico uterentur, in horum commodum operae molestiam sibi auxit et Latine scripsit.

Vel sic tamen opus immensum ad finem perducere potuisset, si maturius operis prelo parandi et edendi consilium cepisset: sed duae maxime causae obstiterunt, per se quidem laudabiles, sed lexici editioni in primis perniciosae. Primum est, quod praeter lexicon Frisicum in aliis quoque libris conficiendis multum otii consumpsit, inter quos, ut libellos Frisice conscriptos et minora opuscula omittam, nomino librum de illustri familia van Haren, *Annotationes in Maerlantii Speculi Historialis tomum IV, a 2ª classe Instituti Regii editas, duos libros de variis argumentis, quibus titulus* Letterkundige Naoogst. *Tum multum temporis ei eripiebat epistolarum consuetudo, qua cum multis utebatur. Alterum quod obstabat quominus maturius de lexico in lucem edendo cogitaret, diversi generis est. Supra nempe dixi, patrem sibi proposuisse uno corpore quasi complecti omnia vocabula, quibus Frisii uspiam usi essent. Ex his vocabula, quibus Frisii veteres usi sunt, et ea, quae Frisii Orientales et Boreales adhuc usurpant, iam ab aliis collecta erant et sine magna molestia lexico inseri poterant; at multo difficillima operis pars restabat, nempe collectio vocum, quibus Frisii Neerlandici utuntur, quas nemodum in unum congesserat. Habemus quidem doctissimi Epkemae lexicon Gysbertianum, sed hic non nisi unius poetae vocabula collegerat, cuius poematis non nisi exigua pars inexhausti thesauri continetur, quumque praeter hunc auctorem vix unum et alterum monumentum Frisice conscriptum exstet, ex ore populi, ut ita dicam, pleraque vocabula excipienda et notanda erant. Res sane difficillima et laboriosissima; quum enim pater recte iudicaret in urbibus et vicis, quibus cum Hollandis commercium est, genuinum Frisicum sermonem multis peregrinis vocibus et phrasibus inquinatum, ne dicam plane corruptum esse, imprimis loca a frequentia hominum procul remota sibi adeunda censebat. Hinc operarum*

Digitized by Google

rusticorum, piscatorum et id genus hominum tuguria intrare solebat et cum aniculis et senibus, qui adhuc vocibus uterentur, quae iam alibi obsoleta essent, inter theam Sinensem sermones serere, ut sic quasi eliceret voces et loquendi formulas rariores, quas cum inter colloquendum notaret, non raro accidit ut hominum simplicium et qua de causa hoc faceret ignorantium suspicionem moveret. Non parum autem colligendi molestiam auxit, quod pater iam aetatis anno XXXIII *Frisia relicta Daventriam migravit inter Saxones Neerlandicos, ut non nisi per paucas hebdomades quotannis ei Frisiam visere liceret, ibique materiam operis colligere. Non quidem deerant, qui operam ei ex parte levarent et sedulo notarent, si quod vocabulum insolitum vel phrasis memoranda ad aures accidisset, quae deinde patri per litteras significarent — inter quos honoris causa nomino* RINSE POSTHUMUM, *quum inter vivos erat in pago Waexens sacerdotis reformati munere fungentem,* SALVERDAM *poetam Gysberto Jacobi filio tantum secundum,* ROOSJEN *Hindelopensem, denique fratres eius* Tiallingium *et* Eeltium; *verum ne sic quidem illi incommodo prorsus subveniebatur et nullus dubito quin, si patri licuisset perpetuo in Frisia vitam degere, copia verborum mox in tantum succrevisset, ut multo maturius edendi consilium cepisset. Iam materia crescebat illa quidem, sed non tam celeriter ac pater volebat; quotannis nova vocabula, novi loquendi modi accedebant; quid mirum si pater, qui sibi proposuisset quod nemo assequi potest, nempe condere lexicon, in quo nullum vocabulum desit, editionem distulerit. Tandem victus assiduis amicorum precibus, qui non cessabant efflagitare lexici editionem, et ipse, ni fallor, metuens, ne, si diutius cunctaretur, priusquam operi manum admovisset, mors se opprimeret, anno aetatis* LX *editionem prelo parare coepit. Ne tum quidem omnem spem abieceram fore ut pater ipse opus perficeret; erat quidem senex, verum senex vegetus, minime enervatus, plane alter Cato, ut, nisi qua calamitas supervenisset, eum facile ad nonagesimum annum perventurum crederes. Tum sperabam eum iuniores amicos assumpturum esse, qui sibi aliqua ex parte onus allevarent et saltem molestam speciminum typographicorum correctionem susciperent. Sed eheu! spes me fefellit, quamvis assidue insisterem, ut sibi alios adiungeret, quamvis ipse quoque ultro operam offerrem, constanter aliena ope se usurum negabat: per se omnia faciebat, ipse omnia specimina typographica emendabat et, quoties ab hoc opere cessabat, materiem collectam in ordinem redigere pergebat. Si praeterea tecum reputas, eum, ut ab opere taedii pleno animum recrearet, tum quoque, ut antea, aliquantum temporis opusculis litterarii argumenti conscribendis impendisse, non miraberis mortem operi supervenisse, non illam quidem immaturam, sed ex facie coniecturam facientibus inexspectatam.*

Hae maxime caussae fuerunt, cur non nisi pars operis absoluta sit. Bonum

Digitized by Google

quidem factum quod commentarii eius copiosissimi de lingua Frisica supersunt, laetandum quidem, quod Concilium provinciae Frisiae, cui hos commentarios una cum bibliotheca testamento legavit, censuit damnum patris morte litteris illatum, quatenus id fieri posset, resarciendum esse, et liberalissime decrevit, lexicon Frisicum ex his commentariis aut perficiendum, aut novum novo consilio concinnandum esse: sed quam acerba nihilominus mors illa litteris fuerit, non opus est ut multis explicem, praesertim iis, qui sciunt quam penitus pater Frisicam linguam cognitam haberet; quam exercitata et subtilis auris eius esset in diphthongis et vocalibus, quarum soni discrepantiam nunc plerosque fugere eum saepe conquerentem audivi, distinguendis: quam acute soleret discernere genuina vocabula Frisica a novitiis ad Hollandicae linguae normam factis, quorum laeta herba nunc pullulat et latius latiusque serpit; quam subtiliter internosceret, quatenus synonyma inter se differrent; quantam denique ad verborum derivationem et cognationem indagandam linguarum cognatarum scientiam; quantum in divinando acumen afferret. Quas virtutes cum considero nullus dubito, quin vel fragmentum hoc viris doctis gratissimum futurum sit, quo ex parte saltem suum desiderium expleatur. Quamquam iidem mecum dolebunt, quod pater, consilio illo laudabili quidem, sed pro aetate, qua suscepit, nimis arduo abiecto, non satis habuerit voces et phrases, quae adhuc in Frisia Neerlandica in usu essent, literarum ordine enumerare et explicare sermone Neerlandico, derivationibus et aliarum linguarum comparationibus omissis. Hoc enim consilium secutus bene, ni fallor, et sibi et posteritati consuluisset. Primum, si intra hos fines constitisset, eam operis partem, quam praecipue omnes viri docti efflagitabant, cuique rite perficiendo ille inter paucos par erat, ad finem perducere potuisset. Tum opus maculis quibusdam, quae nunc ei insident, non affectum esset. Candide enim dicam quod sentio, neque prava pietate vel potius caeco amore ductus quae unicuique patent dissimulabo.

Si pater Hollandice scripsisset, subinde non lapsus esset in Latinitate ut nunc factum videmus. Magis quidem versatus erat, ut multi ipsius aequales, in Latine scribendo, quam plerique eorum qui hodie literis operam dant, nec negem eum satis perspicue significare solere, quid velit, at, quum studiorum ratione coactus ad auctores classicos legendos parum otii haberet, contra multo saepius in barbarae Latinitatis monumentis versaretur, non raro a puro Latini sermonis usu deflexit et loquendi modos vocesque parum Ciceronianas usurpavit, quod vitium effugisset, si sermone patrio uti voluisset.

Si denique vocabula literarum ordine recensuisset, non impegisset in alterum illum scopulum de quo nunc dicam. Quicunque in lexico condendo singula vocabula suis radicibus attributurus est, ei primum opus est ut

Digitized by Google

omnia vocabula promta, parata et quasi sub conspectu posita habeat; tum ut certam aliquam et constantem rationem sequatur, qua semel cognita lector statim vocem invenire possit quam velit. Neutrum horum autem patri praesto fuit. Nulla, ut iam supra significavi, operis particula absoluta et prelo parata erat, quum operi edendo manum admoveret: quin etiam accidit, ut typographo specimina quae prelo mandaret flagitanti non haberet quod daret. In singulis autem vocabulis radicibus suis attribuendis adeo vacillat, ut dicas eum in hac re nulla certa et constanti ratione esse usum. Aliud vocabulum derivatum vel compositum litterarum ordine invenias, aliud simplici unde derivatur vel quocum compositum est subiunctum: non pauca etiam tum litterarum ordine, tum post simplicia leguntur, nec unquam fere iisdem verbis explicata vel iisdem exemplis adumbrata. Non minorem inconstantiam animadvertas in etymologia; nam non semper ad antiquissimam formam alicuius vocabuli derivata et composita referuntur, sed saepe formas derivatas et novitias primitivis praepositas videbis. In derivatis denique et compositis recensendis plerumque nullus fere ordo cerni potest; confusa et permista omnia.

Praeter haec vitia, quae pater effugere potuisset, si Hollandice scripsisset et vocabula litterarum ordine disposuisset, duo sunt, quae non solum in hoc opere, sed in omnibus fere eius scriptis iure culperis. Primum est quod occasione data subinde a proposito divagatur, et rebus vocabulisque explicandis inhaeret, quae aliena sunt a re de qua agitur. Lucro quidem tales digressiones apponimus, praesertim in opere non absoluto, sed aliud lexicographum, aliud annotatorem decet. Alterum, idque gravius vitium est, quod ut nusquam alias, sic ne hic quidem sibi in orthographia constitit, quod vitium ut semper molestum, sic in lexicographo minus quam alias ferendum est. Verum quidem est pleraque vocabula in aliis Frisiae Neerlandicae partibus aliter pronunciari, sed lexicographum oportet in hac re certam normam sequi, a qua nunquam discedat.

Enumeravi ea in quibus pater boni lexicographi officio defuisse mihi videtur; quae cum considero dubitatio mihi movetur, an pater unquam haec vitia vitare potuisset. Quippe ingenium eius vividum, acre, mobile laborem illum assiduum in rebus minutis quidem, sed in lexico omnino necessariis respuebat et aspernabatur; neque is erat, qui quae laboriose congessisset summa diligentia et cura disponeret et quasi in unum corpus colligeret, qui in omnibus modum et certam normam servaret, nec unquam se a proposito aberrare pateretur. Si autem hanc laudem minus consecutus est, at quanta sibi bona propria habet, quibus omnia quotquot huius generis lexica novi carent. Quum enim his nihil aridius excogitari possit, in patris lexico omnia succi plena sunt. Ubicunque librum evolveris singulas voces illustratas invenies exemplis maximam partem ab ipso excogitatis, quorum

Digitized by Google

alia sale et venustate delectant, alia gravitate praeceptorum quasi aculeos in mente relinquunt. Modo capita ex antiquitate Frisiorum illustrat, modo usus et mores eorum hodiernos exponit. Ut verbo absolvam, si excipias ea, quae grammatici argumenti sunt, de quibus iudicare meum non est, nulla fere operis particula est quin cum voluptate legatur vel ab eo, qui linguarum Germanicarum plane rudis est. Iudice Horatio igitur pater omne tulit punctum, qui miscuerit utile dulci.

Restat ut explicem quam rationem ego in indicibus conficiendis secutus sim. Optimum sane fuisset si omnia vocabula hoc volumine explicata litterarum ordine recensuissem, sed sic indices, ut nemo non videt, nimium in modum excrevissent. Delectus igitur habendus erat. Ac primum rationem non habendam duxi vocabulorum, quae olim Veteribus Frisiis in ore erant, quaeque nunc etiam Frisiorum Borealium et Orientalium sermone teruntur, quippe quae in idioticis, unde pater hausit, suo loco inveniantur: quamquam vel ex his ea vocabula in indicem recepi, quae pater fusius tractavit, additis notis V. Bor. *vel* Or. *Deinde frustra in indice quaeres vocabula tum simplicia, tum composita, quae suo loco in lexico leguntur; aut composita quorum membra statim agnoscuntur, quum ex his membris unum aliquod litterarum ordine invenitur: aut derivata de quorum origine nemo dubitare potest, quorumque radices lexici pars absoluta continet. Contra suscepi vocabula quae data occasione quasi in transcursu illustrantur vel quorum origo vel compositio non statim in oculos incurrit, qua in re operam dedi ut mediocritatem illam tenerem quae est inter nimium et parum, ut aliquid lectoris acumini relinquerem, neque nimis anxius essem in vocabulis recipiendis.*

Ex vocabulis autem, quae e linguis cognatis desumta pater magno numero singulis vocibus Frisicis subiunxit, non nisi ea notavi, quibus illustrandi vel explicandi causa aliquid additum inveni, quod praesertim factum video in vocabulis Hollandicis et Anglicis. Si quis autem miretur Anglica vocabula cum singulis fere vocabulis Frisicis comparata esse, scito mihi ex patris sermonibus compertum esse eum in lexico componendo hoc inprimis sibi propositum habuisse ut ostenderet, Germanos qui mari Brittanniam invaserunt, non solum Anglos et Saxones, verum magnam partem Frisios fuisse, quod sine dubio pater fusius explicaturus et demonstraturus fuisset, si ipsi praefationem scribere licuisset.

Finem facit index rerum, in quem congessi quae notatu digna inveni de Frisiorum aliorumve populorum antiquitate, ritibus, moribus, historia, et observationes grammatici generis, quae minus commode in caeteros indices recipi poterant.

Nemo opinor aegre feret me non praemisisse explicationem compendiorum, quae utpote in omnibus lexicis obvia vel tironibus nota sunt.

Digitized by Google

Non magis necessarium duxi omnium auctorum laudatorum nomina, quorum pater non nisi primas literas ponere solet, integra recensere, horum opera enim tam nota sunt omnibus, qui serio his litteris operam dant, ut ridiculus viderer iis, in quorum usum pater hoc lexicon scripsit, si talia interprete egere existimarem. Pauca quaedam compendia, quae putabam molestiam fortasse paritura iis, quibus nostratium libri minus noti sunt, infra explicata invenies.

Sed tempus est praefandi finem facere. Tu, Lector benevole, epitheto ornanti dignum te praesta in nostra qualicunque opera aestimanda et vale.

Scribebam Harlemi a. d. X. *Cal. Iunias*
a. p. C. n. MDCCCLXXII.

Digitized by Google

COMPENDIORUM NONNULLORUM EXPLICATIO.

Fr. u. *sive* urb.	Frisii urbani.
Sylv.	Silvicolae, i. e. *Frisii qui incolunt orientalem partem Frisiae Neerlandicae, vulgo* de wouden *dictam.*
Macc.	*Incolae civitatis* Makkum.
Worc.	*Incolae civitatis* Workum.
Hind.	*Incolae civitatis* Hindelopen.
Westfr.	Westfrisii, i. e. *Frisii occidentales, qui partem septentrionalem provinciae* Noord-Holland *incolunt, de quibus vide p.* 819.
Sc. o.	*Incolae insulae* Sciermonnikoog.
W. o.	*Incolae insulae* Wangeroog.
Sat.	*Incolae regionis* Saterland.
Sax. n.	Saxones Neerlandici.
Sax. l.	Saxones littorales.
G. J.	Gysbert Japiks, *nobilissimus poeta Frisius.*
W. G.	*Comoedia saeculo XVIII ineunte edita cui titulus est:* Waatze Gribberts Brilloft, *cuius altera editio Leovardiae anno* 1820 *prodiit.*
Burm.	*MS. collectionem proverbiorum Frisicorum continens, a patre provinciae Frisiae bibliothecae legatum, quod seculo XVII ineunte* C. G. van Burmania *manu exaravit. Huius collectionis aliud exemplar est in bibliotheca Leovardiensi.*
C. M.	Cadovius Muller, *qui anno* 1691 *conscripsit* Memoriale linguae Frisicae, darinnen erhalten Ostfrisische vocabula, *quod MS. a patre provinciae Frisiae bibliothecae legatum est.*
O. F. W.	Oude Friesche wetten, *ed. M. de Haan Hettema.*
E. J.	Ehrentraut Idioticon (?) *incolarum insulae Wangeroog in* Friesisches Archiv.
Het.	Hettema.
Wass.	E. Wassenbergh.
N. H.	*Hooftii* Nederlandsche Historien.
Uitl. Wb.	Uitlegkundig woordenboek.
Bred.	Brederoo, *poeta comicus Neerlandicus.*

Digitized by Google

LEXICON FRISICUM.

A, cg. literarum prima. *Die slugen binne ind bliuwe by di A*, inertes non proficiunt. *Hy ken nin A foár 'n Bie*, homo est stipes. A.v. *He does not know great A from a bulls foot*, idem. — *It lexom fen Amor kenne di domste fammen fen A ta Zeddet*, amoris secreta stupidissimæ norunt virgines.

a-bie-cie, n. tabula elementorum (abecedarium); *'n a-bie-cie-jonge*, puer elementarius, A.v. *abecedarian.* — *Abji-boek*, libellus elementorum.

A, F.b. per apocopen pro *an*, ut Angli. *A man*, Ang. *a man; à kerl*, Ang. *a churl*, sed notione diversa; *à fent*, F. *'n feint*, Ang. *a young fellow*, cætera. Eandem apocopen patiuntur fere omnes infinitivi Frisici, tum veteres, tum hodierni. Ags. *an*, Ang. *one;* F.v. *an*, *én*, F. *ien*, unus; Ang. *a* ex *an*, F. *'n* ex *ien*, vicem articuli indefinitivi præstant; Ang.F.b. *a man*, F.*'n man*, ἄνθρωπός τις. — Pro *an*, in, ad, super, F.v. frequentant *a: a himile end a erthe* in coelis et in terra.

A, ÉE, F.v. aqua, flumen; restat in multis aquarum nominibus, ex. gr. *A* flumen ducens in Groningam; *ée* flumen ducens a Leuwerda in Dokkumum, F.u. *Dokkumer ée.* F. *ie*, lacus in pago Idârderadela prope a Grouwa ad orientem. — *Smelle ie* proprie, lacus arctus in pago Smallingerlandia, opponitur vicino lacui *wide ie*, lacus amplus. Ad oram illius lacus est vicus *Smelnie*, quod nomen, intercalata litera *n*, ex *Smel-ie* ortum est.

a-pal, apal, F.v. palus littori infixus contra impetum maris. *alle apala and alle andhafde; apala* sunt pali lignei majores littori infixi, densi et in longam seriem extensi; *and-hafde* (contra-capita) similes pali e serie palorum littoralium in mare porrecti ad maris æstum de aggere deducendum; *and-hafd* vel-*haved* hodie elliptice *hâd*, pl. *hâden.* Richth. 124, 21, *ondhafda.*

a|o n d, n. F.v. insula, Sax. v. *aland*, Ags. *ealand*, idem, proprie, terra aquosa. A, *ée*, *ie* sunt comm. gen. at *IJ*, flumen separans Westfrisiam ab Hollandia, neut. gen. Hol. *het IJ.* — F.v. *é-mutha*, *emetha* (fluminis os) hodie, *Emden*, urbs maritima Frisiæ orientalis, sita ad ostium parvi fluminis ab Auriga, metropoli, decurrentis. Angli patrissantes urbes quasdam celebres appellaverunt de fluminis ostiis cui adjacent, quales sunt *Ply-mouth*, *Portsmouth*, *Yar-mouth*, *Dart-mouth;* adde vicos *Ex-mouth*, *Eye-mouth*, cæt. — Goth. *ahva*, Sax.v. *aha*, Isl. *á.* F.v. *a*, *ée*, Ags. *ea*, F. *ie*, aqua.

ABBEGAEZJE, cg. impedimenta; fæx populi. *Dy mei frouliu ut scil, hat ien bulte abbegaezje*, cum mulieribus profecturus multas curas multaque contrahit impedimenta: „Dum moliun„tur, dum conantur, annus est." Forsan milites Hispani regis Philippi II hanc vocem Frisiis reliquerunt. Hisp. *baga*, funis, restis ad sarcinas alligandas. *Bagazo*, fæx, sordes. *Bagasa*, meretrix; *abagaso* idem. Gal. *bagage* impedimenta militum vel itineratorum, Hol. *bagage*, fæx populi; Ang. meretrix. Vide an non F.o. S.l. *abegaike*, fæmina fatua, huc pertineat?

ABBEKAT, cg. causidicus. *Hi ken scriuwe as 'n abbekât*, litteras facere optime novit. *Hi hat fingers as 'n abbekât*, causidico rapacior est. (advocât.)

ABE, n. p. v. Goth. *aba* maritus. Idem quod Ags. *Æb* n. p. v. F. *Abe, Abbe. Ébe; Éabe*, id. *Éábke, Éápke*, n. p. f. —

Digitized by Google

ABEL.

Abing, *Abbing*, *Abbinga*, unde *Abbington*, urbs Angliæ; *Abington*, urbs in pago Berkshire. — *Ebinga*, *Eabinga*, nom. patron. — *Abe-herne*, nomen prati cujusdam prope a vico Grouwerga (Grouw) cf. *herne* angulus, *badu-herna*, cæt. *Abbe-ga*, *Abbe-gea*, vicus in pago Wimbridzeradeel. *Abbeng-wier*, vicus Wonseradelæ pagi, hodie *Engwier*. — *Abe skil wol werre wirde*, Burman. 1. *Abe Siuchsma luine*, ibidem, morosæ phantasiæ. cf. Hol. *luimen*, Hd. *laune*, F. vb. n. *lunje*, q. v.

ABEL, ÆBEL, adj. dexter, sagax, venustus. Ags. st. *abal and cræft*, impetus animi, vel vis menti insita, et scientia. cf. Jun. Et. Ang. Ang. *able*, idoneus, validus.

éablens, cg. liberalitas, habilitas, aptitudo, Ang. *ableness*.

æbelheyt, cg. G. J. solertia, animi generositas. Gothi habent *r* pro *l* in *abrs*, *ἰσχυρός*. Ex hac stirpe creverunt nomina propria *Abel*, *Abele*; *Æbele*, *Eabele*; *Ebele*, n. p. v. *Ebel*, *Ebelke*, *Ebeltje*; *Abel*, *Ebel*, *Ibel*, n. p. f. Gothi *Abala* n. p. f. Grimm, Getæ. p. 57.

ABEL ENDE INCEPTA vel *insepta* F.v. cicatrix extans et depressa. Formula juris in legibus Fris. *Abel* notat quidquid extat, tumet vel celsius est. Nodum notat in Ang. „*Abel-whacket*, a game played by sailors with „cards; the loser receiving so many „strokes from a handkerchief twisted „into *a knot* on his hand as he has „lost the game. Grose." Halliwell. A.v. *whacket* verber; *to whack* verberare; F. *quakke*, affligere ad terram. *Abel-whackets* sunt adeo ictus panno nodoso manui inflicti. Forsan remanet *abel* in nominibus locorum, quales sunt *Apels-gea* vicus in pago Stellingwerf-oosteinde, inter colles arenosos situs. In Cantia Ags. urbs *apuldre*, nunc *Appledore*; *Apeldoorn* in nostra Gelria, ubi multi magni colles, in quibus Guilielmus III, rex Angliæ, cervos, ardeas, aliasque feras agitare solebat. *Abel* in Leg. Fris. commutatur aliquando cum *apel*. Affines sunt voces *abal* et *afol*, (elatio) vis, robur animi, Ags. *ge-aforjan*, sese extollere, validum reddere, valere. Goth. *abrs*, *ἰσχυρός*.

ACHT.

Incepta effer *inképta*. *Képe*, v.a. cultro incisuram in ligno facere. *Kép* cg. incisio, divisura; *tsjép*, *sép*, idem.

ynképe, v. a. incidere, secare crenas. pf. *ynkéepte*. pf. p. *ynképt*, incisus, subintelligitur *groede*, cicatrix; cicatrix depressior. *Képe* Anglis est *to chipe*, *to chope*, hodie *chip*, *chop*, in minutas partes secare, quod efferunt *tsjip*, *tsjop*.

ABEELJE-BEAM, cg. populus canescens. Nl. *abeel*, Ang. d. *abele*, Ang. *white poplar*.

ABER, AUBER, adj. F. v. manifestus. Ags. *ægbær*, manifestus; *bær* nudus, vacuus; *on barum sandum*, F. *Yn it bare sân*, in mera arena.

ABT, Lat. *abbas*, genit. *abbatis*, unde F.v. *abbete*, *abbit*, contractius *abt*, coetui monachorum præpositus. Prov. *Hy is al abt deer te claester compt*, qui monasterii sodalis est jam sese æstimat esse abbatem. Burman. 80.

ACHS, *âgs*, F.b. arista, spica, Goth. *ahs*, f. Ags. *ax*, f. idem.

ACHT, octo. F.v. *achta*, Ags, *eahte*, Ang. *eight*. *Nei achten*, post horam octavam. *Dy nei achten komt mat foár niúgenen wer foárt*, qui serus venit suas res ad finem perducere nequit; mature facto opus est. *Nei achten* ex *nei achtim*; F.v. *eer fijf uwra ende ney achtim*; 558, 27. W. o. *acht* octo; *dat gungt in acht deil*, distrahitur in partes octo. *In age digge*, octo diebus. Ehr. I. 87.

di achte, *niúgene*, *tsjiene*, cg. octo, novem, decem puncta tesseræ; substantiva collectiva, elliptice pro *acht*, *niúgen*, *tsjien éagen*. *Di achte smite*, tesseras jacere et nancisci octo puncta. F.b. *jö âcht*, *f.* Hd. *die achte*. Bendsen, 30.

achtatine, achtene, F.v. octodecim, F. *achtsjin*. — F.v. *achtu-twinteg*, F. *achtintweintich*, viginti octo.

achte-som, achter-som, octo uniti. F.v. *achtasum* idem, Ags. *eahtasum*, circiter octo, Ang. *some eight* idem. *Wy kamen achtersom*, veniebamus octo uniti, i. e. frequentes ad octo, vel *wy kamen mei us achten*. Mutato pronomine personali *wy* mutatur *us*: *Hja kamen mei hjar achten*. *As men dœr komt mei syn achten is it hûs fol*. *Mei us*, *hjar*, *syn achten* idem valet quod *achtersom*. *Achter* est genitivus

Digitized by Google

ACHT.

ut Ags. *hund-seofontriga-sum*, Ang. *some seventy*, circiter septuaginta. Idem fere obtinet in cæteris numeris, ex. gr. *twa* duo, *twade* secundus; *thrije* tres, *thredde* tertius; *fiuwer* quatuor, *fjirde* quartus; unde *twader-som*, *thredder-som*, *fjirder-som*. *Tweintich* viginti, *thritich* triginta, unde *tweintiger-som*, *thritiger-som*.

achte, adj. octavus. F.v. *achtunda*, *achta*, idem. *Páaske-acht*, *Pinxter-acht*, *Maye-acht*, octava dies post diem Paschæ, Pentecostes, primam diem Maji. Veteres plenius, *Paeska-achtende* vel *achten*, *Pinxtera-achtende*, *achtende ney Maia-dei*. Nl. *achtste*, octavus. Richthofen citat locos in v. *achtunda*.

tachtich, octoginta. F.v. *achtantich*, *achtich*, *tachtig*. Nl. (Kil.) *t'achtentig*. j. *achtentich*, Hol. *tachtig*. Noster numerus cardinalis est decem, qui decies multiplicatus efficit centum. Germanorum numerus cardinalis erat duodecim, quem secundum numerum utriusque manus digitorum bis multiplicabant, i. e. quinquies et quinquies; prima multiplicatio efficit 60, secunda 120. Post introductum systema denarium Scandinavi appellabant 120 *stor-hundrade* (numerum centinarium magnum) et 60 *lill-hundrad* (numerum centenarium parvum). Galli numeros proavorum Francorum antiquos secuti usque ad 60 ut Latini procedunt per denarios numeros; *dix* decem, *vingt* viginti, *trente* triginta, *quarante* quadraginta, *cinquante* quinquaginta, *soixante* sexaginta; finito antiquo numero centenario ulterius non pergunt; ergo novam seriem incipientes, non per *septante*, septuaginta, computant, sed *soixante-dix*, octoginta *quatre-vingt*, nonaginta *quatre-vingt dix;* centum viginti *sixvingt*. *Hund* Anglosaxonibus erat antiquatus numerus centenarius; numerabant per *feover-tig*, *fif-tig*, *six-tig;* cum autem *six-tig* esset antiquorum centum, *hund* cæteris additamentis denariis usque ad posterorum numerum centenarium (120) præfigebant; ergo *hund-seofentig*, *hund-eahtatig*, *hund-nigontig*, *hund-teontig* centum, *hund-enlufontig* centum et decem, *hundtwelftig* centum et viginti *(stor-hundrade)*. Similem distinctionem observant Frisii computando *fjirtich* 40, *fyftich* 50. *sextich* 60, sed *tsantich* 70, *tachtich* 80, *twiugentich* 90. In his sola litera *t* vocis *hund*, *hunt* restat; confer *ant* in Sax. v. *ant-eibunta* septuaginta, *ant-ahtoda* octoginta.

achtkant, cg. molendinum majus, cujus ope agri aggere septi aquis pluvialibus superfluis liberantur. *Achtkant*, (octo oris) quod circumferentia octoedri formam habet. Eodem modo ex *kant* fit *fiuwer-kant* (quatuor angulis, i. e.) lectus in formam caveæ lignæ quadratæ. Pro *achtkant* alii frequentant *munts*, *muónts*, ex *monnik*, contracte Ang. *monk*, Frisice *monts*, quod apex hujus molendini refert monachum cucullo coopertum solito.

ACHT, cg. cura, attentio. *Dy him jung nat yn acht nimt mat it ăld untjilde*, qui juvenis suæ non prospicit valetudini senex poenas dat; senex luit peccata juvenis. *Acht slaen* attendere, curare. Ags. *eaht* æstimatio, valor. Angli *eaht* et vb. *eahtian* perdiderunt.

achtje, v. a. existimare, observare. pf. *achtte*, pf. p. *achte*, pr. p. *achtjende*, ger. *to achtjen*, F.v. *achtia*, v.a. perpendere, æstimare. Inserta *t* post *ch* ex Goth. *ahjan* putare, credere; *aha* mens, ingenium. (cf. Goth. *afa*, *aftar*, F.v. *efter*). *Hy hat it hoástjen nat achte ind nou hat er di tarring*, suam tussim flocci fecit, nunc phthisi laborat. — *Achtje* revereri, *Achtje ind eerje dyn woldwaners*, reverere et in honore habe benefactores tuos; contracte *achtenearje*. Ags. *eahtian*, meditari, observare, revereri.

achtenerje, v.a. colere, habere in numero. pf. *achtenerre*, pf. p. *achtenerre*, ger. *to achtenerjen*. *Achtenerje dyn ălders*, cole parentes.

ACHTA, ACHTIA; ECHTA, v.a. F.v. persequi, in judicium ducere; nunc obsoletum verbum; Ags. *eahtan*, idem. Goth. *afta*, post, a tergo; *uftaro*, retro; Ags. *æft*, *æfter*, retro, a dorso. F.*æfter*, Hol. *achter*. Persequi idem quod a tergo insequi, urgere: *neisitte* quod Frisii ajunt, i. e. post tergum, a tergo insistere.

ACHTERN (aagtern) adj. F. b. jejunus, qui neque bibit neque edit quidquam. F. *nochtern*, *nofteren*, adj. sobrius. *yn it nochteren kruden ynnimme*, mane jejunus extractum haurire. F.b. *æserich*, adj. sobrius. Bend. 194. *Ochten*, adj.

Digitized by Google

Hind. jejunus, insipidus. Ags. *uhta*, tempus matutinum. Nl. *nuchteren* jejunus, insipidus, ex Ags. *uhtern* adj. antelucanus. Etm. 44.

AD (aad) m. pl. *ádar*, F. b. cuspis, cultri mucro, promontorium, F. *oed*, cuspis, q. v. F. b. *Oeders-ham*, nomen extremi vici in insula *Fór*. Ex *ád* F. b. formant *at áttarst* (F. *it uterste)* extremum rei. Johan. 2. Ex *oeders-ham* patet antiquitus *oed* valuisse et a posteris esse depravatum in *ád*, ut cæteras vocales conculcans *a* in hoc dialecto solet.

AD, AED (áád) n. sinus ex integro ligno, oblongo quadratus, fundo concavo, tres pedes longus, latus fere duas, profundus quinque sexve pollices. Lac recens mulsum in hunc sinum funditur, et seponitur in caverna lapidea adeoque frigidula, donec cremor ascendens supernatat et ab uxore vel ancillis coloni despumatur patella plana, quæ *reám-scutel* audit. Hi sinus ad augendum frigus hodie fiunt ex ære, unde *eren-aed*. cf. Isl. *ada*, f. conchæ speciës majoris. *Ad* elliptice dicitur pro *moalk-ád*, et pro vario usu varium additur prædicatum; ut *buter-aed*, in quo depsitur et paratur butyrum recens; *brok-aed*, alias *brok-scou*, sinus major, in quo lac pressum teritur unde fiunt casei. (*Scouwe* Frisiis est scapha in formam sinus). Id genus vasa apud Anglos fuisse lata et parum profunda asserit Dodsley, Agriculture c. 3. Loquitur autem de puella sua, *There from the surface of expaunded bowls She skims the floating cream, and to her churn Commits the rich consistence.*

âd-rek, n. compages lignea, in qua sinus lactarii exponuntur loti, ut siccentur.

âd-scammel, cg. (scabellum sinuum) compages lignea quadrupes excavata, sustentaculum sinus, in quo rustica depsit butyrum.

ADAM, primus hominum parens. Fris-Holl. *Adam ind Ewa*, mammæ virginis sororiantes.

adames liaua. *and tha scope Eua fen sine ribbe Adames liava*, (codex male *adames-liana.)* et tunc creabat Evam ex ejus costa, Adami uxorem. F. v. 211. 9. *Liaf*, carus, substantive ponitur pro uxore. *Tsumma Wyarda ende Atte syn lyaw.* Chart. Schw. 608. Richth. *liaf.* Honorem et caritatem notat; *ws liawer frouwen dey*, Gabbema 67, dies festus St. Mariæ sacer. F. *liæwen here*, deus. Hol. v. *uwe alderliefste*, tua carissima, i. e. tua uxor. Lectionem *liana* qui defendit conferat Ang. *leane* Nl. *lene* (Kil.) fulcrum, fulcimentum; Ags. *hleonian*, *hlynjan*, F. *hlynje*, reclinare. Genesis II. 18. (Vulg.) „faciamus ei adjutorium si„mile sibi."

Adam-hirdrider, cursorum glacialium celeberrimus Frisiæ seculo XVIII.

adamje, v. n. gravem continuumque laborem pro victu sustinere. Ex nomine proprio *Adam*, primus parens hominum, in quem deus sententiam dicitur tulisse, (Vulgata) „in sudore „vultus tui vesceris pane." In hunc primorum parentum laborem alludit distichon in cantilena vetere Anglica *When Adam delvd and Eva span, Who was then the gentleman?* — Haud aliter Angli ex nominibus propriis fingunt verba, quale erat illud vb. *to graham*, aperire et legere epistolas tabellariis publicis creditas, quas vulgus *Graham*, reginae ministrum, ferebat violare si quas suspectas haberet conjurationis in imperatorem Russiæ, qui tunc in Anglia commorabatur. Epistolarum scriptores suspicaces titulum insignibant exhortatione, *Not to be grahammed!*

ADE, AD, n. F. b. cibus, esca. F. *iten*, idem. Flandri veteres *aet*, esca, cibus, victus. Flandria ad austrum (libonotum), et Jutia, cujus confines Frisii boreales, in Boream, erant Frisiæ veteris ultimi fines. Omnium vitiorum, quæ dialectus Frisiorum borealium e consuetudine cum Danis contraxit, spurcissimum est commutatio consonantium distantis loquelæ organi; hic *d* ponunt pro *t*, quod cæteri Frisii abhorrent. Dani *æde* vorare, F. *ite*.

ade, vb. a. F. b. edere. F. *ite* idem.

ADE, n. p. v. *Adama*, n. patron. — *Eáde*, *Ede*, n. p. v. *Adde*, n. p. v. *Addinga* n. patron. Ags. *Adda*, n. p. v. Ang. *Addison*, (addis-son) nom. patron. per apocopen Fris. *Addis*, *Addes* idem. *Teade Addis* Teada Addæ filius.

ADEBAR, cg. F. b. F. o. ciconia, *áribár* Johan. 3. Sleswik *árbar*. F. *eárrebarre*, *eabarre*, *eibert*. (Ags. *ead*, m. felicitas; *bird*, avis; avis fausta, Lat. *pia avis*. Idem notat Sax. n. *heil-oever*, *heil-euver*. *heil* salus.) Poeta G. J. ciconiam

Digitized by Google

vocat *réa-schonck* avis cruribus rubris, Ang. *red-shank*, avis quædam rubris cruribus, mihi ignota. — *Hij beklagge him as d'æbarre di pod*, (miserabatur eum ut ciconia bufonem) commiseratio inimici fucata. Burman. 31. Prov. Nl. *Gelukkig als de ooijevaar u toevliegt. — Waar de ooijevaars nestelen sterven geene kraamvrouwen. — Waar de ooijevaars weggaan komt er ruzie in de kerk.* — Olim nefastum habebant Frisii hos nuncios pacis et felicitatis abigere; quæque villa, sive in domus tecto, sive in vicina arbore, suam habebat ciconiam, eamque vulgus credebat villico gratiam rependere pro hospitalitate duobus ovis vel uno pullo, quos mater e nido amoveret. Prov. *n' Déa' pyk ôz 'n âi is eabars hier* pullus mortuus aut ovum est ciconiæ locarium. — Inter pueros Frisios fabella est ciconiam, cum sursum deorsum moto rostro crepitat, fundere preces ad deum. Nunc mundities villicorum prævalet religioni patrum et impedit quo minus excrementa spurcæ avis in ædibus vel hortis suis patiantur.

n'eabarre mei hoárnen (ciconia cornuta) aries vetus.

ADEL, n. p. v. idem quod F.v. *éthel*, *édel*, nobilis, Ags. *æthel*, *æthel-boren*, nobilis, quæ vox in multis nominibus propriis apud omnes gentes ex stirpe Germanorum frequentatur. *Adelen*, nomen gentilitium nobilis familiæ Frisicæ, forsan idem est atque *Adilin* n. p. seculi decimi: cf. Förstemann. p. 138. Animadvertendum tamen *Adeelen* sæpius scribi, quasi audivisset *Adêlen*.

ADEL *yn di rogge*, cg. morbus secalis, quo spicæ incassæ manent et levitate se erigunt. Ags. *adel*, *adl*, f. morbus, tabes.

ADEL, F. b. ex fumeto stillans liquor. Holsatia *addel* idem; contracte *âl*, Sax. n. *âlte* idem. F. b. *æl*, f. Bend. 31. Hols. *addelpool*, Ang. v. „*addlepool*, „a pool or puddle near a dunghill „for receiving the fluid from it." Ags. *adela*, urina, putredo; *adel-seath*, scrobs in quam putrida confluunt, F. *sink-put*, Ang. *sink*, idem. Scoti *addle*, adj. putidus; *an addle dub*, a filthy pool, F. *ien alske dobbe*. Holsati *addelen* mingere, Sued. *adla* idem.

oel, F. b. succus spissus et pinguis. (Nl. *ol* coenum), *Olland* terra coenosa, paludosa. Theut. *Broick*, *venne*, *olland*, *goir*, palus, amfractus, labina. Ang. Norf. *ollant* land broken up from grass. Itali *Ollandia*; *Holland*. *Holland* in Netherlandia et *Holland* in agro Lincolnensi, ambæ sunt regiones humiles, paludosæ, maris influxui obnoxiæ. Confer cum hoc *âl* alterum *âl*, succus coctus ex fæcibus hordei sive cerevisia. Flandri veteres distinguebant inter *âl* et *bier*. *Bier* illis erat cerevisia vetus, quæ deferbuit, *âl* vero cerevisia recens et fermentatione spumans. Hanc distinctionem Angli in tantum sequuntur ut *beer* sit vetustius vel magis cibarium quam *ale*. Flandri „*oft ael oft bier gebrouwen*" Vaderlandsch Museum, Serrure. I. 77. Ang. *brewed or ale or beer*. Nl. (Kil.) „*ael*, *eel* „Ang. cerevisia mustea." Primaria itaque notio videtur esse in fermentatione fæcium. Ags. *ælan* incendere, fervere, coquere; *ealo* cerevisia. Isl. *avl*, Dan. *öl*, idem.

alsk, adj. F. b. putidus, rancidus.

âlske, vb. F. b. opus putidum culinarium facere, Sued. *alska* idem.

ADZER n. p. v. *Edzerid*. *Edzerda*, *Idzerda* n. patron.

AECHJE (aachje) n. pomum ovatum, semirubrum, putamine glabro, sapore acri, at odoro et suavi, ad mensem Martium usque integrum. Plene *Inkhuzer áechje* (Agatha Enkhusana). F. o. *aachje* idem. Alii hocce pomum appellant *Tryn-weuwster*, dialectus communis *Tryn-weester;* ambo nomina ex muliere originem habent, alterum ex Agatha, alterum ex Catharina. Quæ fuerit illa ex Enchusa, urbe maritima West-Frisiæ, mihi non constat. Nota est phrasis, *Dou biste sa nysgjirrich as Aechje fen Inkhuzen*, curiositatem ridiculam ponis in re aliena. cf. J. H. Knoop, Pomologia. f°. 1758. p. 44. tab. XII.

AELWER, F. b. verus animi sensus, mens seria. Isl. *alvara*, f. idem. Andreæ. Hol. Hd. *ernst*.

Æ, EA, adv. semper; unquam. Ags. *ava*, semper, contracte *â*, protinus; Ang. *ay*, semper. F.v. utuntur *â* in compositis; ex. gr. *na*, F. *néa*, nunquam (na-â, ne-éa), *a-wet*, *ât*, F. *eat*, (unquam quid, i. e.) quidquam; F. v. *ammer* (*â-mer*, unquam magis.) F. *jimmer* unquam, *jimmer wei* indesinenter.

Digitized by Google

ÆB.

Goth. *aivs* m. tempus, unquam. (Lat. *ævum*) *ni aiv* nunquam. Nl. v. *oit* (ex *ai-wat*, ut F. *ât* ex *â-wet*), semper, umquam,

Vptien anderen dach so maecte
Die wakende God, die oit waecte,
Dat firmament.

Maerlant. Sp. Hist. I, 7. 1. Alibi *oint*. Alam. *eo*, Mhd. *ê*, unquam, unde alia forma Nl. v. *ye*.

Alle die ghenoecht, gunst ende vrede,
Die ye wijf eenen goetman dede,
Doe ic mit goeder listen di.

Bild. Versch. IV. 100. Nl. v. *goetman*, Ang. *a gallant man*, Gal. *un brave*, vir strenuus, fortis.

nâ, F. v. F. *néa*, nunquam. Nl. *noit*, Hd. *nie* = F. v. *nawet*, F. *nât*, *néat*, nihil.

æ-tiid, cg. G. J. tempus quod umquam fuit. *buwte ætiids beginne*, (deus) absque initio ullo tempore. Analogice Anglosaxones *geo*, *ju*, olim (Alam. *iu*) componunt cum *dag* dies, *man* homo, et *meovle* virgo; *Jú-dagum* olim, *jú-mann* homo priscus, *jú-meovle* Gal. *ci-devant pucelle*.

ÆB, W. o. fæm. et neut. Helg. *ab*, F. v. *ebba*, n. cæteri F. *ebbe* cg. recessus maris. Ags. *ebba*, m. *ebbe*, f. Nl. *ebbe* f. sed poëta Vondelius (Virgil. Aen. X) *het ebbe*, n. ut F. v.

ebje, vb. n. reciprocare (de maris æstu et recessu) Ags. *ebbian*, W. o. vb. *æb* infin. *dat watter æbet*, F. *it wetter ebbet*, (maris) aqua recedit, Ang. *to ebb*. E. I. 59, 183, 357.

ÆCHT, adj. W. o. eximius, probus. *Dait hat æcht góder*. Adv. *Dait schip kan æcht sil*, (Ang. that ship can sail very swift, i. e. she is a fine sailer). F. *Dat scip ken echt sile*, navigium istud citissime velificat. F. *Echtmoai*, pulcherrimus; *echt kâld*, frigidissimus. *Echt*, proprie, sincerus, verus. E. I. 87.

ÆCHTE, ACHTE, F. b. matrimonium. cf. *æft*.

ÆDER, F. b. vena. Ags. *æder*, F. v. *eddere;* ex *eder*, F. *ier*, ut Nl. *âr* ex *ader*. *Sâckfyljen giet jin throch ieren ind sinen*, stridor limæ serram acuentis cruciat nervos venasque. Angli pro Ags. *ædre* adoptavere Gal. *veine*, Ang. *vein*.

âr-klorker, cg. Hindel. hirudo. Nl. *bloedzuiger*. Hol. *ader* vena. F. *klorkje*, suaviter sugere; qui molliter exsugit sanguinem venæ. cf. *ader*.

ÆDER, F. b. adv. mane, mature. Anl. *adro*, diluculo. Gl. Lips. Ags. *ædre*, statim, mox, F. b. *miern æder*, crastino die mane, F. *móarn-ier*, crastino die; sed *iere-móarn* mane, bene mane. cf. *ier* et *móarn*. Ags. *ær mergen*, mane, diluculum. *ærmyrgen* idem. (*miern* ex *myrgen*.) F. *It is ier dei*, lux prima diei multo mane apparet, idem atque *It is ier liucht*. Ags. *ær-leoht*, n. lux matutina.

ÆDRE, ÆDER F. b. post, *ader-ut* F. *efter-ut*, retro. F. b. *Fon æderne*, F. *Fen efteren*, a tergo. Bend. 357. *Anædre* adv. F. b. a tergo, retro, F. *fen efteren*. Bend. 356. 368. *Dat spek tjok anadre 't ure hêwe*, F. *spek efter di earen hawwe*, audiens non audire. Bend. 435. — *Anfore* adv. F. b. a fronte, F. *fen foren*, *foar-óan*. Bend. 356, 368. F. b. *Gong do anfore so wal ik anadre bliuwe*, F. *Gong dou foaróan, sa wol ik efter bliuwe*, tu præi, ego agmen claudam.

ÆF, adv. aut. Poeta G. J. aliquoties pro „nec", ut Latine *neque paci aut proelio paratus*. Tac. cf. Epkema *æf*. F. v. varietate formarum insignes, *iefthа*, *iefth*, *ief; ioftha*, *ofte*, *oft*, *of*, cætera. F. *óf*, in mixtione cum *er*, ille, manet *oft*, *Di junge*, *oft-er wol óf nat*, *lere mat er*, puer iste, sive vult, sive non vult, bonas artes discere debet. Nl. v. *ofte*, *of; ochte*, *och*, Sax. v. *ohtho*, Nl. *of*. Habent Sax. v. et *efthа* commune cum F. v. *iefthа*, per apocopen G. J. *æf*.

ÆFT cg. matrimonium. F. b. *Acht*, F. v. *âfte; efte; ofte. afte-wif* uxor, cui vir matrimonio junctus est. cf. *ewe*, foedus, lex, jus. Prov. *Di êarste æft di bæste*, primæ nuptiæ optimæ sunt. — *Di twade aft*
Hat di diwel bithoft,
malus dæmon invenit secundas nuptias. — Notatu dignum est secundas nuptias, quantum uxores attinet, Frisiis veteribus despectui fuisse. Hindelopia, urbs maritima, non alios fovebat incolas præter nautas, quorum cum multi perirent naufragio, relictæ viduæ favore communi civium sibi sufficiebant neque indigebant secundo marito, qui sibi et liberis victum quereret. Hoc fuit in causa quare hæc urbs, morum avitorum cæteris tenacior, superiore adhucdum sæculo majore abundabat viduarum

Digitized by Google

numero, quam ulla pars Frisiæ. Adde quod apud Frisios in genere, neque vitricus in nomen et honorem patris mortui, neque noverca in amorem erga matrem mortuam succedit. Privigni privignæque vitricum *avunculi*, novercam *amitæ* nomine compellant, qui cæteris Neerlandis pater materque audiunt. Tac. Germ. c. 19.

âft, *oft*, *eft*, adj. F.v. justus, legitimus; nuptialis, ad matrimonium pertinens. F. *eft*, *echt*, adj. sincerus, genuinus; *echt goud*, *sulwer*, genuinum aurum, argentum. Isl. *ekta*, nativus, legitimus; *ekta gull*, aurum nativum. F.v. *aefte man*, maritus legitimus; *aefta frouwa* vel *wif*, uxor legitima, F. *æfte man*, *æfte frou* vel *wiif*, idem. Isl. *ekta-madr*, *ekta-kona* idem. *âft* idem quod *æcht*, q.v.

afte, n. F.v. matrimonium, Hol. *echt*, m.

aftigia, v.a. F.v. domum ducere uxorem, proprie, legitimam reddere.

æftenge, aftinge, f. F.v. domum duetio.

eftingje, v.a. F.o. nothos agnoscere, legitimos reddere judicum decreto.

aftlik, adj. F.v. legitimus, nuptialis, more matrimonii.

aftlas, adj. F.v. illegitimus.

aftskip, f. F.v. conditio legitima. Nl. (Kil.) *echt-schap*, legitimum conjugium, matrimonium.

aft-slit, F.v. adulterium.

ÆGLE, Ags. n. p. viri. F. *Egle*, *Igle*, idem. *Igle hirdholte* (î-gle) aries, signum in zona coelesti in calendariis antiquis Frisiorum. *Agila*, rex Gothorum occidentalium sec. VI. Hinc per syncopen F. *Aila*, *Ailo*, n p. v *Eile* idem. (*Aule* idem?) *Ayle* n. p feminæ. cf. Förstemann. I. 22. Etmuller 4. Ags. *egle*, acer, acutus.

ÆGUM, *Eagum*, nomen vici in pago Idârderadela, prope a lacu Werragensi ad austrum. Ex *éage* et *ham*. cf. *Eagehoek*. Hicce vicus paene tenet centrum hodiernae Frisiæ, quæ fere circulo est circumscripta. Inde dictum vulgare, *Eagum leit yn 'e midz fenne wrâld, twa hoâmne-stappen fen 'e tuwr oaf; dy it nat léaut mat it mar neimjitte.* Ægum, qui fere minimus inter vicos Frisiæ est, serie domorum caret, villis hic illic dispersis. Inde scomma istud, *Eagum hat sawn pléatsen ind 'n bargehok.* „Eagum constat ex sep-

tem villis et una hara." Harâ notatur domuncula ex majore villa residua, cui antiquitus suffragia ferendi jus erat. Hoc non multum abludit ab indice vetere possessionum ecclesiæ in Frisia; *wantet dorp cleyn is en nyet meer zyn dan zes principael zaeten.* Beneficiael-boeck. 118. b. Hara contemptum notat. Eadem figura Gysbertus parvam notat distantiam, cum circitores ait segniter requiesere, *asse fjouwer huwzen rinne mey in bargehock forby.* Sjolle-kréamer.

ÆIEN, adj. F.b. proprius. Ags. *agen*, F.v. *ain*, *ein*, F. *ein*. Angli mutant *g* non in *i*, sed in *w*; *own* ex Ang. v. *ogen*. Bend. 195. cf. Isl. *ugla*, f. G. J. *uwle* Ang. *owl*, ulula.

ÆILÈ, m. anguilla, pl. *æile*. Bend. 31. 162. F. *iel* quod cf.

ÆIRE-BIER, F.b. Bend. 126, 424. proprie cerevisia honoraria, i. e. prandium sepulchrale in honorem mortui. Synecdoche partis pro toto prandium nomen habet a lauta compotatione cerevisiæ, qui erat potus Germanorum solemnis. Angli eâdem figura *ale*, cerevisiam, sumunt pro festiva commessatione. *Arvale* iis erat prandium sepulchrale, quod labente hoc seculo nondum obsoleverat inter ruricolas pagi Eowerwicensis (Brand. Ellis. II. 243). *Arvale* autem est vox, quam Dani victores in Angliam introduxerunt; Isl. *arfi*, hæres, filius; *öl*, cerevisia, unde *erfis-öl*, parentalia, convivium in honorem mortui, ut *festar-öl* convivium nuptiale, Dani *arve-öl*, *fœstens-öl*. cf. Edda (4°. 1787, 1818.) I. 424. II. 591. Jejunum est hanc vocem repetere, sive a Gallis, sive a Romanis, sive a Cambris, cum compotationes funebres omnibus Germanis ab omni ævo fuerint solemnes. Quam vere Anglica hæc parentalia sint probant mirificæ similitudines, quas Anglica sepulchralia prandia habent cum Frisicis; post relictam enim patriam hæc solemnia per XV et quod excurrit secula immota steterunt. cf. Brand. Ellis. II. 237, et v. *biar*.

ÆIREM, m. F.b. brachium. pl. *æirme*. *Éarm* Frisii quoque pronuntiant *éarem*. pl. *eármen*. F.b. *Long œirme hêwe*, F. *Lange eármen hawwe*, florere auctoritate. Latine *An nescis longas regibus esse manus?* Bend. 456. 64.

Digitized by Google

ÆIRICH.

ÆIRICH, adj. F.b. malus, pravus. *Hum wît nint æiriche am ham*, nihil pravi de eo exploratum habent. conf. *arglist*. Alam. *arac*, contracte *arc*, avarus, pravus. „*Arga*, homo iners et inutilis." Paulus Diaconus.

ÆIWEN, adj. F.b. planus, æqualis; suavis, placidus in eundo et loquendo. Bend. 193. F. *'n effen man*, homo placidus et sibi constans. — F.b. *Kaumst tis-nog?* F. *Kámste tídigernoach?* F.b. *Dat was man am 't æiwenst*, F. *Dat wier mar efkes*, in ipso temporis articulo; momento serius frustra venissem. — F.b. *He fel aw æiwen sljochte*, cadebat ultro, sua sponte. Bend. 193.

ÆJK, n. F.b. equa. *Dat æjk as ma fal*, F. *di merrie is mei fóale*, equa gravida est. Ang. *The mare is in foal;* Bend. 426. Gothi *aikwo*, Ags. *eoh*, *ehu*, m. equus, Sax. v. *ehu* idem (*ehu* = io, Scandinavice io-r). Isl. *ior*, *jór*, m. idem, Dani *gur*. F. et Nl. *gorre* (Kil.) equa; caballus; plerumque equus annosus et strigosus. Isl. *jór* declinatur in *jós*, *jó;* haud aliter ex *ehu* fit *iu* et *ju*, quod restat in cantilena puerili *Ju*, *ju*, *peertje!* Age, age, equula! cf. *gorre*.

ÆJTH, n. F.b. acetum. F. *ittik*, *jittik* cg. Bend. 471. *(acet-*um inverse *alec)*.

ÆKEL, cg. Harl. nepos. Forma Scandinavica, ex Isl. *ökull*, m. talus, ut Hd. *enkel*, m. nepos; eadem est vox quae Hd. Nl. *enkel*, m. talus. Gradus consanguinitatis veteres computabant per corporis humani membra, descendentes ad talum ut filium filii significarent.

ÆLFRIC, Ags. n. p. viri. F. *Elbrich* n. p. feminæ.

ÆMELER, EAMELER, F.u. *ameler* cg. formica. F. *Mích-ćameler (míje* mingere.) *Pis-ćameler* idem, *(pisje* mingere), Kil. „*pis-imme*, *pis-emme* Fris. „formica." F. *pis-himmel* (Ags. *hama* cicada, Sax. n. *hemel*, *hemelke*, cicada domestica); formicæ quippe emittunt flavum liquorem; inde et Ang. *pismire*, Nl. (Kil.) *pis-miere*, *mier-seycke* (Kil. *seycken* mingere). Kil. „*seyckameysse*, Sicambri, formica." Hol. (Ten Kate. 1ste proeve) *seikworm*. Ang. Shropshire *piss-annat*, ant. West. *pis-mote*, ant. (Fris. *mòt* tinea, Ang. v. *mote*, Ang. *moth*.) — Isl. *ambla*, enixe

ÆNDE.

at frustra laborare. Norwegi *amla*. Laboriosæ formicæ huc illuc ferventer cursitant. Ang. *to amble*, tolutim incedere. — Prov. *Di wrâld is ien piséamelers næst*, mundus est nidus formicarum, in quo omnes huc illuc cursitant et sectantur, alius opes, alius honores, alius voluptatem. Confunditur *pis-eameler*, formica, cum *pisbedde*, asellus, cutio, porcellus, millepeda, F. *kròb*, insecta despecta et deformis, pigre hærens in rimis parietum et non nisi lente prorepens. (Nl. *pis-bedde*, lectum commingens: planta *pis-bedde*, Ang. *piss-a-bed*, urinaria, dens leonis, Gal. *dent de lion* Ang. *dandelion;* credebant veteres hanc plantam puerorum vesicas adeo replere urina, ut lectum dormientes commingerent. cf. Kil. *pisbedde*). F. *Hi is sa stil âz 'n piséameler*, taciturnus obambulat, inter confabulantes omnino tacet; valet præcipue de iis, qui pridie in compotatione mirifice blaterabant. Nl. *Hy swijght gelijck een pissebed*. Zeeuwsche Nachtegael II. 23. cf. *bæd-pisser*.

ÆMELJE, G. J. sed dial. com. *ćamelje* v. a. ad tædium usque easdem iterare admonitiones, more vetularum quisquilias repetere, de tricis monere vel queritari. Gysbertus sensu paulo liberiore; *Ick æm'ler fen in eynleaz' rijgge*, recitarem peccatorum seriem infinitam.

ge-éamel, n. sermocinatio obtundens aures centies repetitis quisquiliis. Vox est Scandinavica. Isl. Andræ. „*amr* questus misere stridens." Hald. *at emja*, misere ejulare; *amalga*, sæpius moneo; *at jamla*, rogitare, queritari. cf. Ags. *emele*, adj. insipidus. *æmelness*, *emelnes*, f. tædium, fastidium. Etm. 9.

éamelich, adj. qui indesinenter nugas venditat.

éamel-scoale, cg. reprehensor tædiosus quæcumque carpens.

bi-éamelje, v. a. prolixe et tædiose quisquilias tractare.

ÆNDE cg. æmulatio, certamen. Goth. *anan*, spiritum ducere, aspirare, Ags. *undian*, zelare, invidere. Sax. v. *andon* zelare, *ando* indignatio. cf. *spirare; spiritus; vir ingentis spiritus*, Cic. ambitionis, æmulationis. Prov. *Deer aende is*, *deer is eere*, *seij de coster*, *en sloeg de bijlden om 'e eeren*. Burman. 12. (Ubi æmulatio, ibi honor,

Digitized by Google

inquiebat custos templi, et infligebat alapas imaginibus) hodie simpliciter *Dær nin krích is, is eák nin ere*, sine contentione sive certamine nullus honos. Hoc proverbium accurate pingit ingenium Frisiorum, qui tum in ludis, tum in rebus seriis, ingenti æmulatione de victoriæ laude inter se certant.

ÆNDJE, ÆNDIGJE, vb. a. n. W. o. finire, finiri. F.v. *endia*, *endegia*, F. *einje*, *einqje*. E. II. 200.

ÆNG, ÉANG, adj. pavidus, timens. F. west. *ang*, idem. *Ang* apud Anglosaxones non tantum videre est in compositis, ex. gr. *ang-breost*, asthma; *ang-mód*, anxia mente, sed et solute, ex. gr. *ange on his mode;* compar. *angre sorge*, cf. Lye et contra sentientem Richthofium in voce *ongost*. Ex *be-ang* fit Nl. F. *bang*, anxius.

ængste, cg. angor, pavor. F.v. *ongost*, Isl. *angist*, f. Dani, *angest*, per syncopen Nl. *angst*. Prov. *Éijngste is naet to boeten*, anxietatis nullum est remedium, Ms. Ængstme, cg. idem.

ængstich, éangstich, adj. pavidus. Nl. *angstig*.

ængje, vb. impersonale. *Mi eanget for it rábjen fen di lie'*, timeo maledicentiam hominum. *Him engel fen syn eyn scaad*, pavet suam ipsius umbram, i. e. conscientiæ stimulis agitur. Burman. 27. Nl. *angen* est vb. activum. Frisii amant verba activa ægritudinem notantia vertere in impersonalia; ex. gr. *my freest noch fodr forthriet*, reformido futuras molestias; *my sorget* ib; (Zamenspraak tusschen een boer en edelman.) Hol. *Ik vrees* of *ik zorg voor ellende*.

ÆNJELIER, cg. dianthus caryophyllus. Nl. *anjelier*, Sax.n. *filet*, Hd. *nelke*, Gal. *oeillet*, *clou de giroffle*, Brabanti boreales *ginoffel*. Hol. (Kil.) „*anghe-liere*, *angier*, Hol. j. *ghenoffel*." — Flos patribus adamatus et ubivis in Frisia a matronis et virginibus summa cura cultus. Pictor Rembrandt suam uxorem, (Saske van Ulenborgh) Frisiam ex meliore loco natam, venustis et dulcibus vultibus feminam, plus semel effinxit dextra tenentem dianthum caryophyllum; cujus vide specimen egregium in tabula No. 1160 musæi regii Dresdæ.

ÆNSICHT, *eánsicht*, n. façies. F.v. *on-*

secht, *onsicht*, n. In versionibus Anglosaxonicis et Anglosaxonico-Northumbricis, Cambrigiæ, curante Kemble, impressis, sed ineditis, Matthæus, VI.16 1*a*. Vers. Ags. *ánsyn;* 2*a*. Vers. Ags. *ansien*. Ags. North. *onsion;* Rushw. *andvlitu*, facies, vultus.

oansjænde, aspectus: *fen oansjænde*, aspectu. *Fen oansjænde ken ik di man wol*, memini me vidisse hominem; quinam sit nescio.

ÆRE, ERE, v. F.b. arare. F.v. *era*, Isl. *erja*, Ags. *erian*, Goth. *arjan* (Gr. *ἀρόειν*) *ἀροτριᾶν*.

ÆRKE, EARKE, cg. anas mas. *So gled as ien aercke stirt*, (tam lævis et fulgens ut anatis masculini cauda) Burman. 61. Kil. „*erpel*, *aerpel*. Flandri. anas mas." Hassi, *erpel*. F.b. *waarder*, Outsen, p. 11. *urder*, Bend. 90. 184. *de urder trét jo anert*, anas mas anatem culcat, i. e. eam init. ib. 262. F. *Di eárke feilt di ein*, idem. Hol. *ward*, *woort*, Sax. l. *wört*. F.b. *urder*. cf. Alam. *erchno*, egregius. Ex *the arke* fit *darke* et *drake* Anglorum.

erke-drank, cg. aqua in fossis (potio anatum), paronomasia vocis pro *sterke-drank*, potus alcoholicus. Pro *erke-drank* quoque *herke-drank* utimur. Analogice Ang. d. *duck-oil* (oleum anatum) aqua.

eárke-pyst, cg. anatis maris penis.

ÆRKE, EARKE, ERKE, n. p. viri. Ags. *Eric*, *Yric*, idem, unde patronymicum n. Ang. *Eric-son*. Forte *exwe-ric*, dives ovibus, vel *eoh-ric*, dives equis. (Sax.v. *ehu*, equus) vel *aru-ric*, dives opibus. F.v. *ara*, seges, opes. Ex quo fonte forsan fluxit *Ork* n. p. viri, pro *Ark*, *Arke*, n. p. v. unde nomen patronymicum *Arkema*. Monendus tamen est lector nomina propria Ags. *Earcan-brylit*, *Earcan-gota*, *Earcan-vald*, facili tractu reduci ad Goth. *airkns*, adj. nobilis, insignis, eximius, et Ags. *earcan-stan*, gemma, Nl. *edelgesteente*, unde et n. p. Ags. *æthelstan*. Hollandi vocant virum eximium *een juweel van een man*, (gemmam viri.)

ÆRM, EARM, adj. pauper, per diastolen *earem*. comp. *earmer*. supl. *éarmste*. Ags. *earm*, laboriosus, ærumnosus, pauper. supl. *earmost*. Goth. *arms*, adj. *ἐλεεινός*, supl. *armosta*. Ang. v. *arm*,

Digitized by Google

miserabilis. Angli genuina voce rejecta assumpserunt (Gal. *pauvre*) *poor*. Prima notio est miseria, ærumna in genere. F.v. *érm*, pauper. *érme liúde*, pauperes homines, F. *éarme liú*. *Éarmen*, pl. substantive, pauperes homines. *It éarme hert!* miserandus infans! Phrases; *Sa éarm az 'n lús*, (pediculo pauperior); *Sa éarm az 'n swéal* (hirundine pauperior); *déad-éarm*, Iro pauperior; *stóak-éarm*, idem; *stoak*, baculus, nuditatem innuit. — Proverb. *Rike-lius seaktmen ind éarm-liús pánkuken ruke fier*, pauperes liba frigunt cum oleo raparum, quæ e longinguo olent ut morbi divitum; divites quippe morte perdunt suas divitias deliciasque; ergo timore mortis de levi valetudinis detrimento altas tollunt querelas. — *Earm ind grutsk, fy, fy!* Ang. *Poor and proud, fy, fy!* Ray, 147. Hd. *Wenn wir nicht prahlen sind wir arme leute.* Hol. *Aan arme lieden hovaardy vaagt de duivel zijn aars.* — *Ryk yn 'e widze, earm yn it græf*, (in incunabulis dives, pauper in sepulcro.)— „*Ryk yn bern is éarm-liús seine*, multos gignere liberos pauperum est felicitas. —

Koene de rijcke d'aerme opijte,
Ja schoense naet ijn schien wetter (schijte.

(divites si possent comedere egenos, ex his saturitatem non in aquam limpidam, sed turbidam squalidamque emitterent.) Proverbium stringit divitum avaritiam et contemtum pauperum. Burman. 41. — *Ien blyn minsce is ien éarm minsce*, cæcitas maximum malum est.

eármlic, adj. cui res angusta domi est, paupertati vicinus. *Deer aermlijck sit waermt him rycklijck*, Burman. 12, egenus parvo emolumento exhilaratur. *Di bern habbe rom hjar bréa, mar heit ind mem habbe it éármlik.* Ags. *earmlic*, miserabilis, miser, calamitosus.

earm-fâd, cg curator pauperum. *Earmfádye*, cg. institutum quod ad curationem et regimen pauperum attinet. cf. *fád.*

earm-hertich, adj. comp. *éarmherliger*, misericors; infelix, miser. G. J. misericors; exempla citat Epkema. Goth. *armahairts*, adj. εὔσπλαγχνος. Ags. *earm-heort*, pusillanimis; misericors. Nl. (Kil.) *armhertigh*, pusillanimis. *It is eármhertige káld*, Hol. *erbarmlijke* (miserande) *koud*, frigus sævit crudelissime.

éarmhertigens, cg. (ingenium moresque hominis corde pauperc) illiberalis tenacitas.

ærmjil, n. W.o. vectigal civibus ad alendos pauperes impositum, collectum. E. I. 358. F. *éarme-jild*, idem.

éarmc-lytse, (pauper tenuisque) *Hy is alleheel éarme-lytse*, nullus est, mala fortuna oppressus.

eármoed, cg. paupertas, ægritudo. Ags. *ærmth*, f. miseria, paupertas. F.v. *érmod. Mem hat 'n bulte eármoede oer Auke; dy giet nei Eastynje*, mater valde sollicita est de sorte filii Auconis, qui navigat in Indiam. — Prima notio est animi ægritudo et miseria in genere; Sax. v. *arm-modi*, n. miseria. *mód*, m. animus; *armon*, egere. Goth. *arman*, miserari. Isl. *arms*, deses, subdolus, pauper; *armódr*, m. molestia paupertatis *(armr*, dirus, et *modr)*. Contra ex Isl. *ær*, furens, *ar*, *ari*, et *módr* est *armódr*, strenuitas, fortitudo. Nl. *in arren moede*, irata mente. Vos, Titus en Aran.

eármoedicheit, cg. conditio paupertatis, paupertas, F.v. *érmodicheit*, idem. Synonymon est F.v. *érmichéd*, ex perdito adj. *érmich*, ærumnosus.

éarmje, v.n. misere et indesinenter queri, sollicite queri. *It wijfke éarmet oer hjar elke doaiter*, muliercula ingemiscit in filiæ morbo. Goth. *arman*, miserari; Ags. *earmian*, idem.

ge-éarm, n. questus, planctus, querelæ moventes tædium.

ÆRN, plurimum *éarn*, cg. aquila. pl. *éarnen*. F.b. *árn*, idem. *gos-árn*, vultur leporarius. Goth. *ara*, m. Ags. *earn*, m. Isl. *örn*, *ern*, cg. — Angli pro hac voce a Gallis *aigle* sunt mutuati, Ang. *eagle*, sed Ang. v. *ern*. Prov. *'n Earn fliúcht sa heack nat as hi komt wer op 'e groun' to láne*, maximi reges necessitati naturæ humanæ subjecti sunt. *Dat schoe ien eern sijn jongen naet todraghe*, Burman. 8, escam tam vilem ne aquila quidem suis apportaret pullis. Hol. *Dat zou een arend zijne jongen niet geven.* Campen, 22. Ex *aren* Hollandi formant *arend*, ut *niemand* ex *nieman.*

éarns-kloeren, pl. ungulæ aquilinæ.

Digitized by Google

Hi sit yn éarnskloeren, in potestate est danistæ, qui ejus dilaniat opes.

éarnich, *éarndich*, adj. avarus, rapax.

ÆRNE, AERNE, ARNE, ÉARNE, adv. alicubi. Ags. *ærn*, *earn*, *ern*, locus secretior, habitaculum, tugurium. Nl. *ergens;* F.u. *argens*, *árnse*. F. *kwær éarnse?* Ubi uspiam? F.u. *Wár-arnse?* idem.

néarne, adv. nullibi. F.u. *nárnse*, F. *néarne net* (nullibi non) nullibi terrarum. Duo negativa Græco more vehementius negant.

ÆRS, ÉARS, cg. podex, anus; si de virgine nubili vel muliere sermo est, per euphemismum, anus et cunnus simul. — Ags. *ears*, m. Ang. v. *ers*, Ang. *arse*, Hol. *aars*, m. — Phrasis ex trivio, *Dat wiif is nat sunich op 'e éars*, (non parcit suo podici), femina prostituit pudicitiam suam. — *It bern foel mei di éars yn e modder*, infans cadebat totus quantus in coenum. cf. Ang. v. *arsepusk*, Howell, a fall on the back; Ang. d. *ars-bawst*, idem. Staffordshire. — *Hij luwckter de eers uijt*, se surripit e periculo, vel e re dubia, vel e consortio sumtibus obnoxio. Burman. 27. *Yn di éars hingje*, tergiversari, Ang. *to hang an arse*, Holsatii (IV, 193). *He hangt sik in 'n aars*. Proprie valet de porco vel homine ebrio, qui retro inclinatus pedes figit neque se a comite propelli sinit. Auctor eximius poematis Hudibras eleganter hac phrasi usus est; cf. locum apud Johnsonum v. *arse*. — *Alles is al yn 'e war ind dou leiste noch mei di éars op bæd*, omnes jam instant operi et tu pigre hæres in lecto. — *Gréate éarzen*, *wide broeken*, Ang. *Great arses*, *wide breeches*, (magni ani, laxæ braccæ) pro hominis sorte sunt ejus sumtus, neque diviti prosunt bona si lauta vita eorum reditus consumit. — *Earst 'n héach wird*, *ind den mei di stirt yn é éars nei hús ta*, jactatores ignavi sunt. — *Hy schit troch ien faeije eers*, quod aggreditur letalem minatur eventum. Burman. 29. — *Dyn éars!* Absurdum est quod petis! (quare anus tuus hoc non petit?) Idem notant phrases, *Dyn buse! Dyn noas!* — *Jo is nimmen trow as har eyn eers*, Burman. 37, sua curat, alios fraudat. — *Oer éars*, *oer bol*, (super anum, super caput). *Eers oer kop* (in calendario 1676) in caput devolvi. Ang. v. *arse verse*, upside down, Ang. *topsy-turvy*.

Prov. *Dy di éars barnt mat op 'e bljirren sitte*, Ang. *Who burns his arse wants to sit on the bladders*. — *Di éars smet it bern*, epidermis rimæ inter nates, sudore et frictione læsa, cruda infanti est — Ags. *earsod*, adj. qui retro est. Forte ab *éars*, ut Hol. *gelaarsd*, ocreatus, a *laars*, ocrea; Ang. *arsed*, quod in lexicis Ang. deëst. Ang. *Do not beg breeches of a bare-ars'd man*. Ray, p. 3.

In phrasibus citatis pro *éars* ubique substitui potest *gat*. *Ears* urbane usurpatur; *gat*, anus, contra in sermone proletario, nisi figurate dicitur, ex. gr. *It ding sit op syn gat*, res non procedit.

éarske, n. anus parvus. *Néaken éarskes*, pl. (parvi ani nudi) primulæ veris (galanthus nivalis.) F.u. *nakene meiskes*, (nudæ puellulæ) idem.

éars-billen, pl. nates, Hol. *aars-wangen*, Kil. *aers-billen*, nates. *Fjouwer néakene eersbillen bringe-ze gear*. Ms., quatuor nudas nates in unum cogunt, i. e. pauper vir cum paupere muliere matrimonium init. — *Hy wit naet op wat eersbil datter sitte schil*, utri natium insidat nescit, i. e. dubius hæret. Burman. 29.

æers-dreutel, cg. F.o. puerulus; proprie, ani pusillum stercus. Kil. „*dreu-„teleerken*, homuncio globosus; mys-„celus, nanis cruribus." F. *dreutel* idem, quod confer.

éars-feyer, cg, chartula ad anum tergendum; quæcumque chartula, ex. gr. qua induitur epistola, cæt.

éars-futtel, cg. parva avis ad pugni magnitudinem, quæ mergit in riparum herbosarum fundis. cf. Kil. *fulsel*, paniculus.

eárs-gebrek, n. vitium imaginarium, morbus simulatus, parva necessitas. *Bern hawwe op reis jamk 'n bulte éárs-gebrekken*, infantes in itinere sæpe multis parvulis necessitatibus obnoxii sunt. — Vicina notione Hol. (Kil.) „*kuck hebben*, cacaturire" traducunt ad ardelionem gloriosum, qui ostentat jactatque sua, et multa sibi arrogat, Hol. *Hij heeft veel kaks*.

eárs-kernc, cg. ani rima. (cf. *kerne*, rima; *kerntsje*, rimas incidere). Sax. l. *eers-karn*, Mhd. *ars-krinne*. Nl.

Digitized by Google

(Kil.) *aers-kerf. j. aersgat.* Hd. *arschkerbe.* — *Éárskernye*, ludicra denominatio vici imaginarii, ubi novorum hominum *(upstarts)*, gloriosorum divitum atque stultorum jactatorum ponunt incunabula. *Hanen ind bal yn di wálden to Éárskernyes.* Warns.

ers-knop, m. F.v. sacri ossis acumen. F. *di sluit*, cg. Hol. *het stuitbeen.*

Componunt Frisii *éars* quoque cum *lok*, catillus;

ærs-lók, n. ani foramen, *Hja siucht mei it lofter éach yn it lofter ærslok*, puëlla strabo est. Alam. *ars-loh*, Hd. *arschloch.* Ags. *ears-thyrl*, n. ani foramen, Sax. l. *eers-gat*, F. *éárs-gat*, elliptice F. *gat*, n. anus.

eárs-wisp, cg. manipulus graminis quo anum tergunt. Ang. v. *arse-wispe*, idem. (cf. F. *strie-wisp*, manipulus straminis.) Nl. (Kil.) „*aers-wisch* (Gal. *serviette.*) „spongia tergendo podici," quam vocem Barbara Latinitas vertit „ani-„tergium." *Wisschen* enim est „ter-„gere." — Alam. *ars-wisc*, m. *Éárs-wisk* idem quod *eárs-wisp.* Prov. *Dy twiske twa haébulten yn sit to kakken ind den forlegen is om ien eárswisk, dy hat ien lyts forstán.* Antiquitus fascis foeni ante latrinam coenobii jacebat in usum monachorum;

Et puis a regardé vers l'uis,
Uns fais de faim i vit gesir,
De qui li Moine au departir
De la chambre terdent lor rains.
Guillaume ne fu pas vileins;
Un torchon fist si li bouta
Dedenz son poing.

Barbazan. Fabliaux et contes. I. p. 225. *Du segretain Moine.* vs. 596.

Ob necessitatem alveum exonerandi Hd. anum appellant *der allerwertheste*, carissimus. Sic Hesychius in verbo ποτωάζειν memorat anum Græcis olim dictum fuisse πότνιον, moderatorem. Latrina eadem de causa Neerlandice audiebat *Herman.* Teuthonista, *heymelicheit, privayt, harmens, huyseken.* Junius (Et. Ang. *ars) herman* recte retulit ad Ags. *hera-manna*, hominum dominus (Ags. *hera*, dominus) i. e. latrina, quam reges ipsi colunt. Inde Nl *Hij moet Herman spreken*, Hermannum conventum expetit. *Hij moet sijnen meester dienen*, domino suo serviendum est illi. *Hij moet wezen waar de keizer te voet keen gaat*, eundem ei est quorsum imperator se pedibus confert. Saxones Nl. *harmen* appellant phallum, hominum dominum, quatenus propagationis generis humani instrumentum, stimulus cupiditatum et industriæ est. Hol. *Jonge Heer* (dominus junior) penis; *jonge Juffrouw* (domina junior) arvum genitale. *Herman* nomen proprium viri antiquissimum; analogice Frisii nomine proprio *Gerhard* (F. *Gjerrit.*) phallum appellant; F.v. *ger*, telum, lancea; *hard*, acer. Hol. v. *de hane* (gallus) phallus; (Kil.) *'t cappeken van den hane*, (cucullus galli) præputium. Confer *Akke.*

iepen-éarske, n. mespilum, ita dictum ob hiantem et longe apertum calycem, formâ aperti podicis. Veteres non abhorrebant nominare quosdam fructus et flores a podice, ut *néakenéarskes*, primulæ veris; *swart-kontkes*, mala parva a parte inferiore nigrantia. Hæc vox longe lateque per nostræ gentis nationes est dispersa; ex. gr. Ags. *open-ærs* (Lye, *ærs.*), Ang. v. *open-ars, open-ers* (Hal. 589.) Sax. l. *apeneers, apentüt*, (Br. Wb. I. 23). *Apeneersken* (Holst. Wb. I. 6) mespilum. Antiquitus in Hollandia hoc ænigma circumferebatur, quo anus mespili describitur,

Vijf harten, Vijf starten,
Een prik in 't gat, Rara wat is dat?

quibus verbis occasione data significabant rem veneream. Shakspeare lusit propria notione ani sive cunni aperti in *open-ers*, qua spectat ad virginem viro tempestivam, et mespilo opponit pirum Poperingense, *poprin peare*, pirum vile, sed majus phalloque simile (instar *orange calabas?)* symbolum viri imbecillis, veneri inutilis. Mercutio de Romeo, Juliæ amore capto, recubante sub tegmine arboris mespili, talia profert;

Now will he sit under a medler tree
And wish his mistresse were that kind (of fruite,
As maidens call medlers, when they (laugh alone.
O Romeo, that she were! O, that she (were
An open (ers), *or thou a poprin peare!*

Romeo and Juliet, Act. II. sc. 2.

„O Romeo, utinam Julia esset! O! „utinam esset mespilum, quod tu

Digitized by Google

ÆRS.

„carpas de arbore; vel utinam tu „esses pirum Poperingense, (homo „imbellis, cui ad venerem nulla cu„pido.") Paine Collier oppositionem non cepit; edidit enim absque *or; O Romeo! that she were, O! that she (were An open et cætera, thou a poprin pear!*

réaks-éars, cg. locus (basis) ubi meta foeni hibernalis es acervata. *Swylje di réaks-earzen oan*, furcillo corrade relictum foenum in metarum fundis.— *Réaks-éars* proprie, anus metæ, i. e. cui insidet meta. Analogice Scoti *sack-arse*, fundus sacci, Ang. *the bottom of a sack.*

eársling, adj. præposterus. *Di jonge is eársling; hij doach nut joár master*, puer lævus est, chirurgiæ non idoneus. *Ily is mei di eárslinge foet fen bæd stapt* (lectum linquens ominoso pede institit) morosus est.

eársling, adv. a tergo, præpostere *In wanne hetse eársling om fen thin doeck*, G. J. ornat se matrona collari ex bysso in vanni formam a tergo. — *Di sinne bilóawwe moai waer; mar it komt eársling ut*, sol promittebat tempus serenum, sed in pejus versum est. — *Az ît bri reint lizze hjar scutels eársling*, (cum puls pluit mulierculæ patinæ jacent inversæ) nescit occasionem arripere in suum commodum. *(eársling*, ano inverso). — Ang. East. *earseling-pole*, „the pole, with which „bakers spread the hot embers to „all parts of the oven:" Quippe hoc agens pistor pedem rutrumque retro movet. Ang. Norf. *Arseline*, adv. backwards.

eárskje, vb. n. segni passu ambulare. *It bern eárskel mem nei*, infans sequitur matrem titubante gressu. *Di siler eársket sceef nei hús ta*, nauta appotus gressum titubantem domum dirigit. Valet præcipue de iis qui pedibus capti difficili properant gressu natesque plus solito movent, quales sunt infantes et vetulæ imbecilles. Eadem figura verbum *boxelje*, leniter itare, derivatur a *boxe*, bracca. Pro *eárskje* quoque valet *jaskje. Ik mat nei sted ta jaskje*, mihi in urbem ambulandum est.

Nl. (Kil.) *aerselen, erselen*, retrogredi, tergiversari. Ang. East. *arsle*, to move backwards. Nl. (Kil.) „*aerse-*

ÆSKJE.

„*lingen*, retrogradi, q. d. culum ver„sus ire. Gal. *re-culer*," a *cul* anus. Kil. *aerselincks*, retrograde.

ÆRW, n. W.o. corii superficies squamulis distincta. Inter Saxones littorales *arw* quoque notat crustam prati, in qua hæret textum densum radicum graminis. F. *nerf*, cg. idem. Nl. (Kil.) „*nerue van het leder* j. *erue*, grana in coriis." Hollandi promiscue *erf* et *nerf; aers* et *naers*, anus; *ijver* et *nijver*, studium, industria; *oest* et *noest*, nodus in arbore; F.b. *ar* et Nl. (Kil.) *narve*, cicatrix. *N* ante vocales vicem præstat aspirationis nasalis ut *h* gutturalis. Vide alia exempla Jun. Willeram, 207, qui prætermisit Ags. *epflod* et *nep-flod*, Ang. *neap-flood*, æstus maris languidior, cum luna quartam partem sui spatii complevit.

ÆS, F.b. officina ferraria. (F. *smitlhe*) Sueth. *æsia*, ustrina, Alam. *essa*, f. Hd. *esse*, idem. cf. F.u. *eest*, F. *iest*, locus ubi hordeum coquorum cerevisiæ ustulatur. Forma simplicior est Nl. (Kil.) *ese.* j. *est*, *ast*, ustrina. cf. *ást*, oriens, (telluris ustrina?)

æsk, n.W. o. cinis. Outzen, *Eesk*, F. *iske*, *yeske*, cg.

æsk-bult, m. W. o. acervus cinerum. F. *yesk-bult*, Nl. *asch-hoop.*

æsk-sparder, m. W. o. F. *yesk-sceppe*, pala parva ad cineres de foco egerendos. E. I. 358. Isl. *sparda*, spatha.

ÆSKJE, vb. a. (Sueth. *æska*, petere, interrogare, optare) dial. com. *éaskje.* præs. ind. *ik éaskje*, *dou éaskeste*, *hi éasket;* pl. *éaskje.* pf. *éaskke*, *dou éaskeste*, *hi éaskke*, pl. *éasken.* pf. p. *éaske.* pr. p. *éaskjende.* ger. *to éaskjen.* Hind. *áskje*, vb. a. poscere, rogare, petere. F.v. *askia*, præs. ind. *askie*, *askest*, *askat;* gerund. *askiana*, poscere, postulare, diem dicere, accusare; ita Lat. *postulare aliquem de repetundis.*— Ags. *acsian*, rogare, interrogare, inquirere. Ang. v. *aske*, Ang. *to ask*, interrogare. (cf. F. *nimme*, sumere; *fornimme*, interrogare, investigare, intelligere.) Ags. *acsjan*, poscere; *geacsjan*, inquirere, intelligere.

Easkje fen di wêrd 'n mingelen biar! pete a caupona heminam cerevisiæ. — *Jild éaskje*, pretium ponere, quod venditoris est; *Jild biede*, offerre pretium, quod emtoris est; eodem sensu valent st. *éask*, cg. et *bód*, n. Ags. *æsca*, f.

Digitized by Google

interrogatio, disquisitio. Eodem sensu W.o. *askje*, ponere pretium. *Wo fûl usket hi for ein hunget?* F. *Ho folle éasket hy foár syn hynzer?* Quodnam pretium statuit ille suo equo?

bi-éaskje, *be-éaskje*, frequenter et quasi jus habens poscere. *Hwat biéaskest thou hjir?* unde tibi jus poscendi quod tibi libet? F.v. *biaskia*, in judicium vocare, provocare.

oaf-éaskje, vb.a. pretium alicui pro merce ponere; exigere aliquid ab aliquo. F.v. *of-askia*, exigere. Ags. *ofacsian*, expetere, expectare.

op-éaskje, vb. a. rem mutuo datam repetere. *Di man sit wrak; ik hab myn jild opfrege* vel *opéaske*, res familiaris hominis labefactata est; pecuniam, quam ei mutuo dedi, repetii.

ta-éaskje, vb. a. in compensandis duabus diversi valoris mercibus pro meliore addititium pretium poscere.

ta-easkje, magnum ponere pretium. *Twahunderd çoune foár 'n feer-kou? Dou éaskeste mar ta!* Ducentine floreni pro juvenco? Pretium enorme statuis. F.v. *otherum to-askia*, ab alio exigere (mulctam), ubi *to*, ad, eandem habet vim quam Nl. *aan* in *aanvragen*, arrogare.

Wi bidde God um forjaning; wy fréagje us burman um syn hynzer; wy éaskje 'n flæze woyn fen 'e kastelein; precamur a deo remissionem; utendum rogamus a vicino equum; petimus a caupone lagenam vini.

ÆUN, præp. F.b F. *oan*, ad F.b. *æun-tóg*, F. *oan-twaën*, in duas partes (fractus). F.b. *æun 'e gong*, in processu, in actione; F. *oan 'e gung*, idem. Bend. 342.

ÆZE, vb. a. F.b. vorare, edere. F.u. *aze*, F. *ieze*, captare escam, piscium more. Bend. 412.

AF. (*A* in præpositione *af*, sive soluta. sive cum alia voce composita, semper producitur). Particulæ sæpe redeuntes solent frequenti usu quasi atteri, diminui vel contrahi. Lingua Sanskrita frequentabat duplicem formam *apa*, Græc. ἀπὸ, et *ava*, Græc. ἀϕ' ante aspiratas, Lat. *ab*. *Apa* Germanice audit *afa*, per apocopen *af*. Latine *ab* per apocopen fit *a*; *a-mitto*, *a-vello* cæt. ut *ex* fit *e*, tum absolute, tum in compositis. Denique transit in *aw*, unde restant *au-*

fugere, *au-ferre*, cæt. Adde *omitto* ex *ob-mitto*. Simili modo Frisice *áf* vergit in *áw* inter pronuntiandum. *W* autem per apocopen evanescente *áw* fit *á*, ab, tam solute, quam in compositis: ex. gr. *áf-lisse* et *á-lisse*, deponere, *hi is fen it bæd áf* et *á*, inter se permutantur. — *W* in *áw* fit *u*, unde *au*, quæ est dialecti varietas præcipue a silvicolis (F.u. *Zeven-wouden)* frequentata; his *au-lisse*, et *hi is fen it bæd au*, idem est quod cæteris *áflisse*, *óaflisse*, et *áf* vel *óaf*. — Saxones veteres *af* ante verba sæpe mutant in *á*. Anglosaxones itidem *af* contrahebant in *á;* ex. gr. *áceorfan*, abscindere, F. *ákerfje*, Nl. *afkerven*. — Ags. *ácolian*, F. *ákuldje*, refrigescere, Nl. *afkoelen*. — Ags. *ábiddan*, F. *ábidde*, deprecari, Nl. *afbidden*. — Ags. *águtan*, F. *ájitte*, effundere, Nl. *afgieten*. — Ags. *ániman*, F. *ánimme*, eximere, Nl. *afnemen*. — Ags. *ávis*, insipiens. Nl. v. (Kil.) *awijs*, *auwijs*, *ouwijs*, Lat *a-mens*. — Ags. *áweig*, devium. F. *áwei*, Nl. *afweg*. Lat. *a-vius*. — Ags. *ágild*, sine compensatione. — Sueth. v. *awita*, amens; *alag*, iniquus, cf. Lat. *ex-lex; unægtig*, impotens; *amæli*, sine opprobrio. Nl. v. *amachtig*, impotens; *aweerd*, indignus. Jun. Willer. 301. In talibus *a* privat ut *af* in Goth. *afgrunditha*, Nl. *afgrond*, F. *af-groun*, *au-groun*, *á-groun*, abyssus (fundo carens.) Non tamen omnis *a* ex *af* est; ex *an* quoque aliisque particulis orta est. Ags. *ámanian*, F. *óanmoánje*, Nl. *aanmanen*, Lat. *ad-monere*. — Ags. *áhefan*, Nl. *aanheffen*. — Ags. *áhvettan*, Nl. *aanwetten*, acuere. — Ags. *ásettan* ponere, Nl. *aanzetten*, Ags. *ofasettan*, deponere. — Ags. *ástigan*, Nl. *aanstijgen*, scandere, *ofastigan*, descendere. Ags. *a middan*, in medio.

Anglosaxones ut Frisii mutabant *af* in *of*, ab; ante hanc mutationem *af* jam se contraxerat in *a*, et *æf* in *æ* (G. J. *æf*) quod comparatio vocum Frisicarum cum Anglosaxonicis exemplis multis luculenter docet. Postquam autem notio primitiva vocalæ *á* (ex *af)* lapsu temporis imminuta erat alteram *af* sive *of* addiderunt, secundum regulam Græcorum, duo negativa vehementius negare; ex. gr. Ags. *a-don*, tollere (Nl. *weg-doen*) F. *á-dwán*, et

Digitized by Google

of-a-don, tollere, amputare, discutere; Ags. *a-drifan*, depellere, abigere, et *of-a-drifan*, idem.

Ags. *æ* vocibus præfixa fere eandem variam vim habet quam *af*, G.J. *æf*, e qua præpositione oritur. *A*, ab, ex. Ags. *ædrifan*, expellere, ejicere. — Ags. *æfyrmtha*, purgamentum, quisquiliæ (ablutiones), Nl. *uitvaagsel*. — Ags. *ægyld*, submutatâ formâ *agyld*, sine mulcta, (compensatione.) — Ags. *æhiwes*, pallor. (Ags. *hiv* color) proprie, decolor conditio. — Ags. *æmyrce*, egregius; proprie, sine tenebris, lucidus, fulgens. Ags. *mirk*, tenebræ. — Ags. *æmen*, (sine hominibus) nudatus incolis, desolatus, vastatus. — Ags. *æmode*, mente captus, pusillanimis. Nl. *moedeloos*. — Ags. *æhwyrpan*, avertere. — Ags. *ænote*, inutilis (Ags. *note*, usus.) — Ags. *æscera*, intonsus. — Ags. *æswapa*, purgamentum, Nl. *uitvaagsel*. — Ags. *æthynan*, aperire. Ags. *tynan*, sepire, claudere. — Ags. *æwen*, incertus. Ags. *wen*, verisimilitudo, expectatio.

Ags. *æ* respondet F. *for*, Nl. *ver*, quæ particulæ diminutionem, interitum, notant. Ags. *æaldian*, F. senescere; *forâldje*, Nl. *verouden*. — Ags. *æbylgd*, indignatio, ira, Nl. *verbolgenheid*. — Ags. *æthryt*, tædium, F. *forthriet*, Nl. *verdriet*, tædium, dolor. — Ags. *æwindan*, tabescere. Nl. *verswinden*, evanescere, in auras ire. cf. *aftredde*, *âfgod*.

Ags. a-veg (de via) *hit is aweg*, abest; pro quo Frisii per aphæresin particulæ *â* et mutata *g* in *i*, *wei*. Angli ex *a-way* habent *a-way*, et Scoti per apocopen *a-wa'*. *It is wei*, abest, non invenitur. *Gean wei!* Ang. *Get away!* apage! *Weigean*, abire. Cum de amatis mortuis sermo est Frisii *dêad*, mortuus, vel *stjerre*, mori, non usurpant, sed *wei*, quod solemnius est et desiderium rei perditæ significat: quorsum enim abierit et quomodo abierit, in medio linquitur, sed abiit in oras, unde nemo redit. Periit! *Us mem is wei*, mater mortua est. *Hja is wei!* illa (filia tua) demersa est! Eadem mens est in Scotis, cum loquuntur *of them that 's awa*. „There „is a peculiar and lovely delicacy in „this national idiom," inquit Jamieson. „When one cannot avoid a reference „to the departed, instead of mentio„ning the name, as if naming the per„son were a kind of profanation of „the hallowed silence of the tomb, „it is usual to speak of *them that „'s awa*." Jamieson (Supplement to the Scott. Dict. *awa*) non attendit animum ad mysticum *awa* pro distincto et trito *dede*, mortuus.

AF, *ôaf*, *ôa*; *ôf*, (oof) *ou*; *æf*, præp. ab, separationem notat. *It kêal is er âf*, *mar it fuwlnis is er noch bi*, peperit vacca vitulum, sed secundinas adhuc tenet uterus. *Fier âf*, Ang. *far off*.

âf, deorsum, Hd. *herab*. *Kom fen di souder âf*, descende e tabulato. *Kom fen it bæd âf! Dou sleepste 'n gat yn e dei*, (descende a lecto, i. e.) Surge! Partem diei teris somno. — Animadverte lectus Frisiorum ante extructos aggeres littorales circiter quinque sexve pedes propter frequentes maris inundationes supra solum fuisse elevatos, quos per quatuor scalas conscendebant perque easdem itidem linquebant.

âf ind óan, interdum, per vices. *Dy feint komt hjir' oaf ind oan*, *nat om us*, *mar di fâm*, juvenis nos interdum visitat, non ut nos alloquatur sed virginem. Ang. *off an don*. „My brother visits „the Talbot-Arms during May, and „was there *off and on* for about „three months." *Go off and on*, abire et accedere. „Competitions intermit „and *go off and on*, as it happens, „upon this or that occasion." L'Estrange. Frisii et Angli adverbia bina vel adverbium et præpositionem copulâ *and* jungere solent. ex. gr. Ang. *now and then*, F. *nou ind dan*. — Ang. *up and down*, F. *op ind del*. — Ang. *through-out*, F. *ut-ind-throch*. Porro Ang. *out-of*, *up-on*, F. *âf ind ta*, *ut ind yn*, *op ind ut*, cætera quæ confer. F. *oaf ind ta*, interdum, F.b. *auf an to*, Bend. 366.

Frisii et Angli e talibus præpositionibus junctis verba formare solent. Ex *oaf-ind-oan* fit

âf-ind-oanje, ire et redire, deficere et crescere. *It liucht fen 'e lampe âf-ind-oanet*, lumen lampadis alternatim languet et clarescit.

auf, F.b. in genere idem valet quod Ang. *of*, pro quo Frisii *fen*. F.b. *De fidder hâlt fale auf san saen*, F. *De faer hâldt folle fen syn soan*. — F.b. *De hæud auf 't hâd name*, F. *De koed fen it hâd nimme*, vel *di*

Digitized by Google

hoed óafnimme, scil. *fen it hâd*, Ang. *To take the hat off the head*, aperire caput. — F.b. *He haurickt en daler auf me*, Ang. *He borrows a daler of me* F. *Hi lient 'n dâlder fen mi*, mutuum sumit dalerum a me. F. *borgje*, dare et sumere merces mutuo. — F.b. *He lawet fon sin ronte, aurs auf æze au drainke*, F. *Hi libbet ut syn rinten, mar fen iten ind drinken.* Bend. 365 — F.b. *auf*, F. *ut*, ex. *De œirem as auf 't laz*, F. *Di éarm is ut it lid*, brachium eluxatum est. Ags. *lith*, (lizd) membrum. — F.b. *He kamt auf 'e sjurk*, Ang. *He comes out of the church* (tsjürts). F. *Hi komt ut 'e tsjerke* vel *serke*. — F.b. *He kamt fon 'e sjúrk*, venit e vicinitate templi, F. *Hi komt fen é tsjerke*, idem. Bend. 365. — F.b. *In-œun 't hus an ut-auf 't hus gonge*, Ang. *to go in the house and to go out of the house*, F. *yn ind ut it hus géan.*

auf, F.b. partem rei notat. *En fœzer auf en krœider*, Ags. *fether*, (fezder) penna. Ang. *A feather of a cock*, F. *Jen feêr fen 'n koánne.* — F.b. *En wing auf en swun*, Ang. *A wing of a swan*, F. *Jen swanne-fleugel.* Bend. 379.

auf, F.b. notat materiem ex qua quid fit: *En shéo auf heult*, Ang. *A board or table of wood*, F. *Jen tefel fen hôlt*, Hindel. — F.b. *En hœud auf strai*, Ang. *A hat of straw*, F. *'n strieen hoed*, pileus stramineus. Bend. 379, ubi variæ distinctiones inter *fon* et *auf*.

AFALDJE, vb. n. senectute collabi, marcescere; senio desuescere amicis, sodalibus. *Hy is al moai jirrich ind eak âfâlde*, grandævus est et senio afflictus; ætate declivis. — *Mei di jirren âldet di minsce âf*, cum crescunt anni desuescimus nostris sodalibus.

AF- vel ÆF-AERDJE, vb. n. degenerare. Hol. *ontaarden*, idem. G. J. *æfaerd*, pf. p. degener. cf. *ârdje.*

AFBÂKKE, v. a. pacto componere litem. cf. *hân-bakke*, dextris junctis licitari. *âftutje*, componere pacem osculo, proprie, osculo delere injuriam et culpam. *âfdrinke*, pocula libans cum altero redire in gratiam.

AFBARNE, vb. a. et n. (oofbánne) F. v. *ofbarna*, F.u. *ofbrande*, comburere, comburi totus quantus; valet de ædificiis, molendinis, cæt.

AFBEIDJE, vb. a. expectare, manere cf. *bida.* Hol. *af-wachten*, perdurans expectare. Ags. *âbidan*, Ags. North. *âbida*, constanter manere quid, Ang. *abide.*

AFBIDDE, vb. a. precari (ab aliquo.) *Myn wiif bidt Goad ulle moárnen 'n bern óaf*, mea uxor a deo maximopere petit infantem, (precatur sibi infantem). F, *óaf-* sive *óa-bidde*, Ags. *âbiddan*, precari, petere.

AFBINE, vb. a. fune adstricto demere, F.u. *ofbine. Di rammen âfbine*, arietes fune adstricto castrare. Prov. *'n âfboun weêr is nock wol 'ris rammich*, (quandoque vervex castratus salax est) quandoque senex venerem appetit.

AFBODJE, vb. n. exhaurire vires assiduo labore. Eandem vim hic loci *âf* habet quam *of* in Ang. v. *ofwalked*, fatigued with walking.

AFBOYE, vb. n. remitti repetitis imbribus; spectat tempestuosam cæli temperiem. F.u. *ofbuije*, idem.

AFBONKJE, vb. a. supremum et vilissimum stratum terræ bituminosæ abscindere. cf. *bonk-ierde.*

AFBORNE, vb. a. *Di ky óafborne*, dare bibere vaccis in stabulo ad unam omnibus. cf. *óafliuchtje.*

AFBOSKJE, vb. a. stipulas longas graminis, quas pecus in prato intactas liquit, metere. Holsati ad ripam Eidoræ *afluschen*, idem. cf. *boskje.*

AFBOSSE, AFBOSJE, vb. a. crogare pecuniam, ex. gr. in symposium. cf. *busse, bosse*, Ang. *box*, pyxis. Hol. *afschuiven.*

AFBOUWE, vb. a. demoliri. *Di merke iz dien; di kreámmen wirde âfbouwd*, nundinis finitis rescinduntur tabernæ ligneæ. Contra *opbouwe*, exstruere. cf. *bouwe.*

AFBOUWJE, vb. n. aufugere, evadere. cf. *bouwje, bauwje.*

AFBREKKE, vb. a. refringere; cultus sumptus diminuere; abrogare. — *'n hus âfbrekke*, domum caducam demoliri. — *Di man libbe as ien banjer; nou is er oan it âfbrekken*, laute homo vixit; nunc delicias, quas faciebat, minuit. — *Síke ky âfbrekke*, vaccas morbidas refringere, i. e. e grege amovere, vendere. F.v. *ofbreka*, avellere, F.u. *ofbréke*, F. *âbrekke*, Ags. *âbrecan*, frangere, destruere. Ang. *to break off*, interrumpere orationem, Nl. *afbreken*, idem. cf. *brekke*, frangere.

Digitized by Google

AFBRINGE.

AFBRINGE, vb. a. abducere, ferre deorsum. *Wi habbe it er goed oabrocht*, salvi transiimus periculum. Ags. North. *ofgebrenga*, educere, F.u. *ofbringe*.

AFBUGE, vb.a. deflectere (ex. gr. ramum a semita.) Ags. North. *ofgebega*, inclinare (diem.)

AF- vel ÆF-BUWTSJE, vb.a. depellere, recusare. cf. *buwtsje*, *bâtsje*. Ags. *of-beatan*, Ang. *to beat off*.

AFDELE, vb.a. F.v. *ofdela*, F.u. *ofdele*, dividere, in partes separare.

AFDIJE, TADIJE, vb.n. *Afdye*, minus augmentum capere quam quod expectabatur. *Tadye*, præter spem crescere. *Di kou dyt âf*, in crescendo vacca spem fallit; *it kéal dyt ta*, incrementum vituli expectationem superat. — *Tadye*, valde crescere. *It bern dyt nau tá*, infans eximie nunc convalescit. cf. *dye*, augeri, crescere.

AFDOELE, vb.a. terminis circumscribere, determinare. *Dou maste it stik, datste fen it miedlân forkéapje wolste, târst âfdoele*, pars prati foenicularii, quam vendere paras, tibi terminis sæpienda est. cf. *dole*.

AFDOLLE, vb. a. desuper fodere. Ags. *ofdelfan*, Hol. *afdelven*, Ags. North. *ofdelfa*, Rushw. *ádelfa*, F. *ádolle*, idem.

AFDRAGE, vb.a. deferre; inclinare; usu conterere. — *Drâch it bern di treppen oaf*, defer infantem per gradus scalæ. — *Di flier drâcht oaf*, solum inclinat. — *Di kléan oafdrage*, vestes conterere usu.

AFDRAIJE, vb.a. torquendo solvere. *Di weêren âfdraye*, vervecibus pullis exarescentes testes torquendo demere; exarescunt scilicet testes superne fune constricti. cf. *âfbine*. — *Af-* vel *æfdraye* vb. a. avertere, ex. gr. caput, quod renuentis est, cf. *dráye*.

AFDRINKE, vb.a. proprie, bibendo pellere, i. e. litem: in gratiam redire cum aliquo et in signum reconciliationis ei propinari. — *Oafdrinke*, vb.a. nimia aqua potum diluere; *oafdronken thé*, extractum theæ nimis dilutum. — In verbo F.v. *ofdrenka*, aqua suffocare, præp. *of* gaudet vi Ags. *of* in verbo *ofgedrincan*, idem. cf. *oaftredde*.

AFDRIUWE, vb.n. et act. depellere, ex. gr. pecus ex agro; *it wetter*, pellere aquam intercutem. Ags. *ofdrîfan*, F.v. *afdriva*, F.u. *ofdrîve*. Ags. *âdrifan*, F. *ádriuwe*, Hol. *afdrijven*, depellere, Ang. *to drive off*, differre.

AFFALLE.

AFDRUGJE, transeunte *g* in *i*, *âfdruye* vb.a. abstergere, (cf. *druye*, siccare) quod madet periculo abstergere et siccare. — *Di tafel oafdruye*, mensam madidam abstergere. — *Di ierdapels, di béane oafdruye*, poma terræ, fabas siccare, i. e. aquam, in qua coctæ sunt, effundere. Ags. *ofadrygan*, *âdrigan*, idem. Ags. North. *ofdryga*, abstergere, F. *ádrugia*, idem.

AFDWAN, (oafdwaan) vb.a. demere. — *Di hoed, it klid oafdwân*, detegere caput, demere operculum. — *'n Rekkening oafdwân*, solvere debitum; rem expedire. — Ags. *ofdôn*, eximere; *ádon* tollere, amovere. F.u. *ofdoen*. Anglis *to do off* hoc sensu ignotum est. — *Af, á*, separat; *for* perdit. Ags. *fordon*, perdere, F.u. *fordoen*, F. *fordwân*, idem. F. *álwân*, Ags. North. *ádóa*, deponere, destruere; *ofdoa*, idem.

âfdwân, vb.a. perficere. *Dat is âfdien*, res peracta est.

âfdwaning, cg. absolutio, compositio, confectio rei post putatam cum alio rationem. cf. *dwân*, facere.

AF-, ÆF-DWERSJE, vb.n. averso vultu deflectere. — *Fen immen æfdwersje*, ab aliquo, quem vituperamus, vultu transverso recedere. cf. *dwers*.

AFÉAGJE, vb.a. oculis metiri, attingere, *Hwa ken di steárren yn de héage loft âféagje*, quis stellas in caelo oculis assequi potest? cf. *éach*, *ut-éagje*.

AFEARE, vb.a. arando subtrahere quid ex agro vicini. F.v. *Huasa otherem ene furch iefika tua ofereth*, quicumque alii unum sulcum vel duos aratro desecat.

AFEARTJE, vb.a. reliquias pabuli, quas pecus conculcavit, e stabulo in sterquilinium ferre. cf. *eárt*, trunculi, acroteria, ramenta.

AFÉASKJE, vb.a. exigere. *Goad éasket di siel fen it bidoarne bern fen di âlder syn hân*, deus exigit animas corruptorum liberorum a manu parentum. F.v. *ofaskia*, Hind. *ófáskje*. Ags. *ofaxian*, Ang. *to ask off*.

AFFALLE, vb.n. decidere. F.v. *offalla*, F.u. *offalle*, Ags. North. *offalla*, decidere. — *Dou falste my âf*, expectationem meam de te bonam fallis. — *Ho falt my dat âf!* Quanta de spe decidi! — *Hy is ast er oaff fâlt*, Burman. 26, corpus amittit, macescit. *Us mem falt âf fen jelde*, mater marcescit senectute. Ang. *to fall off*, perire.

Digitized by Google

AFFARRE.

âffal, cg. ramentum. — *Affal fen di kou, it sciep, di bârch*, trunculi vaccæ, ovis, porci, quales sunt pedes, caput, ilia, cæt.

AF-, OAF-FARRE, vb.n. solvere navem, G. J. *æfferre*. Ags. North. *offearia, offoera*, discedere. Ags. *offaran*, exire. Ang. *to fare on*, procedere, Miltonus utitur; *to fare off* non inveni. F. *âfarre*, Ags. *aferran*, avehere, auferre.

AFFÉAR, cg. pl. *affêars*, majores. *Afféar* proprie, avus, vox contracta ex F.o. *âlfaer*, avus; F.v. *aldafeder, aldfeder*, avus. Ags. *ealdafæder, ealdfæder*, avus, patriarcha. Hol. *oudvader*, avus, patriarcha. — Sax. v. *abaro, auaro*, filius, proles; Ags. *eafora*, proles, nihil cum F. *afféar* commune habet; sunt enim ex themate *ab* et *af* in Isl. *afla*, valere, gignere, et Goth. *abrs, ἰσχυρός*. (cf. Ags. *afor*, validus. *eafoth*, f. robur, vis).

AF-, ÆFFERGJE, vb.a. petere ab aliquo, postulare. cf. *fergje*. *Af* in hoc verbo abundat fere et notionis vim tantum intendit.

AFFIERE, vb.a. de loco editiore detrudere. Ags. *âfyrran*, avellere, auferre; *âfyrsian*, pellere, auferre. Ags. North. *afirra*, ejicere, depellere, abjicere. Perdiderunt Angli hoc verbum.

AFFLEUTJE, vb.a. delibare cremorem de lacte, despumare lac. F.o. *fleutemelk*, lac cremore orbum; *flût*, idem. Ang. *to fleet*, to skim milk; *fleet-milk*, skimmed milk, (lac despumatum).

AFFOLLE, vb.a. piscatores fila, quibus retia resarciunt, convolvunt super duos asserculos transverse junctos *(it krües)*. *Affolle* autem est solvere fila ex illis asserculis et transferre in acum, qua piscator texit retia; F. *nidle*, Ang. *needle*. *It jern fen it krües âffolle op di nidle.* — *Af*, ab, respicit asserculos; *folle*, implere, autem acum fissam; asserculi orbantur, acus repletur filis.

AF-, ÆFFREEGJE, vb.a. interrogare, sciscitari aliquid ex aliquo.

AFFRETTE, vb.a. depascere gramen in pratis, quod pecoris est. Ags. North. *offrealla*, devorare, F.o. *affrilli*, C.M. Ags. *offretan*, devorare. Pro hoc verbo Angli barbarum *to devour* sibi assumpserunt.

AFFURJE, AFFUÓRJE, vb.a. pecori in stabulo ultima vicc ante noctem pabulum præbere, cf. *âfetârtje, âfliûchtje, âfmeitse*, in quibus *âf* actum ad finem perductum notat.

AFGROBBELJE.

AFGÉAN, vb.n. abire, discedere. Ags. *ofgan*, progredi, F.u. *ofgân*. — F.v. *ofgunga*, (Ags. *afgangan*) abire, decedere munere, mori. Ags. North. *ofgegunga*, exire. — *Honeer giet it fjerscip âf?* Quota hora cymba vici ripam solvit? — De sclopeto explodente dicimus, *It snaphaen gung âf*, Ang. *the gun went off*. Ang. *to go off*, to fire. — *It supen scil dy nat goed oafgean*, non impune te sepelies vino.

âfgéan, vb.n. discedere, desistere a proposito. G. J. *æfgéan*, proficisci. *Di âld-man wol reisgje, mar it scil him wol oafgéan*, senex vult peregrinari, sed animi propositum mutabit. Ags. *ofgân*, Ags. North. *ofgaa*, exire; *ofgegunga*, idem; Ang. *to go off*. — Ags. *ofgangan*, F.v. *ofgunga*, abire, egredi, progredi; *ofgung*, m. renunciatio muneris, casus; Nl. *afgang*, descensus.

âfgung, *âfgong*, cg. ventris exoneratio, excrementa. Hol. *afgaan*, cacare. cf. *throchgung*. Hol. v. *afganck, dootlycken afganck*, decessus, mors.

AFGNIBBELJE, vb.a. minutim et avare deducere a pretio: proprie, minutim demordere. Ang. v. *gnibble*, (ge-nibble) hodie *to nibble*, manducare. *The nibbling sheep clothe the slooping hills*, Gay. Dione. Act. IV. sc. 4. Forma frequentativa verbi Ang. North. *to gnipe*, idem. — F.o. *ofknibbele* idem quod *âfgnibbelje*.

AFGNIRDJE, vb.a. manducando demordere. Ags. *gnyrran*, stridere dentibus. Ang. v. *gnaste*, Ang. *to gnash* with the teeth.

AFGOD, cg. idolum. G. J. *afgoad*. F.v. *ofgod, afgod*, F.u. *ofgod*. — F.v. *afofgodie*, (Nl. *afgoderij*, Hd. *abgötterei*) idololatria. In præpositione *af* est vis negandi; *âfgoad*, qui non deus est; *âfgroun*, ubi fundus deest; *âfginst*, invidia (sine favore).

AF- vel AU-GRYSLIK, adj. horribilis. *'n Fjildslack is augryslik um to siæn*, proelium horribile est visu. — Adv. vehementer. *It is augryslike kâld*, sævissimum est frigus; Hd. *abscheulich kalt*. cf. *grîze*, horrere; *gryslik*, horrendus. Ags. *âgrisenlic*, horribilis.

AFGROBBELJE, vb.a. Molkwarren, ab-

Digitized by Google

luere. *Mim grobbelt di boárn æf*, mater abluit infantes. cf. *grobbelje*.

AFGROUN, cg. G. J. *æfgruwne*, gurges, (abyssus).

AFGRUNDERJE, vb.a. F. et W.o. vituperare, convitiari. Dubito an corrupta sit vox ex *affrunterje*. Hol. *affronteren*, Gal. *affronter*.

AFGRUNJE, vb.a. F.o. fundum aquæ pedibus attingere extante capite. cf. *bigrounje*, *grounje*, idem.

AFGUSTE, vb.a. F.o. vaccæ, quæ brevi pariet, lac depellere. Ang. East. *gast-cow*, a cow which does not produce a calf in the season. Sax. n. *güste-koe*, idem. Sax. l. *güst*, (pecus) quod non utero gerit neque lac præbet. Dithmarsi *göst; göstland*, terra altior, aridior et infertilis. Compone F. *gaest*, *geest*, collis arenosus.

AFHALDE, vb.a. detorquere navem ad lævam vel dextram ut navis obvia vitetur. Desinere, negligere. — Ags. *áhealdan*, Ags. North. *ahælda that onsion on eortho*, dejicere vultum (oculos) in terram. Luc. XXIV. 5.

AFHANDICH, adj. distantiâ incommodus. *Dat lân leit di boer áfhandich*, isti agri nimia distantia a villa villico incommodum afferunt. „Ita ædifices ne villa fundum quærat neque fundus villam." Cato de Re Rustica, 3. Hæc prima lex est agriculturæ Frisicae. *Afhandich* proprie, quod non ad manum est. Ang. d. „In Suffolk a man „holding a second farm, on which he „does not reside, is said to farm it „*off-hand*." Halliwell, 586. Neerlandi privandi sensu, *iemand iets afhandig maken*, aliquem re aliqua fraudare. — *Af-handich*, analogice *af-tandich*, quod vide.

AFHELGIE, vb. reflexivum, *Him áfhelgie*, desudare, sese frangere nimio labore. Mhd. *hellec*, fatigatus; Sax. l. *hellig*, idem, et siticulosus. B. N. L. II. 619. Kil. *helligh*, lassus; *hellighen*, lassare. Hd. *bekellen*, *behelligen*, molestiam creare. Bavari (1579) *abgehelligt ros*, equi fame et labore confecti. Schmeller, II. 173. vb. *abhelligen*. Confer Isl. *halloka*, adj. victus, qui alteri cedit. Egilsson.

AFHELJE, vb.a. portare, petere a. *Di liu helje fen di âf hwat se kenne ind den litte kia dy rinne*, homines emolumenta, quæ possunt, abs te abra-

dunt et postea te missum faciunt. — *Ien kéal áfhelje*, parturientem vaccam liberare vitulo. — *It op 'e deá áfhelje*, (petere vitam a morte) morti proximus convalescere. F.v. *ofhalia*, F.u. *ofhale*, Nl. *afhalen*, auferre, deferre.

ATWA, (a-twá) F.v. in duas partes, fractus. *Skatha and frama a-tua*, damna et emolumenta inter maritum et uxorem æquabiliter distribuenda. — *That widuben a-twa*, clavicula fracta, idem quod *wydebeens breck*, F. *It widebien yn twaën*, idem. — F.v. *A-twa haua*, in duas partes cædere, F. *yn twaën houwe*. — F.v. *A-twa sla*, in duas partes ferire, i. e. findere, F. *Yn twaën slaen*. — F.v. *A-twa steta*, in duas partes contrudere, F. *yn twaën stjitte*; F.v. *Thet rib a-twa stat*, F. *di ribbe yn twáen stáet*, Nl. *De rib in tweeën gestoten*. Pro *yn twaën*, *yn thryen houwe*, *stjitte*, Frisii quoque usurpant *oan twaën*, *oan thryen*; *oan* idem est quod F.v. *an*, per apocopen solitam *a*. — F.v. *A-twa werpa*, in duas partes jacere; *soe hwam syn kenbacka a-twa worpen werth*, cuicumque maxilla jactu fracta fuerit. Verbum F.v. *werpa*, Nl. *werpen*, Frisiis ruricolis ignota est, qui *smite* pro eo frequentant. Similiter Anglosaxonum verbum *werpan*, to throw, to cast, Ang.v. *werpe*, ab Anglis rejectum est.

AU, âu, præp. ab, ex *âf*; in sermone incolarum pagi *Sawn-wâlden*, F.u. *Seuwen-wouden*, Nl. *Zevenwouden*. cf. *âf*.

AUBER, *aber*, adj. F.v. manifestus, apertus. Ags. *bær*, adj. nudus; *on barum sandum*, Boeth. 34, 10, in mera arena, F. *yn it bare sân*. Ang. *bare*, nudus, merus.

AUCHSE, cg. taurus castratus. pl. *auchsen* apud Sciligenses. F.o. Cad. Muller, 19, *eyks*, (a = e, u = y) Ang. North. *ouse*, pl. *owsen*, ex. gr. Burns,

He has gowd in his coffers, he has (owsen and kine
And ae bonie lassie, his darling and (mine.

Burmania *ouxe*, sed F. *òxe*, F.v. Ags. *oxa*, m. Ang. *ox*. *Auchse*, convenit cum Goth. *auhsa*, βοῦς. Quomodo diphthongus *au* cohæreat cum *ò* vocali in *oxa* cæterarum ejusdem stirpis nationum obvia, nescio. Confer Sciligensium *aune*, furnax, cum Goth. *auhns*, Sueth. *ugn*, F. *uwn*, furnax, et Ang. North. *ouse*, ex Ags. *oxa*, cum W.o. *aue* ex Goth. *ahjan*.

Aqua marina cum Frisiam ejusque insulas circumfluens pecori nociva sit, Frisii foveas majores in pratis fodiebant aqua dulci repletas, quam biberent armenta. Tales scrobes ante structos aggeres fossæ adhuc in Frisiæ pratis frequentes sunt; restat earum una in media insula Sciliga, quam insulani appellant *auxne-dobe*, *ausendobe*, in quam fert fama boves ex obversa parte Frisiæ venisse aquatum, antequam inter eam et insulam sese vada et æstus maris, quod serius evenit, interposuerant. F. *dobe*, *dobbe*, cg. scrobis; in Frisia ipsa illæ scrobes *boárnen* (boán-nen) appellantur. Ut *auxen-dobe* formata sunt composita Ags.

Digitized by Google

oxan-hyrde, bubulcus; *oxna-forda, oxen-ford*, (boum vadum) urbs Oxford. Prov. *Ast wol zoo kelie de ouxen*, Burman. 2. (si ita fert bona fortuna tauri castrati pariunt vitulos) summa, quin et incredibilia sperare possumus dummodo bona fortuna annuat inceptis. — *De swarte ouxe hat dy ÿjette naet uppe voet wessen*, Burman. 11. (Hol. *De bonte os heeft hem niet getreden*, Campen. 11), „Niger taurus tibi nondum conculcavit pedem," cui proverbio Everwinus Wassenbergh hanc adspersit notam „*Nondum in Melanpygum incidisti.* Est autem Melanpygus Hercules niger, podice hirsuto, nigris pilis, ultor et vindex malorum." Erasmi adagia, p. 207. ed. in fol. Francof. 1646. Ang. *the black ox has trod on his foot*, he is worn with age or care.

Alas! the neatest foot, that ever came
In the most supercilious royal shoe,
By the black oxe is often trodden lame.
G. Tooke, Annæ dicata, p. 108. Confer Nares, *Black*.

òxe, cg. homo stupidus et agrestis. Scomma in pertinacem asseclam dogmatum antiquæ Ecclesiæ erat *Ortedòxe òxe*.

òxe-pripper, cg. homo hebes et lævus; proprie, qui stimulo agit boves, bubulcus. cf. *prippe*, stimulare.

òxe-wiel, cg. tractus pratorum in ditione vici Ter Horne in pago Utingeradela.

AUDEMA, m. F.v. spiritus, anima. *Audema* pro *adema* vigebat olim in hac nostra Frisia, et specialiter in Oostergo et Westergo; confer *thes audema wtgungh*, 449, 6, in Oostergo, animæ exitus. *Thi audema*, 494, 17, in Westergo.

AUE, vb.a. W.o. æstimare. *Det aue ik nix*, hoc flocci pendeo. E. II. 195. Gothi *ahjan*, putare?

AUFBISCHEITH, W.o. F. *óafseeid*, n. decessus, valedicentis verba. E. I. 358.

AUFLIDZDER, m. W.o. res trita, obsoleta, ex. gr. vetus navigium, cæt. F. *óaflidzer, óaflisser*. cf. *óaflisse*, deponere ut obsoletum. E. I. 358.

AUFWIT, m. et f. prætextum, diverticulum. E. I. 359.

AUKE, n. p. viri. F.b. *Authe, Aude, Auti*, n. p. v. *Authari* rex Longobardorum. Outzen, 423. *Auke* forsan ex *Auteke*. Goth. *audags*, beatus?

AUNE, cg. Scil. orientales, furnax. Forsan ex *afen*, ut Scil. *aune*, Hind. *eaun*, vespera, ex *afend*. Gothi *auhns*, (auchns) furnax, Sueth. *ugn*, F. *wn*, (ch = f = v).

AUNE, F.b. lac agitatum vel serosum. F. *supe*, Nl. *karnemelk*. Bend. 408, *da aune*, pl. collective.

AUR, adv. F.b. *Aur sommer, harwst*, per hanc æstatem, hunc autumnum. Johan. 80. F. *Fen 't simmer, fen di heárst*, idem. F.b. *a sommer, harwst aur*, idem.

AURIN, AURUT, W.o. erythræa centaurium. Hall. p. 146. E. I. 359.

AUS, *aus*, F.b. stillicidium. Bend. 31; alibi *ose*, Outzen. Sax. l. *oese*, F. *ús*, (oes), q.v. Isl. *ausa*, f. haustrum, situla, F. *eús-fet*, idem.

AUSER, adj. F.b. alius. *S* ex *th*, Ang. *other* (ozer), F. *ór, óar*. — Frisii Boreales cum ex *tuch*, duo, non forment numerum ordinalem *tugde*, pro eo adhibent, vel *læzere*, posterior, vel *de ausere, jeu auser, dat auser*, ut Goth. *anthar;* Marc. XII. 20, 21, *frumista*, primus; *anthar*, secundus; *thridja*, tertius. Ags. F.v. *other*, secundus. Græci ex δύο formant δεύτερος, sed Latini pro ea adhibent *secundus*, (qui sequitur) vel *alter*. F.v. *twede*, non est „secundus," sed post numerum cardinalem hujus quandam notat dimunitionem, ut F. *ien-twaede*, dimidium. Neque Neerlandis principio *tweede* ex *twee* erat, sed ad normam Gothicam *ander*, ut patet ex *anderhalf*, sesqui, minime *tweedehalf*, quamvis valeant *derde-half, vierde-half*, cæt. Ags. *otherhealf, thrydde-healf;* F. *óarde-héal, thredde-héal*.

en-auser, F.b. se invicem. F. *en oar*. F.b. *Ja hæwe 't ma enauser*, F. *Hja hálde 't mei enoár*, (faciunt secum invicem.) Inter se conspirant.

aurs, adv. F.b. sed. *We hawe manning shaip, aurs ja hawe da maste*, nobis multæ sunt oves, sed illis plurimæ omnium. Bend. 395, 398. F. *Wi hawwe mannich sciep, kja hawwe oars di méaste*, Ang. *we have many sheep, but they have the most.*

aurde-mjarne, F.b. perendie. Bend. 424. F. *oerremoarn*, Nl. *overmorgen*. Ang. *the day after to morrow.*

AUTER, OUTER, n. *Ald outer* (åd), arun-

Digitized by Google

dines stramenque, quod tectis fundorum rusticorum serviebat, tempore contrita et rejectanea.

AUVEN, m. W.o. pl. *auvens*, furnax, F. *wen*, cg. E. I. 359.

AUVER, f. et n. W.o. ripa insulæ Wangerogæ australis. E. I. 359. F. *wure*, G. J. Nl. *oever*.

AUWER, præp. F.b. Nl. *over*, Ang. *over*, contracte *o'er*, F. *oer*, super. F.b. *Auwer 'e théle stráie*, Ang. *To walk over the flooring*, F. *Oer di flier géan*. (Ang. *to stride* (straide) to walk with long steps.) F.b. *He as æujn 'e shûl ap auwer 't ure*, F. *Hi is oer 'e éaren ta yn 'e scilden*. — F.b. *De rin as auwer*, F. *Di rein is oer*, cessat pluvia. Bend. 369.

auwer-dat, F.b. eo quod. Gal. *par ce que. Wirfár kon 'r ai betale? Auwer dat 'r nin gjil hét*, quare solvere nequit? Quod ei desunt nummi. Bend. 401.

auwer-far, F.b. e regione. *He sat lick auwer fár me*, F. *Hi siet lyk tejin oer mi*, sedebat ex adverso mihi. F. *foár-oer falle*, pronus cadere. Bend. 368, 369.

auwer-iin, F.b. F. *jin-* vel *tejin-oer*, Ang. *over-against*, e regione. (Ags. *gen*, contra, iterum.) Nl. *tegen-over*.

auwer-iins, F.b. F. *oer-iens*, concordes. *Di ûlders binne er nat oer iens hwet di junge lere scil*, parentes non concordant qua arte puer imbuendus sit.

auwer-wách, F.b. F. *Ik ken er nat mei oer wei*, quid hac re vel homine illo faciam nescio. Bend. 342.

AVEL-GUNGA, AEVELGUNGA, F.v. facultates suas transcribere in alterius dominium ea lege ut hic donatorem alat. Hæc transscriptio dicitur Nl. v. *evel-gang*, et *oevel-gang*, cf. Richthofen 615, 7. Confer Ags. *afol*, mens, anima, Isl. *afli*, m. copiæ, vires; res acquisitæ; acquisitio.

AW, F.b. in (loco.) Bend. 358. *Aw it bedd*, F. *op it bæd*, in lecto. F.b. *Led dat tjauling op àw 'e skew*, F. *Lizz dat kliuwen op 'e tefel*, Bend. 346. tolle hoc glomus in mensam; F. *scif*, discus, Nl. *disch*, mensa. Mensæ Frisiorum erant rotundæ. — *Aw 't best*, (ib. 339.) F. *op it bæst fen syn libben*, in flore ætatis. — F.b. *De hæujd as aw*, caput hominis est opertum; *jö hul is auf*, caput feminæ apertum est. F. *di hoed is op, di muwtse is oaf*. Bend. 352. F.b. *Aw 'en prak drawe*, F. *op 'n prik treffe*, certo ictu destinatum ferire. Bend. 359, 362. F.b. *Dou bast ai aw dan strach*, F. *Dou biste nat op streek*, mente male affectus es. Bend. 360.

F.b. *Awe hir-egge*, (ad hanc oram) cis. *Awe-janner-egge*, trans. *Awe-hir-egge 't gref*, Nl. *deser zijds 't graf*, cis sepulchrum; F.b. *awe janner egge 't gref*, Nl. *aen gindsche zijde 't graf*, trans sepulchrum. Brevius F.b. *baijanie*, Ang. *beyond*. F.b. *jant*, illic, Ags. *geond* et *begeond*, *beiundan*, trans, ultra. Bend. 370. Jun. Et. *beyond*.

ap-aw, Ang. *upon*, Hd. *auf auf*, *hin auf*. *He as apaw 'e loft gingen*, conscendit tabulatum. *Help me apaw 'e hajnst*, F. *Help mi op 'e kynxt* vel *'t kynzer*. Anglosaxones, Angli, Frisii Frisiique boreales amant duas praepositiones conglutinare in unam vocem instar praepositionis compositæ *ap-aw*. Exempli gratia Ags. *on-gean*, Ang. *against*. Ags. *with-innan*, Ang. *with-in*. Ags. *with-utan*, Ang. *with-out*. Ags. *upp-on*, Ang. *upon*. Ags. *ymb-utan*, circum; *ut-on*, extra; *on-ufan*, super; *on-innan*, intus. Ang. *through-out*, F. *ut-ind-throch*. Ang. *out-of*. F.v. *to-jenst*, contra; *in-ur*, *in-over*, supra; *up-ur*, *upper*, super; *ut-ur*, *uter*, extra. *to-fara*, *ti-fara*, ante. F. *op-yn*, *op-ut*, *op-ind-ut*, (op-ind-ther-nei) *opinnernei*, *op-ind-del*. F.b. *ap-aw*, Bend. 342; *ap-iin*, 357; *ap-æujn*, ib. *in-auwer*, 349; *in-æujn*, 343; *ut-bai*, 350; *ut-auf*, Ang. *out-of*, 366.

In *ap* Frisii boreales mutant *o* in *a*; quæ depravatio licet præsertim contaminet eorum dialectum Anglis veteribus non penitus erat insolita. Ex. gr. *apon* pro *upon*; *Have mynd apon your endung*, MS. Donce 312. f. 1. memento mori. Confer Hall. *apon*. *Rasez* pro *rushes*, F. *rüsken*, Syr Gawayn and the grene knygt, 1461.

Notet autem lector multa vocabula in dialecto Frisiorum borealium vigere, quæ non sunt Frisica sed depravatæ vocalis ratione habita Neerlandica. Exemplum pono in F.b. *amluper*, Bend. 376, eadem vocc ac Nl. *omloper*, F. *umrinner*, *rinner*, circitor qui parvas merces distrahendas vica-

Digitized by Google

tim circumfert. Hæc autem caute distinguenda sunt a genuinis Frisicis quæ peccant turbatis vocalibus, qualia sunt *ápk*, osculum, pro *opk*, Joh. 99, et *aplât* pro *oplit*. Ut ex Lat. *os* est *osculum*, ita ex Isl. *op*, os, est diminutivum *opken*, *opke*, *opk*, osculum, et *oppe*, oscula figere. Outzen 236. — *Aplât*, n. pl. *aplaten*, F.b. suppari feminini, ventrem pedesque circumdantis, fimbria superior, F. *opsetsel*, n. Olim feminæ induebant talia suppara, quæ fiebant ex pellibus ovinis, (F.b. *schistpeiar)* lana introrsum versa. Johan. 3. Nl. (Kil.) *„pije*, pannus rudis, hirsutus; *pije*, *winter rock*, endromis." Hac vocalis *a* petulantiâ sæpe factum est ut sedem suam antiquam sit tuita ubi eam secundum analogiæ leges mutare debuerat. *A* transit in *e*, *e* transit in *i*, quare F.v. *and* fit *end*, et *end* fit *ind* et *in;* F. boreales contra retinent *an*. *An* F.b. et, ex F.v. *and*, Nl.v. *end*, *ende*, F. *ind*, *in*. F.b. *an he kaun an sach an forfjard kam*, F. *ind hi kâm ind seach ind wier forfeard*, et veniebat et videbat et turbatus erat. Bend. 397.

AWA, AUWA, vb.a. F.v. monstrare. inf. *awa*, pf.p. *awed*, ger. *to auwande*, *to awane*. Ags. *eavian*, pf. *eavade*, pf.p. *eaved*, monstrare.

awa, n.F.v. argumentum, documentum.

AWE, F.b. n.p. viri. F. *Ewe*, *Euwe; Eua*, idem. *Êefke*, n.p.f. Outzen 423. Wass. 102, 174. Ex *avi*, laus, gratia, in Goth. *aviliudan*, gratias agere, laudibus tollere. *Ava*, n.p.v. Sax. vet.

AWEI, adv. F.v. absens, deficiens. Ex *áf* et *weg*, ut Ang. *away* est ex Ags. *aveg*, idem. F. *ut 'e wei!* (ex via) apage! F.v. *sint da tree delen thera spreeck awei*, si tres partes sermonis (usus loquelæ) perierunt; 466, 30. F. *wei* per aphæresin pro *awei; Mem is wei*, mater mortua est: similiter Ags. in compositis *veg* pro *aveg;* ex. gr. *veg-faran*, *veg-dragan*. Frisii per apocopen *á* pro *af*, ut Ang. v. et dial. *ó* pro *of*. *Our kyng is o bold corage. The wrang to here o right is lath;* locos vide apud Halliwellum, 584. cf. *áf*.

awei-drega, F.v. vb.a. auferre. F. *weidrage*, Ang. *to draw away*.

awei-fara, vb.n. F.v. abire. Ags. *vegfaran*, proficisci, Nl. v. *wechvaren*, proficisci, abire, Nl. *wegvaren*, solvere ripam. Ang. *to fare away*, F. *weifarre*, solvere ripam.

awei-ieva, *awei-jaen*, F.v. donare, F. *wei-jaen*. Ang. *give away*, donare, sed *give way*, cedere, obsequi, indulgere.

awei-nima, vb.a. auferre, demere. Ags. *aveggeniman*, F. *weinimme*, Ang. v. *nime away*, surripere; Angli, qui perdiderunt verbum, *to take away*.

AWEKE, vb.n. recedere. *Wet aweke fon there werde thes gastlike riuchtes*, 141, 18, F. *kwette áwike fen di wirden fen it gaestlike riucht*, ut paulum deflectamus a verbis juris canonici. — Richthofen non derivat a *wika*, cedere, sed a *wega*, ponderare, licet sensu recedendi *wega* nullibi existat. Præterea lingua Frisica mutare *g* in *k* fere nescit, ubi syllaba incipit.

AWEND, m. vespera. Viget tantum in salutandi formula vespertina, *Nawent!* Ave! *Goden awent* contrahitur in *gen-*, *gen- awent*, *gnawent* et *'nawent*. Ut Scoti Ags. *efen* contrahunt in *ien*, Hindelopenses *awent* transformant in *eawen*, et *eaun*, unde *'Néaun!* Ave! idem quod F. *'nawent*, et *'nawen*. Cæterum ex *eawend* nata est forma *iawend* et *iowend*, unde *i* transeunte in j, *jowend*, *jownd*, *jown*, *joun*, G. J. *juwn*, F. *joun*. Pro dialecti communis forma *'nawent* incolæ pagi Zevenwouden frequentant *Goen juwn!* F.v. *avend*, *aiund; avend* (eavnd) *iovnd*, *iond*, *iuon*, G.J. *juwn*. Observet lector formam *avend* vel *avond* esse Neerlandicam non Frisicam, et semel tantum ut Neerlandismum occurrere inter scripta vetera Frisiæ an. 1482, *in den festelavent*, pro *festel-ionde*, hodie *festel-juwn*. Forma solita F.v. est *aiund*, *iovnd*, *iond*, *iwn*. Hodie fere nusquam *d* post *n* auditur, in quo dialectus communis conspirat cum gentibus sociis Ags. *æfen*, Ags. North. *efern*, vesper, sero, Isl. *aftan*. Confer F. *éarn*, aquila; *immen*, aliquis, cum Nl. *arend*, *iemand*. Frisiis itidem usitatius est *yn 'e jon-tiit* (tempore vespertino) quam *yn 'e juwn*. Similiter Anglosaxones Northumbrici Matth. VIII. 16, et Marc. XIII. 35, *efern-tid*, ubi cæteræ versiones Anglosaxonicæ *æfen*. Analogice F. *yn 'e moárntiid*, pro *yn 'e moarn*, matutino tempore. — Kil. „*auen*. vetus. abire, deficere." (abiens sol?)

Digitized by Google

AWEND.

Notissimum est Germanos non dierum sed noctium computavisse numerum. Nox ducere diem videbatur adeo ut noctem dies subsequeretur, ut hodie nox diem. Cum igitur vespera pars prima diei sequentis esset, fit ut vespera nomen traheret a die festo, quem præibat; inde *Kryssjoun*, vespera ante festum nati Christi; *Sint-Pitersjoun*, vespera ante festum Sancti Petri (21 Febr.); *maeye-joun*, vespera ante primum diem mensis maji; *festel-joun*, vespera ante initium jejunii septuagesimalis; cæt. Eandem notionem Angli assignant voci *eve*, vespera, Ags. *efen*, Hindel. *eaun*, in *Newyears eve*, *Easter eve*, *Eve of thursday after Trinity sunday*, *Midsummer-eve*, *Allhallow-eve*.

Hodie cubitum ituri suos salutant verbis Ang. *good night*, Nl. *goeden nacht*, F. *Goenacht*, fausta sit tibi nox! Morti proximi jam jam noctem ferream introituri valedicunt suis verbo, *Goen nacht!* Hanc salutationem supremam appellant *goen' nacht sidze*. Salutatio diei audit, Nl. *goeden dag*, Ang. *good day*, Shakesp. *a good time of the day!* Nuntius, per quem salutem mittimus aliis, *Goen dei sidze fen mem*, *fen it folk*, cæt. mater vel familia tua tibi salutem nunciat plurimam. Piscatores tamen Vlaerdingenses in hac formula pro die nocte utuntur; ad calcem enim epistolæ salutem adscribunt suis verbis *goeden nacht van mij*, impertio tibi salutem.

To joun, *to jonne*, hoc vespertino tempore, Nl. *van avond*, idem. *Sneaun*, vel *saterdei to joun*, Scoti *saturday at een;* Ang. *saturday evening*, Nl. *saterdag avond*, diei Saturni vespere. Neerlandi et Angli absque præpositione *at* vel *te*.

awend, ut dixi, valet tantum in salutandi formula; cæterum Frisii frequentant *joun*, *joun*. Est genio linguæ quædam oeconomia innata, qua varias ejusdem vocis formas in varios adhibet usus. Alterum ponamus exemplum in *akker* et *eker* sive *ikker*, variis ejusdem vocis formis.

Akker, cg. Cum Frisii coenum bituminosum primo effodiunt, deinde ex aquæ affluxæ fundo piscantur, quasdam partes oblonge quadratas intactas linquunt, super quas quasi

AXLE.

totidem insulas illud coenum, ut sole et ventis siccetur, spargunt. Hi agri vocantur *akkers*, itidem *riemen*, (lora); *ribben*, (costæ). Vegelin, Veengraverijen, p. 107. (Græc. ἀγρός, Goth. *akrs*. Ex *akker*, ager, est F.v. *ekker*, unde F. *ikker;* ex Ags. *æcer* est F. *ćker.)* *Ikker* contra et *eker* non totum agrum notant, sed unam partium oblongarum in quas quasi tot pulvinos intermediis sulculis Frisii dividunt tum arva tum prata.

AWENT, F.b. Gal. *corps de jupe*. Bend. 1.

AWINNA, vb.a. F.v. acquirere adsequi, lucrari, idem quod *winna*, cum qua forma *awinna* commutatur, ut Sax. v. et Ags. *winnan* et *awinnan*, certare, laborare; labore vel certamine acquirere.

AXE, cg. securis. F.b. *ácks*, f. Bend. 30. Ags. *eaxl*, f. Ang. *axe*, F.v. *axa*, idem. Nl. (Kil.) „*aeckse*, *timmerbijle*, ascia, dolabra," F. *hekse-bile*, id. *Hi hat di axe op de eaxlen*, portat securim humeris i. e. nihil non arrogat armis; semper certamini paratus est. F.v. *een axe op synre aexla*, 439. 30.

AXLE, F.v. Ags. *eaxl*, f. humerus. Teuth. *assele*, *scholder*, humerus. Nl. *oxel*, axilla. Caveat lector ne confundat F. *éaxle*, ala, axilla, cum F. *hòxe*, poples, Hd. *kniekehle*, Gal. *jarret*.

axelje, vb.n. humero impellere. *Tsjinaxelje*, humeros contra ponere, i. e. contradicere, obstrepere. Frisii ex usitato *scouder* habent *scouderje*, evitare quem, despicere; Angli ex st. *shoulder*, habent *to shoulder*, concutere (humeris i. e.) violenter; imponere humeris. Ang. *back*, dorsum; *to back*, sustinere: F. *ræch*, dorsum; *rægje*, sustinere, resistere. Ang. *eye*, oculus; *to eye*, contemplari: F. *éach*, oculus; *eagje*, intendere oculos. Ang. *mouth*, os, *to mouth*, ore captare: F. *mule*, os; *mulkje*, placere palato. Ang. *nose*, nasus; *to nose*, olfacere: F. *noas*, nasus; *noáskje*, placere, delectari. Ang. *hand*, manus; *to hand*, manu ducere; F. *kân'*, manus; *hânelje*, manu tractare, mercari: F. *fust*, pugnus; *fustkje*, Ang. *to shake hands*. Ang. *foot*, F. *foet*, pes; Ang. *to foot*, F. *foetérje*, pedestri itinere proficisci. Ags. *heafod*, F.v. *haved*, Ang. *head*, F. *háed*, caput; Ags. *heafdian*, F.v. *havdia*, Ang. *to head*, decollare; F. *unthâde*, idem.

Digitized by Google

wjer-axel, cg. satietas, tædium. *Ik hab ien wjer-axel yn fine liu'*, abhorreo, fastidio hypocritas. Hol. *tegenzin.*

AXTER, ÆXTER, EXTER, cg. pica. Helveti *agesta*, pica, unde *agester*, contracte *áekster*. „*Aekster*, Hol. j. *exter*, pica. *Exter*, *aecster*, pica. Sax. *hegester.*" Kil. Prov. *De æcxster flucht zoo fier naet, de stirt mot luckel folgie*, Burm. 9, Nl. *Daer de kraei vliegt moet haer staert volgen*, accedens sequitur suum principale. — *Al te let, zeij de exter, en hie de bout ijne eers*, Burm. 3, Nl. „*Al te laet, seyde de exter, ende hadt de bout in 't gat*, ubi quid sero adhibetur nulli futurum usui ei cui exhibetur; veluti si quis tum reo patrocinetur postquam pronuntiata fuerit irrevocabilis judicum sententia." Sartorius, adagia, 2, 9, 81. Lat. *Sero medicina paratur.*

exters-aeyen, (picæ ova) res nihili, nugæ, scruta.

exteréagen, pl. gemursæ, clavi.

AZEM, cg. spiritus. *(z = th.)* F.v. *ethma*, *adema; omma*, *óm*, m. Ags. *æthm*, *ethm*, m. quam vocem Angli perdiderunt. In F.v. *ethma*, Ags. *ethm*, aspirata *th* ob fractum sonum ante liquidam *m*, vel eliditur, vel abit in consonantium affinium *d* et *z* alterutram. Eliditur in F.v. *omma*, *óm*, F. *áme*, *amme;* Ang.v. *ame*, spiritus; Ang. Dunelm. *ome*, (F. *wazem)*, vapor calidus ex aqua bulliente ascendens; mutatur in *d*, Nl. *adem;* in *z*, F. *azem*, (cf. Boucher, *ame.)* Gothi, loco aspiratæ dentalis *th*, utuntur aspirata gutturali *h* (χ) *aha*, m. νοῦς; *ahma*, m. (achma) πνεῦμα. Ex *adema*, *adma*, igitur est F. *amme* et F.v. *omme*, ut ex Nl. *adem* poetarum Nl. *áem*, Hol. *aam;* cum qua voce tamen Nl. *amechtig*, ilia ducens, nihil habet commune. Hoofdius (Henrik de Groote, bl. 141) recte scribit *aamhegtigheidt*, ex adj. *aam- hechtig; aam*, difficile; F. *hechtig*, anhelus; Transisalani *hechten*, anhelare. cf. *am*, p. 95. Meyer, *aamhechtigh*, *kortademig*, p. 611. ed. 1688.

Azem jaen, tollere vocem, enixe intendere vocem. — *After azem*, anhelus ob pernicem cursum vel laborem gravem. Contra *dær sit wol azem yn*, (abundat spiritu) lentæ et inexhaustæ sunt ejus vires. *Efter azem wæze*, ducere ilia. — *De azem is er ut*, sine viribus est. — *Herre aeme mey naet gæn*, Burman. 24, (non licet iis spirare) si respirant offendunt homines strepitu ob summum in quo sunt odium. Eadem figura est in phrasi, *Ik mei him nat sykjen heáre*, tantopere eum aversor ut strepitum ejus halitus ferre nequeam.

oanazemje, aspirare, Hd. *anhauchen. It is smorch om immen oan to azemjen*, foedum est aliquem adhalare, omnis quippe anima non est suavis. Kil. *aenademen*, *aenaessemen*, adhalare.

AZICH, AZIG, Hol. v. judex in eis Hollandiæ partibus quas olim Frisii inhabitabant, quem Frisii *a-sega*, (Lat. *juri-dicus*, supra 123) appellabant. Jus dicebatur per *azich ende geburen*, quorum sententia audiebat *aesdom*, F.v. *asega-dom.*

aesdom, Hol.v. circuitus, pagus, cujus incolæ in ditione ejusdem erant tribunalis. Regio circumjacens urbis Amstelodami hoc nomen habebat, quin et tenebat postquam invidia comitum Hollandiæ, vergente seculo XIV in finem, jurisdictio Frisica cum nomine ipso abolita erat.

B.

BA! interjectio fastidientis. *Ba, boffet! sei di jonge, ind hy wier propte-sæd*, puer fastidiebat placentam qua se farserat. Significat proverbium senes, qui propter impotentiam spernunt voluptates. *Ba wér, zoo ist betelle*, Burman. 4, contemtum contemtu repende; ne per iram objurges. — Adjective *Ik bin di sted ba*, urbs mihi fastidio est. — Isl. *bja!* interjectio abominantis. Hald. cf. Isl. *bía*, conspurcare. — Voce *akkele* præfixa *akkele-ba!* interjectio abominantis, qua matres infantibus spurcitiem vitandam significant. *akle* ex Nl. *ak*, spurcities, pus, sanies. Kil.

ba, adj. F.o. odiosus, spurcus.

BABBE, *heite*, F.o. pater. C. M. 22. *Bab*, m. W.o. E. I. 359.

BABBEKE, n. F. occident. linteum pectori puellularum prætextum ne edentes vel bibentes inquinent vestem. F. *slabke*, idem. Ideo Hollandi vet. hominem effeminatum appellabant *quijl-babbe*, præcinctorium linteolum

Digitized by Google

infantis salivantis. Venne, Belacchende Werelt, 48. Rumex crispus insulanis Zelandiæ, (Overflakkee, Goederecde) est *quijl-babbe*. Hall. p. 184. — Sax. l. *babken*, vb.a. madefacere, ut solent infantes qui aquam moventes se humectant. Inde *babke-dook*, idem quod inde per ellipsin tracta vox *babbeke*. — In lingua Gallica residua est Francorum verbum *baver* (*b* = *w*) salivare; *bave*, saliva; *bavette*, linge qu'on met aux petits enfans *baveux* au devant de l'estomac. Itali *bava*, saliva; *bavero*, B. Lat. *bavara* (unde Gal. *bavard.*) linteum collare. Nl. *bef*, panniculus collaris, qui olim excipiebat rorem salivæ ex ore concionatoris scaturientem.

beffe, cg. collare indusii. Uretherp. Dial. com. *opsetsel*. Kil. *beffe*, Hol. j. *kraghe*, collare.

BABBEL, F.o. alapa. *Babbel*, ex simplici *bab*. Ang. *bob*, ictus; *to bob*, percutere, ferire.

Those bastard Britons, whom our fathers
Have in their own land beaten, bobbed
(and thump'd. Shak.

BABBELJE, vb.a. blaterare. pf. *babbelde*. pf. p. *babbeld*. ger. *to babbeljen*. Ang. *to babble*, Gal. *babiller*, confuse et inepte loqui. Ang.dial. *to babble*, to talk noisily, Ang.v. *babble*, an idle tale. Rowley.

babbeler, cg. Ang. *babbler*, blatero. *Babbelster*, cg. femina garrula.

babbelery, cg. garrulæ ineptiæ. Ang.v. *babelary*, a foolish tale. Isl. *bábiliur*, fem. plur. blateronum nugæ. Nl.v. *babel*, *bebel*, futilitas. Kil. Gal. *babil*.

gebabbel, n. garrula sermocinatio, perennis loquacitas. Ang. *babbling*.

Angli veteres voci *babble* suffigebant terminationem Latino-Gallicam *-tive* in *bablative* ut hodierni voci *talk* in *talkative*, loquax. Halliwell, 129.

babbele-gûchkes, pl. sannionis actus. *Babbele-gúchkes meitse*, agere ridiculum mimum. *Gúch*, sanna, irrisio q.v. F.o. *Babbel-gutjes*, (-güütjes) gesticulationes scurriles.

babbel-kunt, cg. femina loquacula quæcumque effutiens. Sax.n. *quabbelkunte*, idem. cf. Ang. *squabble*, Sueth. *kiebla*, Nl. *kibbelen*, rixari. — In vocibus compositis vocem *kunt*, vulvam, si subjectum est, plebs sumit pro femina, ignominiose scilicet.

babbel-scute, nugatrix, blatero. Confer *roffel-scute*, idem.

babbel-stjintjes, pl. glarea, lapilli vivi rotundi, quibus litora et ripæ abundant: hi cum strepunt sub pedibus euntium loquaces appellantur lapilli, Ags. *pabol-stanas*. *Pabol-stan* per apocopen *pabol*, Ang. *pebble-stone*. Poetæ sæpe delectantur dulci murmure rivuli super lapillos labentis;

Winds murmurd through the leaves your (long delay
And fountains o'er the pebbles chid your (stay.

Dryden. — *The sweet brook made a purling noise upon the pebblestones it ran over.* Sidney. Arcadia. b. I. —

Whose streams, united in the vale,
O'er pebbled beds loquacious flow.

Cooper. The temple of Aristippus. Ep. 2. Nota epitheton *loquacious*.

Kittel-stjintjes vocis *babbel-stjintjes* fere est synonymon.

babbelje, Gal. *babiller*, est forma frequentativa verbi Isl. *babba*, lallo, balbutio; *bab*, n. vox inarticulata, incondita verba. Flandri *babben*, Kil. garrire. Vox est ex sono facta, quare *b* in linguis diversis inmota est: Gr. βαβάζω, garrio. Lat. *balbutio*.

BABEL, (baabel) F.b. scirpus paluster, e quo fiunt ligamina rustica, et sessiones sellarum; inde Nl. *matten-bies*, *stoelen-bies*, Hall. 233. Inter nomina Neerlandica a Dodonæo citata (p. 956) sunt *mergh-bies; bobbel*, *bobbert* et *poper*. Flandri appellant loca aquosa hos scirpos ferentia *poperinghen*, unde vicus Flandriæ *poperinghen* quoque nomen duxit. Scirpos ipsos Frisii vocant *popels*. Vide Kil. *bobbel*, juncus. Isl. *bobbi*, m. nodus. Confer *juncus* a *jungo*, *junxi*, *junctus*, Gr. σχοινίον, juncus et laqueus. Nisi derivare mavis ab Ang.v. *bub*, liquor; *to bubble*, to dabble in the water. Outzen, *babel*.

Ut Frisii pro *bobbel* habent *popel*, Angli contra Ags. *pul-sper* mutaverunt in *bul-rush*. Ags. *púl*, *pól*, F. *púl*, Ang. *pool*, lacuna, stagnum; Ags. *spere*, Ang. *spear*, lancea, hasta; lanceola stagni; F. *spier*, caulis graminis. Confer Euang. Northumbricum Matth. XX. 7, *gerd* vel *pulsper*, arundo.

BABOK, cg. homo stupidus et inurbanus.

BACHT, F.b. poples. Joh. 99. Confer F. *boukt*, flexura. F. *bôxe*, cg. poples.

Digitized by Google

BADE.

BADE, BATE, n. p. viri. *Baeye*, n. p. f. et viri. *Beye*, n. p. viri. *Beyke*, *Beyk*; *Beyts*, n. p. feminæ. *Beyema*, *Beyma*, *Beyem*, n. patron. gentis nobilis Frisiæ. — *Beyen-vlete*, nomen vici in Ditmarsia secul. XIV. Ebeling Deutsche bischöfe. p. 70. Ags. *badu*, f. proelium, Ang. *bate*, conflict, contention. Barb. Lat. *batuere*, Gal. *se battre*. B.L. *batualia*, Ital. *battaglia*, Gal. *bataille*.

Ags. *beodu-leoma*, m. belli flamma, i. e. ensis. Frisii, qui vitant sesquipedalia verba, hanc vocem in duo nomina propria discerpserunt; scil. in *Bade*, *Beade*, *Beu*, et *Leóme*, *Liómme*, *Ljomme*, *Ljimme*. — Ags. *Beadu-hild*, n. p. fem. finditur in F. *Béake*, n. p. f. et *Hille*, n. p. v. *Hille*, *Hiltsje*, n. p. fem. Ags. *beadu-hild*, proelii desiderium. cf. *Brand*, F. gladius et nomen patronymicum.

Bate, n. p. v. Ags. *Bæta*, idem. Ang. *Bate* et *Bates*, (Batæ filius) nomina patronymica. Ags. *Badda*, n. p. v. *Baddanburh*, Ang. *Badbury*, urbs in pago Dorset. Nl. *Batenburg*, urbs ad Mosam prope ab insula *Batavorum*. Chr. Sax. An. 901.

BADUHENNA, lucus apud quem nongenti Romanorum a Frisiis sunt confecti. Tac. Annal. IV. 73. Nota *r* ante *n* fracto sono efferri, ut fere elidatur; *kerne*, *barne*, *berne*, *kerne*, in quotidiano sermone non longe distant a *kenne*, *bánne*, *benne*, *henne*. Suspicor itaque *badu-henna* legendum esse *badu-herna*. *Herna*, proprie angulus, figurate notat plagam, locum. F.v. *thiu grimma herna*, sæva plaga, i. e. plaga borealis; *ana enigere herna*, in aliquo loco. Invenitur in multis locorum Frisiæ nominibus, qualia sunt *Ter Herne*, *Kuk-herne*, *Eastma-herne*, F.u. *Oostma-horn*, *Stiunk-harne*, locus in littore prope ab Hindelopa. — Sax.v. *gi-bada*, fiducia, recreatio; Heliand, Köne, 6318, levamen, fomentum. (Ags. *bethian*, lavare, fomentum adhibere, Nl. *betten.*) *Badu-herna*, (locus fiduciæ, recreationis) fida sedes, quæ notio a nemore diis sacro non aliena videtur. Plerique *badu* referunt ad Ags. *beadu*, proelium, cædes; sed *badu-hernæ* nomen prius erat dicto proelio, nisi mavis cædem explicare per cruenta sacrificia, quæ in luco diis fiebant. Quidquid est compara cum his *Al-*

BAEL.

bada, n. patronymicum; *Ger-bada*, n. patronymicum. Ags. *gar*, F. *gér*, lancea (in qua omnes firmamentum ponunt?)

bâyum, vicus pagi Hennaerderadelæ; ex *Badeham*. Ang. *Badham*, urbs Angliæ; effer *bedhem*, et confer *Bedum*, vicus antiquæ Frisiæ, hodie Ommelandiæ.

BAEI, n. pannus laneus crassior sed raro textu. Ang. *baize*, idem.

baeitsje, n. tunica interior levis super indusium, descendens usque ad coxas. Kil. *baey*, pannus vilis raro et tenui textu. *Baeyken*, Fland. levis vestis, theristrum.

baeitsje, *baitsje*, n. Hol., Fris. tunica exterior rudior et spissior nautarum, operariorum, usque ad coxas descendens. *Róak* et *rokje* descendunt usque ad genua. Ulphilas simili modo distinguit inter *paida* et *vastja*, Matth. V. 40. Τῷ θέλοντί σοι κριθῆναι καὶ τὸν χιτῶνά σου λαβεῖν ἄφες αὐτῷ καὶ τὸ ἱμάτιον, Vulgata, „qui vult tecum judicio contendere et tunicam tuam tollere, remitte ei et pallium." Goth. *thamma viljandin mik thus staua jah paida theina niman, aflet imma jah vastja*. F. *dy dyn baitsje nimme wol lit im eák it festje*.

Gr. βαίτη rusticorum et pastorum tunica ex ovinis aliisve pellibus. Consonanti *b* Græcæ respondet *p* Germanica; inde recte Gothi *paida*, Sax.v. *pêda*: Anglosaxones insuper *t*, ut oportet, mutant in *th*, *path*: Frisii et Hollandi male *b* in *baitsje*. Alamanni suum *peit* ulterius mutant in *pheit*, unde derivaverunt *phaitel*, Hollandorum *feitel*, linteum ex lino crassius, quo feminæ per noctem pectus et humeros tegunt. *It baitsje útluke*, exuere tunicam. *Di iel it baitsje útluke*, deglubere anguillas. *As dyn áld-kynder fen 'e winter it baitsje útlukt, krigest myn houn den eák 'n stik?* equus tuus annosus si hac hieme deglubitur anne meum molossum offa delectabis? — *Lud-geyers krye op kjar baeitsje*, jactatores clamosi vapulant.

Rarissimi exempli est transitio Goth. *p* in Germ. *b*, Goth. *paida*, F. *baitje*. Confer F. *bigge* cum Ang. *pig*.

BAEL, cg. *de bael*, hodie *di boal*, lacus sive fluvius brevior in pago Smallingerlandiæ.

Digitized by Google

BAEYE, v.n. corpore nudo per vadum vel lacus oram ititare, in aqua lascivire ut solent pueri in Frisia. *Sile*, natare, q.v. *Wâdje*, vadare, q.v. — Nihil frequentius quam mutari *th* inter duas vocales in *y*; Ags. *bathian* Ang. *to bathe* fit *baye*; Alem. *pahan*, *baian*, Graff. III. 4. Ags. *clathian*, Ang. *to clothe*, F. *klaeye*, vestire; F.v. *beth*, balneum; *klath*, vestis. Idem frequentant Hollandi in sermone vulgari mutantes *d* in *j*, ex. gr. *braden*, *laden*, *maden*, *kade*, in *braaije*, *laaije*, *maaijen*, *kaaije*; *piere-waaije* ex *waden*, cæt. Hæc mutatio frequens est apud veteres comicos Hollandorum; ex. gr. Bredero in Jerolimo *baijen*. Paffenrode, p. 232, *gelaijen*, *baijen* pro *geladen*, *baden*. — Ang.v. *to bay*.

Hee feedes upon the cooling shade, and (bayes
His sweatie forehead in the breathing (wind.

Spens. F.q. I. 75. F. *hy baeit syn switterick foárhaed yn di sigende wyn'*.

Ex *bath* fit Ags. *bæth*, n. Ang. *bath*, F.v. *beth*, n. balneum. Germani, teste Tacito, (Germ. XXII.) statim e somno lavabantur, sæpius aqua calida, quippe apud quos longissimæ hiemes essent. Omnes agricolæ Frisici, quos puer novi, se lavabant aqua calida; matres Frisicæ et se et suos liberos, inter quos et ego, lavabant aqua calida, licet quotidie bis terve natabamus in lacubus vicinis. Feminæ Frisicæ maxime student munditiei et putant sordes cutis melius aqua calente quam frigida solvi. Jam antiquitus in balneis igne calefactis lavabant, quod toties liquet ex legibus Frisicis, quoties hæ hominem *an bethe and an bedde*, in balneo et in lecto, ponunt. Utrobique enim fovebatur homo calore, tum aquæ, tum lecti. Balnea calida extiterunt usque ad tempora sacrorum, quos dicunt, reformatorum, cum severitas præpostera doctrinæ Calvinisticæ ea abolevit. Frisii orientales seculo XVII in finem vergente balnea habebant in usum familiæ. Cad. Muller, p. 44, „*bâde-kommer*, eine badstub." In urbe Daventria labente seculo XVI complura erant balnea calida publica, quæ frequentabant et viri et feminæ, cumque hoc consortium perduceret ad mores dissolutos, magistratus lege lata ne amplius existeret cavebat. Ags. *bathan-ceastre*, aquarum calidarum civitas; urbs *Bath* in pago Somersetshire. Balnea sensu Germanorum sunt θερμά, *thermæ*, i. e. aquæ calidæ. Audi tamen contrasentientem Grimmium, qui asserit e notione refrigerandi notionem balnei proxime fluxisse. Grimm, Wb. *bad*. — Ags. *ic bethyge*, foveo. gr. Ælfr. XXVI. *bethede*, fovebat; *bethinge*, fotu. gl. Cot. 89. quibus vocibus glossaria carent. cf. Etmüller, p. 279, *bathjan*, lavare. Ex F.v. *beth* Frisii habent *biete* et *bette*, Flandri *betten*, idem quod Nl. *stoven*, fovere, adhibitis fomentis tepefacere atque emollire vulnera, membra læsa vel morbida. Kil. *betten*. Willeramus, Merula p. 105, *baetten* vel *betten*, aqua perfundere, in aqua tenere et emollire. Nl. *betten*, Fr. *biete*, *bette*, aqua, præsertim tepida, leviter aspersa emollire vel solvere vulnera. *I 'll bathe your wounds in tears for my offence.* Dryden. *His herte-blood hath bathed all his here.* Chaucer, Knightes tale, 2000. Eleganter G. Japix de refocillante et sanante vi sanguinis Christi, *Litl' jón djoer bloed uws bette!* Moarnliet, I. 116. In aliis locis *bette* est aspersione restinguere inflammationem, sive iræ, sive membrorum corporis. Ang.v. *to bath*, to dry any ointment or liquid into the skin.

Notatu dignum est autorem versionis Northumbrico-Anglosaxonicæ Euangelii Matthæi, quam in codice Ruthworthiano contentam typis in privatos usus scribi curaverunt rectores Academiæ Cambrigiensis, resolvere literam Runicam *th* in literas Latinas *d* vel *s* (ds). *Bethera*, baptista (Johannes), enim scribit cap. III. vs. 1, *bezera*. XVI; vs. 14, et XVII vs. 13, *bædzere* pro *bæthere*.

baeyers-steed, n. locus in ripa ubi pueri se lavant et ludunt in aqua. Hol. *zwemplaats*. Ags. *bæthstede*, m. thermarum locus.

baeyer, cg. natator. Silvicolæ.

bæthmôder, f. W.o. obstetrix. E. J. 359. F.o. *bade-moder*. Sax.l. *bademöme*, Kil. *bade-moeme*.

BAEI-TABAK, cg. elliptice *baei*, herbæ Nicotianæ species Americana valde

Digitized by Google

narcotica. (Hisp. *La baya de San Salvador*. Portug. *Baya de todos los Santos.)* Hujus herbæ fumus, quem Frisii per fistulam coctilem ducunt, eis unice in deliciis est. In epulis ferialibus atque nuptialibus hæc herba offertur in patinis porcellanæ Japonicæ, qui mos ex Hollandia repetundus; memoriæ enim traditum est herbam tabacinam eodem modo appositam fuisse inter epulas festivas, quas Nicolaus Tulpius anno 1660 p. C.n. ob magistratum urbis Amstelodami per 50 annos feliciter gestum celebravit.

BAELT, BAALT, F.b. puluinus. F. *bulsek*.

BAEN, cg. via parata et septa, in qua certatur cursu. pl. *bánen*. G.J. *béan* et *baen*.

báen, cg. stadium rectum per quod certant cursores glaciales vel equi cursu. Valet præcipue de via glaciali, e qua nix scopis amota est. Scil. *bæn; gledde bæn*, stadium leve in glacie a nive purgatum.

báen, ubi non cecidit nix, semita in glacie nuda grallis ferreis cursorum trita et notata. *Kom nat fen di báen*, sequere viam tritam in glacie ne aqua suffoceris. — *Us bern ride op ún báen*, nostri liberi grallis glacialibus currunt uniti in eâdem semita. — Figurate, *Dou biste let yn 'e báen*, sero agis, labente jam die, vel dum vesperascit. *Ier yn 'e baen* et *op di baen* et *op baen*, primo diluculo opus facit.

Frisiis vita hominis est certamen continuum, eamque sic colunt: *Dær is nin tíd sunder stríd*, nullum vitæ tempus absque luctatione. Inde phrases *Heit is fen di baen*, pater (e stadio remotus est i. e.) ægrotat lecto affixus. *Heit iz wer op 'n baen*, reconvalescens pater lectum liquit.

Prov. *Dy fen 'e báen is komt er mei ræst ind fæstjen jamk wer op*, abstinentia et quiete multi curantur morbi.— *Men matte mei nin áfwaeide práettejes op 'n báen komme*, ne insipida verba proferas.

báen-feye, vb.n. in glacie aperire viam averrendo nivem.

baenje, vb.n. idem. Ang. Linc. *to boon*, to mend the highways. *Boonmaster*, the surveyor for repairing the roads.

báen-feyer, cg. qui averrit nivem.

báen-man, cg. pl. *baen-liú*, qui verrit curatque semitam glacialem et pro

opera ei solvitur levidense munusculum a quoque cursore.

baenride, vb.n. per stadium glaciale huc illuc discurrere grallis. — Frisii quaquaversum per lacus et canales glacie tectos grallis discurrunt; nivem, si impedit, in vicinia vicorum et urbium unitis viribus averrunt et sic sibi stadium per totam Frisiam parant, ut voluptate, quæ eis summa est, pro lubitu fruantur. Si terminis stadii minoris septi sunt, hæc lex viget, ut omnes simul abeant redeantque, ne alii aliis obviam facti impingantur et lapsu sævo conterantur.

baen-rider, cg. qui in stadio glaciali cursu certat de præmio. Ille velocitate multum præstat solitis eisque celeripedibus cursoribus.

rom-baen, obstaculis remotis, proprie, via vacuata et parata. *Rombaen meitse*, obstacula removere, profligare hostes. G.J. *rombean*.

bánen, pl. segmenta panni integri oblonga, quæ invicem assuta efficiunt vestem muliebrem. *Janke is fíf banen foár hjar roak nedich*, Kankae opus est quinque panni segmentis in suam vestem. Sax.l. *baan*. Brem. Lex. 1. 47.

báen, a ducendo, trahendo, extendendo dicitur et quadrat cum Lat. *funis*. Confer Grimmium Wb. *bahn*.

BAER, adj. nudus, purus, sine mixtione, Ags. *bær*, F.v. *ber*, Ang. *bare*, (bêr). F.v. *berfot*, nudis pedibus; Saterl. *bárfots*, Ags. *bærfot*, Ang. *barefoot*. — *Néat as loft ind bare séa*, nil nisi pontus et aer. *Di bare déa' ik ly*, veram subeo mortem. — Intendit notionem *kléar*, purus, limpidus. *Kléare bare jild*, nihil præter paratos nummos. *It bern wier kléare bare mòdder*, infans se totum quantum conspurcaverat coeno.

Adv. valde. *Bare moai*, eximie pulcher. *Bare káld*, sæve frigidus. *Bare bryk*, præpostere.

baerlyk, adj. manifestus. *Dat wiif is di baerlike díwel*, hæcce mulier (est manifestus satanas, i. e.) furiarum una. Ags. *bærlice*, adv. manifeste, Ang. *barely*.

BAER, cg. unda maris. pl. *baren*. *Di baren fen di sea*, fluctus maris; *di wéagen yn 'e mar*, undæ lacus. Isl. *bara*, f. fluctus. F. *Bara*, *bere*, baritum edere. Tumultuantes, strepitantes fluctus? Confer *bere*.

Digitized by Google

BAERCH, eg. porcus in genere, porcus femina et mas. pl. *bargen*, porci. Eadem notione generali gaudebat apud Anglosaxones Northumbricos *berh*. Marcus V. 11, *berga*, vel *swina worn*, Vulgata, „porcorum grex. Propria notio tamen est majalis sive porci exsecti, tum maris, tum feminæ, ut patet ex F.o. *berch*, majalis. Nl. (Kil.) „*bargh*, *bergh*, majalis, porcus exsectus vel castratus." Restat primitiva notio in F. *barge-biggen*, porcelli feminini exsecti, alias *gelde biggen*. Ags. *bearh*, m. Ang. *barrow-hog*, majalis, Ang. v. *bargh*, idem, quæ forma tota Frisica est; cf. Ortus Vocab. — Litera primitiva *a* elata ad *éa* et *e*, *barch* fit *bearh* et *berg;* depressâ *a* ad *o* fit *borch*. Forma *baerch* contracta est ex *baruch*, Alam. *paruh*, *parc;* *barch*, *m.* porcus castratus. Angli secundam syllabam retinent in *barrow*. F. *Wylde baerch*, aper, Nl. *wild swijn*. Ang. *boar*.

Pondus porcorum Frisii suo modo computant. *Ho swier scatsthou dy baerch?* Quantum pondus hujus censes esse porci? *Sechstich poun*, sexaginta librarum; i. e. centum sexaginta. Primus numerus centenarius tacite subintelligitur.— Alii hoc modo computant, ut pondus unius lateris porci cæsi indicent; *Sechstich poun siden*, quodque latus sexaginta librarum, i. e. 180 librarum.

baerch, *stjinnen baerch*, (porcus coctilis) vasculum figulinum porci formâ, cujus in dorso rima per quam pueri puellæque immittunt nummulos dono acceptos, donec porcus repletus frangitur. Alias *spær-póat*, *spar-poát*, Hol. *spaarpot*. Gal. *tirelire*, petit vaisseau de terre avec une seule fente propre à serrer de l'argent. Ang. v. „*Thrift-box*, an earthen box for saving money in, so contrived, that the coin cannot be got out without breaking it." Halliwell. Confer tabulam æneam, in qua manus dilapidatoris malleo disrumpit loculum figulinum, ut nummi prodeant, apud Roemer Visscher, Sinnepoppen p. 39. Vidi Neapoli in Museo Borbonico sex loculos figulinos rima instructos, qui in ruderibus Pompejorum erant inventi et inter quos unus isque fractus adhuc tenet nummos Vespasiani ex ære (bronze) in eo repositos. Si quis igitur judicat apostolos Romæ hæc parcimoniæ instrumenta primos in oras Angliæ et Frisiæ ex Italia attulisse, non refragor. — *Di baerch wirdt fet*, (porcus pinguescit) crescunt nummi repositi.

baerch, e serie palorum littoralium contra maris impetum procedunt aliæ series in mare provectæ *haden*, capita, dictæ, aliæ introrsum in aggerem marinum *bargen* dictæ. Similiter *porca* Romanis erat et sus et colliculus inter duos aratri sulcos vicinos.

gréate bargen, pl. brassica napus, Hall, 17. Rapæ enormes, quas botanistæ vocant *rutabaga*, unde per agnominationem fluxit *grutte-bargen*, *gréate-bargen*, magni porci.

As di bargen fléane, MS. (quando porci volant) ad calendas Græcas. — *Barge-feárren* (fjerren) *fleane nat*, (porcorum pinnæ non volant) hoc accidet ægerrime.—*Hy hat ien fet baerch oan syn stalke forthjinne*, (pinguem porcum de amico suo meritus est) effecit suo amico nuptias. Hol. *Hij heeft aan zijnen vriend een nieuwen hoed verdiend*, idem. — *Hy gewlt as ien meagere baerch*, immanes citat clamores querulos. — *Di baerch is rusich*, porca subat. Cujusque animalis catulitionem suo proprio nomine significant Frisii. Confer *houn*, *kou*, *merrie*, *sciep*, *kin*, cæt. — Prov. *As di bargen mei strieën rinne wol it waer foroarje*, porci si vagantur per prata tenentes stramina in rostris portendunt coeli mutationem. His verbis Frisii simul irridebant juvenes, qui nondum nati octodecim annos fumum ducebant per longas fistulas tabacinas; in teneriore ætate has delicias esse nocivas pulmonibus et incitamenta ad petulantiam et pertinaciam, sibi persuasum habebant. — *Smoárge bargen dye baest*, (quo magis porci se volutant in coeno, eo melius pinguescunt) homines negligentes et sordidi pulchre valent, valetudine præstant: quippe curis vacui sunt. Huic proverbio adde alterum *Bargen matte nat wúlich wæze*, ne sint porci alacres neve tumultuentur; ingurgitent se farragine et dormiant. Carpit desidiosos divites, qui corpulentiores atque habitiores sunt. — *Dy di baerch ringje wol mat him it gieren thréaste*, (qui rostrum porci vult perforare annulo ejus grunnitum sustincat

Digitized by Google

necesse est) qui voluptatem suam explet sequelas patienter ferat.

barge-blom, cg. *barge-klaver*, cg. Hol. *rode klaverbloem; wilde rode klaver*, trifolium pratense, Hall, 49, 51. Trifolium rubrum, Meese. 46. No. 314.

barge-boet, cg. morbus ovium, quo languet pabuli appetitio. Nl. (Kil.) „*botte*, Zeland. hydrops ac tumor strumosus ovium." *It sciep hat di bargeboet.*

barge-boeten Burmania enumerat inter fercula prandii Frisici.

barge-boort? Prov. *Bargeboort, nijtke by d'rugge.* Burm. 4.

barge-earen, pl. aures porci; manicæ laxæ ulnas mulierum olim tegentes.

barge-fel, n. (porci pellis) vestis laxa et levidensis brevior ex linteo variegato cæruleo. Figurate, *Hy hat it bargefel oan*, (pelle suilla indutus est) iratus et morosus est. *Hy is sa lilk az ien baerch*, idem.

barge-gærs, n. Nl. *duizendknoop*, Hall. 190, polygonum aviculare.

barge-guód, n. porci trunculi, aures, pedes, cauda, caput, cæt. Hol. *varkenshutspot.*

barge-hok, n. hara; domus, familia, oeconomia inordinata, neglecta, squalida. — Prov. *En twich bargehok, sey Jasper, en it briik d'ore dey*, MS. (En haram æternam! inquiebat J. sequenti vero die corruebat). Ridet regum arrogantiam futilem, qui sibi suisque factis et ædificationibus promittunt æternitatem.

barge-loárte, cg. stercus rotundum porci. *Hy ken nat oer 'n hikke springe; 'n bargeloárte is him héger nóach*, (septum prati saltu transire nequit; forte pilula stercoraria ejus vires superat) homo imbecillis et inexercitatus est.

barge-lobber, cg. porcorum castrator.

barge-marge, cg. farcimen ex sanguine et arvina porci, uvis passis, farre et syropo. Inde plebeculæ scomma, *Bargebloed is better as adelik bloed; want ut bargebloed makket us mem bargemarge.* Ang. *Good blood makes bad puddings without groats or suet*, nobility is nothing but ancient riches. Ray. 52. — Kil. *Marghe.* Fris. j. *bolinck, worst*, (farcimen.) F.b. *marg*, idem. Outzen. — *Marg, merg*, medulla. Isl. *margr*, adj. multus, frequens.

barge-ribspier, cg. torus, pulpa hærens in costis porci cæsi. Burman. 85.

barge-riezel, cg. arvina porci.

barge-righ, cg. tergum porcinum, tergum cæsi porci. Burman. 85.

barge-snute, cg. rostrum porci. *Riucht ut az di bargesnut*, aperte et simpliciter; recta et simplici via eundum est.

barge-stilte, cg. malacia subita, sed transiens, qua ventus repente cadit ut paullo post resurgat, præcipue media æstate. — Porci quieti jacentes sæpe repente surgunt et tumultuantur, iterumque considunt.

barge-stirt, cg. cauda porci. *Hy hat noch ien krol méar az ien barge-stirt*, trossulus est. (Gal. *petitmaitre*).

barge-throach, cg. alveus ex quo aluntur porci.

barge-trinnen, pl. (lacrimæ porcinæ) lacrimæ fucatæ. *It wiif scriemt bargetrinnen az balstjinnen*, femina profundit lacrimas grandes fucatas.

geld-baerch, cg. porca castrata, cui ovarium sectione laterali ademtum est.

hird-barch, cg. scopæ focariæ ex setis porcinis.

bargje, vb.n. proprie, suis instar agere, i. e. spurce, negligenter, stupide. *De bern bargje yn 'e modder um*, pueri tractant lutum eoque se inquinant. — Si ex. gr. rusticus foenum dum pluit versat vel in horreum agit, phrasis auditur, *di boer barget.*

yeske-barger, cg. qui cinerem focarium evehit in acervum extra pomoeria. cf. *bargje.*

barge-biten, n. ludus versus in litem vel pugnam. Hol. *kattenspel*, (ludus felium) idem. Porci ludentes sæve mordent. *Di keningen boártje frelike moai mei eltsoar, mar 't wirdt méast bargebiten*, regum amicitiæ et mutua festa fere vertuntur in bella.

baerch-boártsje, vb.n. dormire medio die; proprie, agere suem ut pueri ludentes solent.

barge-jeye, vb.n. proprie, venari porcos; in usu, porcorum mercaturam facere. Qui hoc agunt dicuntur venari porcos, quod eorum causa omnes villicorum domos adeunt.

barge-jeyer, cg. mercator circumforaneus porcorum, suarius negotiator. *Jeye* in talibus solennis sed parum honorifica dicendi est formula. *Tejiis-*

Digitized by Google

jeyers, Chart. V. 703, *keesjagers*, (venatores caseorum) mercatores caseorum rejectaneorum, quos ubique apud villicos coemunt et deinde in vilissimis plaustris a strigosis equis vectos circumforanei vendunt. Inter illam mercaturam hi caupones alia agunt, quæ plerumque olent furtum. — Adde *poepe-jeye*, vb.n. Messores Westfalici post messa Frisiæ prata in patriam redituri confluunt in unum locum canali vicinum (ex. gr. Irnsumersyl) unde nautæ eos vehunt cymbis in Ommelandiæ vicum Strobos; hoc Frisii *poepe-jeye* vocant. Confer *hwat opjeye*, aliquid quærendo obtinere.

barge-slachtje, vb.n. cædere porcos. Nemo accurate pondus arvinæ, unde pretium præcipue pendet, in porco cædendo præfinire potest, unde proverbium, *It trouwen is bargeslachtjen; It pleitjen is bargeslachtjen*, nuptiarum, litis sub judice eventus dubius est.

barge-weidje, vb.n. per noctem invigilare scrofæ parturienti. Aegro homini nocte invigilare eumque curare est *wekje*.

BAERD, nomen vici primarii in pago *Baerderadela*. F.v. *Bawert*, ex *Ba*, *Bea*, *Beæ*, n.p. viri, et *werd* collis. Eadem synæresis est in *Hennaerd*, F.v. *Hernawerd (Baduhenna* ex *Baduherna); Raerd*, F.v. *Rawerd* — F.v. *Bawerderdele*, pagus ejus nominis, hodie *Baerderadeel*. Schwartsenbergh, Chart. I. 335. Ex *Bauwerd* fit nomen patronymicum *Bauwerda*, hodie *Bâerda*, F.v. *Bauwerda steenhuys ende statten*. Schwarts. Chart. I. 337. Cave ne *Baerderadeel* misceas cum

BARRADEEL, pagus Frisiæ ad ripam lacus Flevo, F.v. *Berradêle*, Schwart. Chart. 335. Ex *barra*, hodie *barre* n.p. viri, et *deel* tractus terræ. Isl. *Barri*, nom. prop. viri; *barr*, adj. promptus, paratus, alacer. Egilsson, 38. — Ex *Barra* et *hus* fit *Barrahus*, (villa Barræ) villa ad ripam æstuarii mediterranei Frisiæ *(Middelsé)* nunc alluvio in continentem constipati, ubi comitia olim habebantur.

BAES, cg. officinæ præpositus, dominus. pl. *bazen*, F.b. *bâz*, m. Joh. 4. *Timmer-baes*, faber lignarius. F.b. *temmar-bâz*, ibidem. Valet præcipue de eis qui artes sellularias exercent eisque præsunt. Prov. *Dy to lang foár feint thjinje hawwe dien as hja baes wirde*, qui adolescentes nimis diu venerem vagam coluerunt mariti sunt effutiti. — *Sliep-baes*, caupo qui hospitium nocturnum præbet, F.b. *sliapbâz*. — *Baes*, figurate, primus inter pares. *Dy bitellet is baes*, imperat qui suffert sumtus. *Dær is altiten baes boppe baes*, quem primum in arte putamus fere semper superatur a peritiore. *Wiisnoas wol di baes spylje*, qui se emunctæ naris esse putat princeps omnium vult esse. *Dou biste ien baes*, antecellis omnibus; F.b. *Dü bêst an bâs*, idem, Joh. 4. *Dat is ien baes!* Hic eminet inter omnes! de quacumque re in suo genere magna; ex. gr. pomum, vacca, cæt. *Dat is ien baes fen ien roak*, hæc tunica mihi aptissima est. *Hja is ien baes fen ien wiif*, optima est uxor et materfamilias. *Hwat is dat ien baes fen ien bern*, W.o. *Wat is dait 'n bâs fon 'n bên!* Quam præstans hicce est infans! (procerus et vegetus) E. I. 359. — *Foárt is di baes*, præstat nos abire.

baeseftich, adj. excellens, adv. optime. *Dat haste baeseftich makke*, egregie, præclare egisti.

basig, adj. F.b. præcellens, fabrefactus.

basinne, cg. puella petulans, audax, parata, virago.

Kil. *baes*, amicus, herus, paterfamilias. *baesinne*, amica; hera, materfamilias. Sax. n. *myn baes*, meus maritus. Sax. l. *baes* similes habet notiones, quas vide Idiot. Holstein. I. p. 55. B. N. L. I. 59. Alam. *basa*, amita. Hd. *bäslein*, affinis, amica.

BAET, *bate*, cg. remedium sanans, sanatio. F.v. *bata*, lucrum. *Dy di mage oeriesd hat fynt baet by fæstjen*, abstinentia curatur qui stomachum nimia cibi copia oneravit. F.b. *baze*, m. emolumentum. Nl. *baet*, f. idem, vel *bate*. *De schae mot voor de bate uwyt*, Burman. 15, in omni computatione ante emolumenta damnorum ratio est habenda.

bate, vb.n. prodesse. pf. *baette*, pf.p. *bate*. Ags. *betan*, emendare, reparare, pf. *bette*. F.v. *batya*, prodesse. Jur. Fr. II. 166.

baetje, vb.a. et n. Saterl. prodesse. E. II. 201.

batelich, adj. F.o. utilis, commodus.

einbatich, adj. F.b. suo compendio

Digitized by Google

sive commodo serviens. Outzen, *bât*, commodum.

b e t t e r, compar. melior. superl. *bæst* optimus. Positivus deëst, cujus vices supplet *god*. Forma *er* in *better* est supervacua, cum *bet* sua ipsius vi notet, „melior." Sax. v. *bat* melior. F.v. *god*, comp. *betre;* superl. *best*. Ags. *god*, *betera*, *betest* vel *betst*. Ang. *good*, *better*, *best*. Eadem anomalia premit Lat. *bonus*, *melior*, *optimus*, Græc. *ἀγαθός*, *ἀμείνων*, sive *βελτίων*, *βέλτιστος*. Nota tamen Frisios ex *goed* formare compar. *goeder* et superl. *goedste* sensu proprio hominis mitis, placidi, leni animo, dum *better* indicat conditionem meliorem in genere. *At is sa snoad naet as Hisk, mar hja is goeder ind Reonix is di aldergoedste*, (inter sorores) Ata non tam sagax est atque Hisca, sed nata est animo leniore, dum Reonixa omnium benignissima est. — Prov. *It is better hird to bliezen as di mule to-barnd* (melius est omni vi flare quam os aduri) proverbium mordet oscitantes jactatores. *It is better ier kéate az let*, magis expedit furere suum furorem in juventute quam in senio. Primum quod veteres Frisii quærebant ex patre, qui filio ipsorum filiam in matrimonium petebat, *Hat er al kéate?* Hd. *Hat er ausgerast?* Jam procus ludos juveniles lusit? Jam exsævivit? — *Yn dat lân is di kou neat better wirden*, in illo pascuo vacca altilis non pinguior facta est. *Mei it burkjen is hy néat better wirden*, agricultura ei nullum peperit lucrum. *Fen it hynxte-tyskjen wârd hy néat better*, mercatura equorum ejus rem non augebat. Nota F.v. *be-tre*, Ags. *bé-tera*, Nl. *bé-ter*, sed Ang. et F. *bet-ter*. — *Bet*, idem quod *better*. *It hynder wol bet foârut as jister*, hodie equus citius properat quam heri. *It tou is bet strak*, funis arctius tensus est, pro *strakker*. *Bet komme*, proprie, appropinquare, figurate, aliquem bene vel male habere. *Kom my soo naet bet!* Burman. 41, ne me hoc modo habeas, hodie *Kom my sa nat lângs*, ne me hoc modo habe. Ang. v. „*go bet*, go along; an old hunting-cry, often used in a more general sense." — Prov. *Bæst isser deer bæst det*, Burm. 6, optimus est qui optime agit. *Dy borch wirdt lit er wol ris syn bæste fjerren by sitte*, qui sponsor fit sæpe optima bonorum parte evolvitur.

b æ s t i c h, adj. F.u. *bestich*, bona indole natus, probus et misericors. *It binne bæstige liu; hja dogge 'n bulte goed óan 'e êarmen*, optimæ notæ sunt homines; dilargiuntur multa pauperibus eosque cumulant beneficiis. — Rustica, *Eák moalke?* Visne lac? Ancilla, *Jou nat*, hac vespera nullum. Resp. rustica, *Bæstich*, accipio, optime. — Rusticus ad famulum *Bring di kou nei di merke ta*. Resp. *Bæstich*, optime, jussum exsequar.

b e t t e r j e, vb.n. et a. melior fieri, meliorescere; reconvalescere e morbo; reciproco sensu, resipiscere. Prov. *Der bettert nin tingh oppe ield*, Burman, 12, in senectute omnia in pejus ruunt. Contra effrenati juvenes et prodigi mariti in senio sperant fore ut resipiscant; audi Sjollium dissipatorem rei familiaris,

Dy syn jeugd yn 't wylde oanstelt
Bettert him wol op 'e jeld.

G.J. Sjolle-kreamer. *Him betterje*, animum ad bonam frugem applicare. — F.o. *bettri*, ad bonam frugem vertere. *Ick wal met Gades hilping miin liefsed hertelyck gern bettri uen frumer werdi*, F. *Ik wol mei Goades kolpe myn libben hertelyk jerne betterje*. C. M. 167.

o p b e t t e r j e, v.n. in pristinam sanitatem redire.

BAGA, vb. F.v. jactare. Construitur cum genitivo, *dis bagaden dae van Roem*, *dat* cæt. Nl. *bogen*, cum præpositione *op*, *die van Romen boogden daarop*, *dat zij* cæt. Ags. *bogan*, idem.

BAGE, BOGE, BOWE, vb.n. F.b. habitare. Outzen. F.v. *bogia*, pf. *bogade*. Ags. *bugian*, *bogian*, pf. *bogode*, incolere.

b o, F.o. tugurium, posticulum. Inde *törf-bo*, *tichel-bo*.

n o r b a g g e r, F.b. incola Norwegiæ; equulus (caballus). Ang. *a pony*, idem, Ang. v. *punay*, nanus.

Ex F.b. *bowe* fluxit Ang. verbum obsoletum *bower*, *embower*, habitare; subst. *bower*, habitaculum, cubiculum, pergula. Non tamen valde obstem derivanti *bower*, cubiculum, per diæresin ab Ags. *bur*, n. conclave, Isl. *bur*, m. cella penuaria, penuarium; ut Ang. *shower*, ab Isl. *skur*, f. nimbus, Hol.

Digitized by Google

schoer, idem; Ang. *tower* ab Ang.v. *tor*, hill, F. *toer*, turris.

BAGGERJE, vb.a. reti vel sacco ex panno cannabino extremitati gracilis conti affixo coenum trahere e fundo aquæ. Ang. *bag*, saccus; vb. *to bag*, in saccum fundere; F. *bagje?* unde freq. *baggerje*, ut F. *sek*, saccus, vb. *sekje*, in saccum fundere. — Hol. *moeren*, F.u. *slachturve*: „*slagturven of baggeren*. Vegelin, Veengraverij, 82, 95. *Turf die op het naeste veld geslagen of gespreid, en gedroogd wordt voor de afvoering*, ibidem, p. 84.

klyn-baggerje, eodem modo coenum bituminosum ex aqua protrahere.

op-baggerje, vb.a. *Ien féart opbaggerje*, coeni copiam, quæ obstruit navium transitum, e fundo canalis protrahere.

ut-baggerje, exhaurire coenum bituminosum. *Utbaggere féan*, exhausta fodina coeni caustici: figurate, effoetæ mulieres.

bagger-féan, n. agri bituminosi apti ad effossionem. *It bagger-fean oaf klyn*, nomen talium agrorum in vicinia vici Wynjetherp. Ibidem *klyn-dobbe*, scrobis major e qua trahitur terra bituminosa.

bagger-fjild, n. agri in quorum fundo latet terra bituminosa adeoque apti qui excaventur et in fodinas glebarum causticarum mutentur.

bagger-ierde, *bagger-modder*, elliptice *bagger*, cg. coenum e fundo canalis protractum et in ripa coëcervatum.

bagger-man, cg. homo operarius coeno protrahendo occupatus. pl. *bagger-liu*, F.u. *bagger-lui*.

bagger-net, n. saccus ex reti conto affixus, quo coenum bituminosum ex aquis ducunt. Expanditur orificium circulo ferreo acuminato, qui coeno intruditur ut intercipi possit. Verbi *baggerje* primitiva forma erat *bagelje* et *baggelje*, quæ restat in compositis, unde et communis usus habet *bagel-net*. pro *baggernet*. Circulus ferreus sacci *leik-net* dicti, quo coenum superfluum e canalium fundo protrahunt, non est acuminatus, quod coenum commune fluxius est concreta massa *(derrie)*, coeni bituminosi. Imaginem talis sacci dat elegans libellus, R. Visschers sinnepoppen, p. 51.

baggeler-turf, cg. gleba bituminosa e fundo aquæ in sacco protracta, postea arefacta ad focum alendum, quadrata et planior: elliptice *baggeler*. Eadem materia, sed editioris formæ, *sponturf* dictâ, utuntur plurimum Hollandi. *Turf* contra, sive *lange turf*, non ex aqua ducitur, sed ligone cæditur ex terra arida bituminosa, quare Hollandice *steekturf* appellatur. Has duas species dialecti quædam Anglicæ inter se confundunt; teste enim Wrightio est „*bag* in some dialects *turf*. The upper sod cut into squares and dried for fuel." Dictionary of obsolete and provincial English by Thomas Wright. (7). *Bag*.

baggelje, forma frequentativa vb. simplicioris *bagje*, quod ex Isl. *baggi*, m. onus, sarcina, saccus, difficultas, molestia, Ang. *bag*, marsupium, saccus. Saccus, sarcina, consarcinatæ res, impedimenta, imprimis militaria, veteribus symbola erant fœcis populi, cujus pars foedissima sunt meretrices. Nl. *sak*, *vuile sak*, meretrix. *Tros*, impedimenta bellica, sarcinæ, *Troswijf*, meretrix militaris. Kil. Ang. *pack*, caterva nebulonum. *A pack of thieves*, Nl. *Dieven-pak*. *Naughty pack*, vilis meretrix. — Ang. East. *a bunch*, (a pack of cards) meretrix. — Ang. dial. *bundle*, (fascis) meretrix. — Gal. *Fagot*, paquet de hardes, de linge, d'herbe; faisceau de menu bois pour allumer le feu, Ang. East. *a lazy fagot*, meretrix. — Nl. „*Een hoere, oft sack*, meretrix." Had. Jun. nomenclator, p. 14. Kil. *sack. j. hoere*, scortum, lupa." In eundem sensum trahitur Hisp. *baga*, restis ad sarcinas alligandas; *bagasa*, meretrix. Ang. *bag*, saccus, sarcina; unde (baggagium) *baggage*, meretrix. Scandinavi ex *baggi* formant *bag-hendtur*, ad artes manuarias inhabilis, et vb. *bagla*, tumultuarie consarcinare, infabre facere, Torfæus. I. 18. *Böggla*, idem, Hald. Ex *bagla* fit Ang.v. *bagle*, Shaksp. mulier impudica, et ex *böggla*, fit Ang. East. *bogle*, to do any thing in an awkward and unskilful manner. Ant. and Cleopatra, Act. III. Sc. 11, *boggler*, profligatissima meretrix. Antonius dicit ad Cleopatram,

You haue beene a boggeler euer. —
I fond you as a morsell, cold vpon

Digitized by Google

BAGINE.

Dead Cæsars trencher: nay, you were (a fragment
Of Cneius Pompeyes: besides what hot- (ter houres,
Vnregistred in vulgar fame, you haue
Luxuriously pickt out. For j am sure
Though you can guesse what temperance (should be
You know not what it is.

Prima notio infabre vel imperite faciendi elucet in verbo Schotico *to bauchle*, tumultuarie et fraudulenter fabricari. Jam. Suppl. *bauckle*, 2. Inde fluxit notio Ang. *to boggle*, fucate, captiose, ambigue agere; Hol. *knoeien*, infabre construere, ambiguis artibus et insincere agere. Ang. *when summoned to his last end it was no time for him to bogle with the world.* Howel. *Boglish*, anceps, fucatus. Notio dubius hærendi, hæsitandi, sive imperitia, sive metu, hodie prævalet in verbo Ang. *to boggle*. — Ex eis quæ dixi patet Danos invasores cum Anglis communicavisse verbum *to boggle*, contrasentientibus etymologis, qui stirpem quærunt in vocibus Hibernis *bog*, adj. mollis, penetrabilis; *boglach*, palus, Ang. *bog*, locus paluster. Restat simplex *bagge* apud Frisios in sola phrasi, *to bagge gean* vel *to bagge reilse*, perire, disperdi, Nl. *op den zak raken*, idem.

BAGINE, devota. Barb. Lat. *beghina*. Beguinæ sunt virgines vestales, initio modestæ, piæ, puræ, pauperes et miseros omni genere beneficiorum sibi devincientes, sed lapsu temporis luxuriæ deditæ. Confer Boucher *biggen*. Grimm, W.b. *begine*. — Præcipue in ore populi erat beguinarum plurimas ventri esse deditas, quare vulgus quædam cupedia, quæ illis in deliciis erant, *beginæ* nomine insigniebat.

begine-koeke, cg. libum saccharinum delicatissimum. Hd. *beginen-buase*, dapes conquisitissimæ. *It lied, dasthou my jown haste, biwarje ik as begine-koeke*, quam mihi dedisti cantilenam in deliciis habeo et summa cura servo.

begine-tutke, n. (be-gi-ne-tüüt-ke) beguinæ osculum. Puella genua flectit post sedem os vertens in ejus dorsum clathratum, per quod juvenis genua flectens ante sedem puellam osculatur. Hicce lusus juvenilis per tria secula et quod excurrit stetit.

BAI.

BAHEI, exclamatio jactabundi, G.J. hodie *poehei. Ba-heys litlinckne prealle*, jactantiæ arrogans ostentatio, Psalm. II. 4. *Ien hopen poehei meitse*, effutire miram vaniloquentiam; magno hiatu, multo tumultu, vel pompa nitente agere. Hollandi suum *boha* fere ut substantivum habent; ex. gr. *eenen boeha met schieten en vuren maken; de boeha maken; de meeste boeha maken; helgeen tot zo groot eenen boeha paste.* Confer exempla citata apud Hoogstraten, Naamwoorden, *boha*.

BAI, f. F.b. bacca. Bend. 31. F. *bei*, cg. pl. *beyen*. Apud Gothos videntur viguisse formæ duæ hujus vocis, *basi*, f. et *bagi* vel *bagns*, unde *bainabagms*. Confer *beye-bèam* in voce *beam*. Nl. frequentabant tum *bese*, *besie*, *bes*, ex *basi*, tum *baeye*, *beye*, ex *bag*. Confer Kilianum. Ags. *beg*, et *berie*, *berige*, f. Ang. *berry*, (r = s) Nl. *bezie*, f. Goth. *basi*, f. Neutra sunt Isl. *ber* et Alam. *peri*, bacca.

brom-bei, cg. rubus cæsius. Nl. *braembezie*, Ags. *bremel*, *brœmbel*, m. rubus, vepres, Ang. *bramble-berry*, Alam. *pramperi*. Hall, 68.

flambôs, cg. pro Hol. *framboos;* et *framboos*, pro *bramboos*. *Bós* ex Goth. *bàsi* ut *besie* ex Goth. *bási*. Apud Dodonæum, 1162, *fram-besie*, Ang. *raspberry*, rubus idæus.

honnebei, cg. vaccinium vitis idæa. Hall. 141. Hol. *rode bosch-bes*. Ang. *bil-berry*. — *Honnebei-stallen*, pl. petioli vitis idææ, quos manducant pueri Frisiæ ob saporem acidulum.

hwite bei, ribes uva alba, sapore suavior rubrâ.

iérd-bei, cg. (jird-bei). pl. *iérdbeyen*, fraga. Nl. *aerd-bezie*, Alam. *ert-peri*, Ang. *straw-berry*.

kars-bei, Dithmarsi, cerasum. pl. *kars-beien:* pronuntiatur *kas-beien*, ut F.u. *kás*, pl. *kássen*, pro *kars*, *karsen*. Sax. l. *kasse-beer*. F. *kærs*, cerasum.

krus-bei, cg. ribes uva crispa. Hall. 85. Hd. *krausel-beeren*. Dodonæus, 1171, *stekel-besie ofte kroesbesien*. Nl. *kroeselen*, idem. Nl. *kaer-besien*, idem. Ang. *gooseberries*. Dithmarsi, *stikbei*, (bacca pungens.) Hol. *kruisdoren bezien*, Kil. F. *krus hier*, coma crispa.

lyster-bei, cg. sorbi aucupariæ bacca. Ex Lat. *sorbus* est Ang. *service*. Nl.

Digitized by Google

Lister-bes, Nl.v. *qualboom*, *qualster*. Dodonæus, 1306.

moer-bei, cg. morum. Nl. *moerbes*. Ags. *mar-beam*, *morbeam*, morus; Alam. *mur-baum*, idem. *morberi*, morum. Posteri Alamannorum, Anglorum et Suethorum *r* mutarunt in *l*; Hd. *maulbeere*, Suethi *mulbær*, Ang. *mulberry*, morum.

réade bei, ribis rubræ uva. Hall. 84. Hol. *rode aalbes*. Hæc bacca rubra species est generis (Kil.) „*beseken ouer zee*, j. *ael-besie*, acinus ribis, q. d. acinus ultramarinus." Dodonæus, ed. 1554. p. 739, „*besiekens ouer zee ende aelbesiekens. In Hoochduytschlant Johans treubel oder treublin, ende sant Johans beerlin*, grossulæ transmarinæ rubræ. *In Franchois Groisseletz (transmarins) rouges*." Ang. *currant*, proprie uva *corinthiaca*, quam in unum confuderunt cum ribis uva.

swarte bei, ribis nigræ uva. Hol. *zwarte aalbes*.

thoárn-bei, cg. *(thoán-bei)* rubus cæsia. Hall. 68. Idem ac *brombei*.

Hæ uvarum species ante XVI et quod excurrit sæcula Anglis et Frisiis, nationibus bellicosis et incultis, nondum innotuerant exceptis baccis in genere, et speciatim rubis, quos ultro crescentes in silvis inveniebant. Inde Anglosaxones *bremel* et *beg* cum Frisiis communia habent. Sæculis sequentibus, postquam ingentes tribus in Angliam migraverant, in Frisiam et Angliam variæ uvarum species sunt introductæ, quarum quæque pro variis causis varium nomen apud has nationes, exinde oceano separatas, capiebat.

bei-béam, cg. arbusculus ribis; diminutivum *bei-beámke*.

bei-kerl, cg. (bei-kel) acinum uvæ ribis.

bei-sop, n. succus uvarum ribis.

bei-stâlle, cg. petiolus uvarum ribis.

BAIKE, n. F. Occident. (Wieringen), infans: in dial. communi *buukje*. Mater infantis rogat amicam, *Wilje je men bûekje niet ris zien? — Baike* est ex *bawke*, forma diminutiva Ang. East. *baw*, puer. Ang.v. *bay*, puer. Halliw. cf. *boy*.

BAK, cg. alveus, linter, linter in qua coquus cibum nautis offert. Isl. *bakki*, m. crepido, margo, navis, ut Nl. *boord*, margo, pro nave, *aen boord*, in nave, Gal. *abord;* Nl. *aen boord komen*, navem conscendere, Gal. *aborder*.

Kom oan 'e bak, accedite ad mensam. — Frisii *bak* imprimis usurpant de cisterna; plene *reinwetters-bak*, *reinbak*, cisterna coctili lapide structa in qua excipitur aqua pluvialis. — Frisii degentes in terra paludosa et maris accolæ fontibus carent, et absque talibus cisternis vix habent quam bibant aquam. De Cauchis, qui Frisiis adnumerandi sunt, Plinius Nat. Hist. Lib. XVI. cap. 1, „Potus iis non nisi ex imbre servato scrobibus in vestibulo domus." Hasce scrobes in domus vestibulo ad hunc usque diem servat insula piscatorum Marken, in vicinia metropolis Amstelodami; domus quippe in colliculis contra maris æstum exstructæ sunt.

bak, navis; *gréate bak*, Hol. *grote bak*, navis oneraria spatiosa.

Köffen ind smakken
Binne wetterbakken;

hoc genus navium alvei aquatici appellantur quod in mari tempestuoso continuo undis obruuntur. Isl. *bakki*, m. crepido, navis. Gal. *bac*, ponto, alveus. (navigium latum et humile).

Vox ex trivio est diminutivum Hol. *bakkie*, *bakje*, poculum parvum spiritus juniperi.

bak-bêst, n. res informis, pondere et volumine intractabilis. *'n bak-bist fen 'n tafel*, mensa nimia; *'n bak-bist fen 'n kloet*, contus immanis, intractabilis.

bak-beest, Sax.l. femina crassa et robusta operi bajulorum tantum apta. B. N. L. I. 36. cf. Isl. *bak-rauf*, f. femina gigas; *bákn*, n. monstrum. Egilsson. — *Bækn*, n. machina gravis, grandis, moles; omne onus et instrumentum grande et onustum. Andreæ. *Bákn*, f. et n. moles, rude instrumentum. Hald.

bak-stien, cg. lapis ingens et ponderosus. *Yn it wetter sink ik az ien bakstien*, natare nescio.

Neerlandis *baksteen* est lapis coctilis sive testa, et Anglis vet. *backstone*, later quo sternitur solum furnacis, in qua panes coquuntur; utraque vox a Nl. vb. *bakken*, Ang. vb. *to bake*, coquere, sive lateres, sive panes.

ming-bak, alveus in quo coenum causticum depsitur et temperatur.

turfbak, alveus foco adstans, in quo cæspites caustici præ manu sunt.

Digitized by Google

BAKKE, vb.a. coquere panes, torrere carnes, pisces, liba. *Bakke* semper fit torrente igne, numquam aqua bulliente. *Bréa, pankuken bakke*, sed *eárte siede*, torrere panem, liba; coquere pisa in aqua. F.v. pf. *biek*, pf. p. *bâtsen*, gr. *to bâtsen:* ruricolæ sæc. XVII medii *bakke*, pf. *boek*, pf. p. *baetsen: baetsir*, pistor, G. J. lit. 1ma. Derivatum verbum *baetsie* idem quod hodiernum *bakke*, pf. *bakte*, pf. p. *bakt*, ger. *to bakken*. Ags. *bacan*, pf. *boc*, pf. p. *bacen*, torrere, pinsere. *K* transibat in *ts* ut F. *bakt* in Ang. *batch*, et Sanskr. *pac*, coquere, in *patsch*. Primitivum est verbum; ex Lat. *coquere* contra est Isl. *kocka*, F.v. *koka*, Nl. *koken*, Ang. *to cook*. Ags. *cueccan*. Verbum *koke*, quod Frisiis ruricolis non nisi in forma *koitse* cognitum est, frequentant Frisii oppidani, quippe qui multas voces vocumque formas ex lingua Neerlandica vetere mutuati sunt. Leges veteres Frisiorum, quæ habent *kokia*, quo magis accedunt ad nostra tempora, eo magis oppidanorum idiotismos redolent. — *Bakke*, figurate, congelare. *It scil fen nacht 'n kûkje bakke*, hæc nox glaciabit aquas in bonam crustam.

Prov. *Deer backt noch brout nimmen foor ien oor*, Burman. 12. (nemo coquit panem vel cerevisiam pro alio) quæ moliuntur homines sibi moliuntur. *It is éren al baetsen dat nu kromle wirdt*, dissipant liberi patrimonium quod parentes industria et parcimonia acquisiverunt. *Dir is hunger baetsien in koârst brouwen*, MS. pro *koarst* lege *thoarst*, (ibi fames locum tenet torrendi panem et sitis coquendi cerevisiam) ibi nec cibus nec potus est, vel ubi est non offertur.

baccir, *baetser*, m. pistor, Sec. XVII, hodie *bakker*, m. pistor. Ags. *bæcere*, m. Ang. *baker*.

bakster, cg. pistrix. *Waffel-bakster*, *pankuk-bakster*, cæt. Ags. *bæcistre*, f. pistrix, Ang. Derbyshire *bakester*.

baekster, cg. Hindel. quæ fovet curatque puerperam atque infantem recens natum femina, Hol. *baker*, Ang. *dry-nurse*. Differt a nutrice, quæ Frisice *minne* appellatur. Femina illa, sedens in cunabulis oblongis vimineis ante focum ardentem, infantem igni obversum lavat, curat fovetque. Hic est sensus verborum Kiliani *baeckeren een kint ende ophouden by 't vier*, puerum fasciis exemptum ad ignem pandere. *Baecker-korf*, corbis nutritia in qua nutrix infantem ad ignem fovet."

opbakerje; *it bern opbakerje*, matutino tempore infantem mundare, seminudum fovere et vestire.

bakkers-sconken, pl. Hol. *bakkers-benen*, pl. crura genubus introrsum incurvis. Hoc vitium contrahit pistor incurvans se in alveum ut depsat massam. Inde Ang.v. *bakerlegged*, a person whose legs bend outwards. *Baker-kneed*, one whose knees knock together in walking, as if kneading dough. Grooze.

bakkirs-uwn, cg. furnus pistoris. *It gappet as ien bakkers-uwn*, (hiscit furni pistoris instar) multum differt.

bakkert, cg. globulus coctilis vitro obductus, quo ludunt infantes.

bakkery, cg. ars furnaria; officina furnaria adeoque idem quod *bakhûs*. Fland. *bakkery*. Ex *bakker* fit *bakkery*, ut ex *boulanger* est *boulangerie*.

bak-hus, n. pistrinum, i. e. conclave, ubi furnus est et pistor artem furnariam exercet. Ags. *bæchus*, n. Ang.v. *bakhouse*, Ang. *bakehouse*, idem.

bak-tafel, cg. tabula longa ex ligno spisso in qua pistor fingit panes.

bak-throach, cg. alveus in quo paratur, depsitur et condensatur massa.

bak, cg. panis parvulus rotundus spongiosus bis coctus ideoque fragilis, ex farre triticeo et lacte; pl. *bakken*. Per aphæresin pro *twi-bak*, Nl.v. (Kil.) *twee-back*. Hd. *zwieback*. *Twi-bak* et *bak* Frisii promiscue habent. Scoti *bake*, a small cake; a biscuit. Burns. Ex Lat. *bis coctus* Itali habent *bis-cotto*, Galli *biscuit*, Angli *biscuit*, Hol. *beschuit*. — *Moalk-ind-bak*, puls paniculorum bis coctorum in calido lacte maceratorum.

bakt, n. quantum una vice coquitur in furno. Pro *bakt* Angli inversis literis *batk*, et aspirata ut solent *k*, *batch* (batsj). F. *Ien bakt bréa'*, Ang. *a batch of bread*, a quantity of bread baked at once. Ang. *He was of the same meal and batch*, B. Jonson; Lat. *Ejusdem farinæ homo erat*, et ejusdem cocturæ panis. — Shakespeare, Pat. *Heere comes Thersites*. Achil. *How now, thou core of envy? Thou crusty batch of nature, what 's the*

Digitized by Google

news? Troil. & Cress. Act. V. Sc. 1. Pro *batch*, dial. Yorkshire habet *bakin'* ex *baking*. Hol. *een gebakkie*, prava mulier. — Prov. *Alle bakten ind brouten locke naet allycke wol*, Burman. 2. (non omnis panis coctura et cerevisiæ mixtio prospere succedit) hoc proverbio infabre facta excusata volunt.

baksel, n. idem quod *bakt*. *Alle baksels ind brousels falle nat allyk ut*. Hd. *Backen und brauen geräth nicht allemal*. — Pro *baksels*, assimilatis literis Sax. l. *bakkels*. B. N. L. I. 40.

gebak, n. opus coquendi, torrendi, assandi. — *Mei seis man op pánkoeken hat men 'n bulte gebak*, qui sex homines excipit epulis placentarum ei multum frigendum est. Nl. *gebak*, n. opus pistorium, panis dulciarius, placenta.

Az it reint ind di sinne scynt bakt di divel syn moar pankoeken yn 'e hol, cum lucet sol per mediam pluviam diaboli mater frigit placentas in inferis: gaudent quippe contrariis et absurdis. Frisii, cum laute habebant hospitem, vel festum messis famulis parabant, vel hilaria celebrabant, frixas offerebant placentas. Hol. *Als het regent en de zon schijnt is het kermis in de hel*, fulgente sole per pluviam nundinarum joci aguntur in inferis. Phrases illæ ex trivio sunt, attamen ut complures locutiones triviales ex antiquissima superstitione repetundæ. Quod attinet frixas placentas, inter varias artes, quas exercere creditur diabolus, ars furnaria non ultimum tenet locum. In ignis abysso juvat eum assare omne genus carnes, coquere panes magicos et miscere potus necromanticos, quales ejus famulæ veneficæ parant in Macbetho Shakespearii. Diabolus veteribus erat pistor execrabilis, qui postquam pauperibus panem surripuerat formam cuculi induerat. (Grimm. Mythol. p. 441). In bacchanalibus, quæ vocant, sabbathicis tredecim veneficæ accumbebant mensæ, quem numerum Angli veteres promiscue *the devils dozen*, diaboli numerus duodenarius, et *the bakers dozen*, pistoris n.d. appellabant. Inter meos populares multi adhuc timent ne ex tredecim convivis, qui eidem accumbunt mensæ, brevi quis dei nutu moriatur, ut numerus execrabilis diaboli ad numerum principem et faustum duodenarium redeat. Hæc superstitio, tum antiquam Frisiam, tum totam Angliam pervasit. Brand. Popul. Antiq. Ellis III. 264. Frisiis australibus nota saga, quæ sinu lacteo vecta per mare appellebat ad clivum rubrum Stavoræ, erat filia pistoris Enchusani. Shaksp. Hamlet. Act. IV. Sc. 5. Ophelia. *Well, God dild' you. They say the owle was a bakers daughter*. Collier male habet *God 'ild you* pro *God dild' you*, deus te custodiat. Ang. bor. *dilde*, protegere.

BAKKEBERSEN, pl. Sc.o. ambarum genarum barbæ, Hollandismus ex Hol. *bakkebaarden*, idem.

BAL, (baal), adj. F.b. malus. Ags. *balu*, *balo*, *bealu*, malus. Sax. v. *balu*, n. malum. (F. *bal*, adj. iratus, perterritus, conturbatus).

bál-meitse, vi depellere. *Di jonges habbe di ein' bul makke*, pueri protervi anatem ovis incubantem e nido depulerunt.

bal-dedich, adj. protervus et nihil non audens, petulans, præceps in injuriam, qui alios vi aggreditur, eorum domos oppugnat, cæt. *Baldedige junges*, pueri protervi. Sax. v. *baludâd*, Alam. *palo-tât*, maleficium. Kil. „*bal*, vet. Hol. malus. *bal-daed*, vetus. malefactum." Isl. *bella*, vim inferre alicui, injuriam facere, lacesserc. Confer Egilsson in voce.

bal-éarich, adj. inobediens, contumax. Kil. *Bal-oorigh*, *bal-hoorigh*, defessus audiendo. cf. Ags. *bealu-nith*, odium mortale; *bealu-hearth*, nefande durus.

balu-mond, *bal-mond*, F.v. pupillorum tutor fraudis convictus et rejectus. Kil. *bal-monden*, prohibere sive adimere tutori tutelam, rejicere tutorem tanquam suspectum; male tueri rem pupilli. Specul. Sax.

bal-stiurrich, adj. ira incitus et intractabilis. *Di man is balstiurrich*, homo furit, effrenatus est. *It waér is balstiurrich*, tempestas sævit. F.o. Sax. l. *balstürig*, idem. (cf. F.o. *wanstürig*, idem.) Norwegi *bal-styren*, effrenatus, vehemens. Sueth. *bang-styrig*, contumax. Ihre, 155. Poëta Japix, I. 79, de dissolutis nautarum moribus,

Mey in onbestjoersum weszen
Tieret, flockt in fjuecht so dol.

Tjesck-moars sec-ængste. Kil. *onbestigh*, indomitus. — Sax. n. *oversturich*,

Digitized by Google

nimius; *oversturige groot*, nimis magnus, maximus.

âfbalje, vb.a. repellere. *Dær men nearne 'n friunlik eánsicht met dat ballet âf*, avertimur a domo ubi nemo nos comibus aspicit oculis.

forbalje, vb.n. idem. *Feint ind faem forbâlje*, supervenire blandientibus amantibus eosque turbare.

bAL, (boal), cg. pila lusoria. pl. *bállen*. F.b. *bâl*. Johan. 99. Ang. *ball*, Nl. *bal*. Fris. et Ang. per *a* longam; Hol. et Hd. per *a* brevem.

heine-bâl, cg. pila quam pueri puellæque in altum projiciunt contra domuum parietes quamque resilientem rursus manibus recipiunt. cf. *heine*.

heine-balje, vb.n. pilam projiciens recipiensque vicissim ludere.

sint Piters bâl, pila lusoria in honorem Sancti Petri. Festum S. Petri Frisii celebrabant die 22 mensis Februarii certantes ludo pilæ; præmium victori positum erat pila ex argento fabrefacta. Hilaria, quæ proavi nostri hoc mense ante mutata sacra agebant, postea sacris Christianis accommodata sunt. Confer *Sint Piter*.

snie-bâl, cg. vel potius *snji-bâl*, nix in globum convoluta, Ang. *snow-ball*.

snie-bâlje, vb.n. compingere nivem in globulos eisque impetere alios.

bálje, vb.n. et a. in massam conglomerari, conglomerare. Ang. Warw. *balter*, to cohere together. Ang. v. *bolter: The blood-boltered Banquo smiles upon me*, sanguine concreto cruentatus Banquo. Shaksp. Macb. IV. 1: Nl. *besmeerd met geklonterd bloed. — Wiete snie wol bæst bâlje*, nix humida densius et durius compingitur quam arida. *Di snie ballet under di fuólten*, nix sese conglomerat sub pedum plantis. Ang. Warw. *the snow balters together*, Hal. 137, 187. Hasty pudding is said to be *boltered* together, when much of the flower remains in lumps, ibidem. Nl. *te gader geklonterd. — Hi ballet di fusten fen gréatsens*, homo gloriosus pugnos facit. Hd. *Die Engländer schlagen mit geballten fäusten*, Angli pugnis compressis certant, Ang. *to box*.

bâl fen di foet, planta pedis. pl. *bállen*, plantæ pedum, palmæ manuum. Ang. Yorkshire *ball*, palma manus. Mhd. *balle*, colliculus carnosus in digiti apice. F.b. *bâl*, *bael*, pollicis pulpa interior; nates, clunes. Outzen. Isl. *bali*, monticulus, convexitas. W.o. *bal*, *(unner de schoer)*, m. solea calcei. E. I. 359. — *Di keningen fluchte ind it folk mat foár di ballen opkomme*, quidquid delirant reges plectuntur subditi. Proprio sensu, *Ik mat foár di ballen opkomme*, mihi injunctum est munus repercutiendi pilas excussas. — *Dy selme nat doare litte ien oar foár di ballen opdraye*, ignavi socios periculis objiciunt.

bal-lape, cg. crepidæ sive soleæ assumentum, segmentum.

bal-laepje (di scuón) calcei crepidam sive soleam resarcire. Sax. l. *balstöten*, B. N. L. I. 42.

bal-stien, cg. silex rotundus, sive major, sive minor. Majores silices, plurimum ex Norvegia advecti, sustinent impetum maris contra aggeres littorales; minoribus sternunter plateæ, fora, unde phrasis agricolarum de vacca vendenda, *hja mat nei di bálstjinnen*.

bál-stirt, adj. caudâ truncatus, pilæ instar rotundatus. *Balstirte hin*, gallina cauda truncata vel potius orba cauda, non resectione, sed speciei natura. — Apud veteres erat superstitio hanc triadem, gallinam cauda orbam, vaccam albam et nigram felem, agricolam in tuto ponere contra sagarum veneficia. Adhuc perhibet vulgus præsentiam gallinæ cauda rotundata abigere mures majores.

Ien swarte kat, ien kwite kou, ien bal-(stirt hin,
Den giet it di kuwsman nei syn sin.

bàl-wirk, n. propugnaculum e terra exaggeratum, agger sive vallum totam urbem cingens. F.v. *bolwirck*, Nl. *bolwerk*. — Isl. *bali*, monticulus. Norw. *bale*, clivus planus secundum littus extensus. Nl. (Kil.) *balie*, consæptum, vallum. Isl. *virki*, n. opus; arx, munimentum; Ags. *veorc*, n. munimentum. Nl. *werken der stad*, munimenta urbis. Medio ævo subditi in Belgio et alibi sæpe obstricti erant reparare valla et munimenta, sive castelli domini; sive publica, Nl. *vesten maken* vel *vermaken*, facere vel reparare munimenta, quod fiebat terram exaggerando ope palæ, unde et *spade-werc*, opus palæ, dicitur. Vox

Digitized by Google

vere Germanica, qua Belgæ significabant hoc onus, audit *bal-fard*, expeditio munitoria. *Fard*, iter, Nl. *bede-vaert*, peregrinatio religionis ergo. *Fard* in re militari solennis est vox; Sax. v. *megin-fard*, expeditio militaris, bellum; Nl. v.

Grave Dideric voer met groten here
Int heilighe lant van over mere,
M. Stoke, II. 347.

Nl. *heir-vaert*, expeditio militaris; *kruis-vaert*, expeditio sacra contra Turcos. Ags. *fyrd*, expeditio militaris, exercitus, tributum militare. Confer composita cum *fyrd*. Lye. Principio opus ipsum suis manibus præstabant subditi; postea loco operis præstandi solvebant tributum, quare et *bal-fard* tributum notat, quod pro reparatione propugnaculorum pendebant. Cum *balfard* commutatur *bal-gard*, custodia, cura propugnaculorum. Nl. (Kil.) *gaerde*, *waerde*, *gewaerde*, custodia, vulgo *guardia*, Gal. *garde*. Confer du Cange *bal-gurt*, „ut Theutonice dicitur," ibique citata de voce *balfard*, quæ cum *balfard* commutatur. Du Cange explicat „*Guarda*, *garda*, tributum annuum, modo spontaneum, modo coactum, a subditis et inferioris conditionis hominibus pro tutela et protectione dominis vel patronis potentioribus exsolutum." Alia habet *Academie Royale de Belgique. Extr. des bulletins*, 2me *serie. XIV*, N° 7.

BALDESE, adv. F.v. impetuose. *Baldese flia*, effuse fugere, summo impetu ruere.

BALE, vb.n. et a. flere, plorare, terrere, terrorem incutere. Ang. *bawle*, vehementer ac veluti ad alios perterrefaciendos inclamare. Confer nostrum *bole*, ibique *boalje*, et Jun. Et. *bawle*, hodie *bawl*, ubi citat F.v. *baale*.

BALIE, cg. cupa, liua. *Pik-balie*, pars dimidia dolii picarii, serra in duas partes secati.

BALKE, cg. pl. *bàlken*, F.v. *balka*, pl. *balkan*, trabs. Frisiorum *à* in *bàlke* accedit vocali *o*, unde Anglosaxones *balca* et *bolca* promiscue habent. F. *balke*, linea quæ sæpit vel indicat, trabs intergerina, trabs. Nl. *balken*, vb. lineam transversam per paginam rejectitiam ducere. Nl. *Een streep in de rekening*, frustratio. — Ang. *to balk*, omittere, negligere. *Balke lodgicke with acquaintance you haue, and practise rhetoricke in your common talke.* Shakespere, Taming of the shrew. Act. I. sc. 1.

balken, pl. contignatio lignea domus; domus ipsa, ut Latini *trabes* pro *domo*. Item Latini *trabes* pro nave, ut et poeta Alamannus Opitz 3. 228, *ist Noa und sein haus im balken fortgeschwommen. — Bern matte foár thjuster binnen di balken wæze*, oportet infantes ante vesperæ tenebras esse domi. *It héa is binnen di balken*, (F.v. *binnia dae balkem*, in domo.) foenum est in horreo. *Hy smyt it héa oer 'e balke*, parcimoniam non colit. *Hy hellet to folle héa oer 'e balken* (plus foeni pecori projicit quam satis est) tentat nimis multa et nimis ardua. Angli, Cheshire, *balks*, pl. the hayloft; idem quod Sax. n. *hilde*, tabulatum e solutis truncis gracilium arborum in stabulo supra vaccarum seriem compactum, ubi foenum cumulat rusticus. Inde Ang. *to balk*, coaggerare, accumulare. *Ten thousand bold Scots, two and twenty knights balk'd in their owne blood did sir Walter see on Holmedon's plains.* Shak. I part Henry. IV. Act. I. sc. 1.

Hy sprekt balken yn twa, Burman. 29, (loquendo findit trabes) se suisque magno hiatu gloriatur. *Dær komme balken under it iis; di Jeuden biginne it to tantjen*, „glacies fit spissior et firmior; Judæi eam tentant." Habent enim nostrates Judæos pro gente meticulosa. — *Dær scürre balken yn it iis*, (rumpitur in trabes glacies). Cum frigus sævit rumpitur glacies lacuum cum ingenti fragore, quo trabes formari credunt pueri. Prov. *Dy oer ien balke springt mat oer 'n strie nat stroffelje*, (qui saltu superat trabem ne titubet in stramine, i. e.) qui fastu superat alios ne sumptus compenset tenacitate avara in necessariis. *Haad dij binne balcken soo wirdste naet schetten*, (mane domi et te non ferient tela), Burman. 22, cave a periculis quæ te non attinent.

balke-brekker, cg. tempestas sævissima, fulmina, tonitrua. Isl. *balkr*, m. tempestas, hiems tru culenta. Egilsson.

balke-düester, adj. F.o. perobscurus. — Confer *balk-ryk*.

balk-fallich, adj. F.v. labefactata trabes (domus.) *Hwa soe anderis huus breckt speerfallich ende balckfallich*,

Digitized by Google

BALKE.

quisquis alienam domum effringit ut trabes et tecti contignationes caducæ fiant. *Sperren*, longurii tectorum.

balk-ljedde, cg. scala longissima per quam conscendunt trabes horrei, post quas foenum hibernum est coacervatum. Confer *bynt-ljedde*, idem.

balk-ryk, adj. ditior Croeso. cf. Isl. *balkr*, tempestas; Hol. *dondersche, bliksemsche rijk, woedend rijk*, cæt. Notat Isl. *balkr*, st. insuper catervam, multitudinem. Egilsson. Confer tamen *bálte*, boare, et Hol. *bulken van het geld*, affluere divitiis.

dwærs-balke, cg. transtrum; trabs transversa in insignibus patriciorum, qua notatur filius spurius principis.

hoánne-balken, pl. trabes exiles transversæ sub culmine domus tecti, quibus galli gallinæque ut perticis insident. Ang. v. *balks*, the henroost. Kennett.

noartsce balke, instrumentum musicum rudius; erat autem lignum oblongo-quadratum, tres quatuorve chordæ erant in eo tensæ, quas musicus plectro tangebat, cantans ad chordarum sonum. Hocce instrumentum est oriundum ex Norwegia, ubi puellæ agricolarum hujus citharæ agrestis fides tractant eique cantilenas suas associant. Cum autem constet ex ligno longiusculo appellatur *lang-spel*, vel *lange-leg* vel *lange-leik*. Confer Aasen, *langspel*.

swé-balke, cg. vestigium strigæ foeni messi in longum porrectum, sub qua flavescunt graminis stipulæ. A.v. *balk*, a ridge of green sward left by the plough in ploughing or by design between different occupancies in a common field. Halliwell. Lat. *porca*.

But so well halte no man the plough
That he ne balketh otherwile.

Gower, M.S. Soc. Antiq. 134. f. 87.

Nota veteres Frisios lectis eum assignavisse tractum, ut cubantes corpora extenderent in lineam parallelam trabibus, quæ tabulatum cubiculi sustentant. Si aliter fieret ominosum habebant; quin et nutrices, si quid mali eveniret puerperæ, causam in eo quærebant, *umdat hja tsjin di thried lein hie*, „quod jacuerat contra filum," i. e. contraria directioni trabium, quæ domum sustentant et firmant.

BALSE.

Frequens notio Isl. *balkr* m. est, „saepes lignea, tabulatum, paries aulæ; Egilsson. Strues, cumulus, lira in agro vel alia soli eminentia minor; Andreæ. Sæptum ligneum vel lapideum, intergeries ad separanda armenta intra præsepes hibernas." Haldorson. His notionibus affines reperiuntur in phraseologia Anglorum et Frisiorum. Thema vocis hæret quoque in Isl. *bulki*, m. strues mercium navi impositarum, onus navis. Kil. *bulcke*, thorax; Ang. v. *bulke*, the body from the neck to the hips. Ang. *bulk*, moles, onus navis integrum.

balke, n.p.v. Isl. *balkr*, *balki*, n.p.v. Isl. proprie munimentum, sæpimentum, clipeus.

balkema, n. patron.

balk, nomen vici in pago Gasterlandia.

BALLÆST, cg. saburra; figurate, impedimenta; quidquid pondere vel volumine est incommodum. Isl. *bar-lest*, f. saburra, ex *bara*, unda, et *lest*, f. onus, oneris nautici mensura; saburra enim impedit quo minus vacua navis vi undæ et venti in latus prosternatur. Ex *barlest* literis assimilatis fit *ballæst*, Ang. Nl. Hol. Hd. *ballast*.

ballæst sjitte, onerare navem necessaria saburra. — *Dêa-iters binne mar ballæst*, qui desidia vitam transigunt sunt pondus inutile terræ.

BALLE, vb.n. Saterl. loqui, sermocinari. E. II. 192.

baller-büks, F.o. homo loquax. Jocose *boxe*, *büxe*, bracca, notat puerum, qui bracca est indutus. F. *boxe-man*, puerulus. Hol. *balle-boos*, thraso.

BALLE, n.p.v. *Ballo*, n.p.v. Sec. 8. Pardessus.

baling, *Balling*, *Bólling*, n.p.v.

ballama, n. patron.

ballum, (balle-ham) vicus in insula Amelandia.

bolling-wier, villa in pago Oostdongeradela ad ripam rivuli Pæsens.— Isl. *ballr*, adj. validus, strenuus, potens.

BALLING, cg. avicula in ripis arundinosis lacuum degens. *Dær fliúckt ien balling uet it reid!*

BALSE, F.o. felis mas. Hd. *balzen*, coire jungique ut aves solent. Stür. Hd. *balzer*, puer protervus turbidusque. Ang. v. *bolter*, tripudiare. Morte Arthure. Halliw. 137.

Digitized by Google

BALSEM.

BALSEM, cg. mentha arvensis. *Wylde balsem*, mentha aquatica. Ang. *balsam.*

BALSOM! levis exsecratio. *Hwat, balsom, is datte?* Per Jovem, quid hoc sibi vult. *Balsom* videtur esse adjectivum compositum ex *bal*, pernicies, damnum et *som*, ut *hand-som*, manu promptus; *strek-som*, durabilis; Ang. *whole-some*, sanus. Sax.v. *balo*, malum; *bulo-uutso*, dux mali, scil. diabolus. Analogice *balsom*, diabolus? Confer Isl. *bala*, ægre vitam sustentare, insudare. Norwegi *bal-samt*, difficilis.

BALTE, (boalte) vb.n. pf. *bâlte*, pf.p. *bâlte*, ger. *to bâlten*, mugire boum instar, boare. Figurate, alta voce ejulare. G.J. *balkje*, *baltze*, mugire, tumultuari et clamare. pf. *balkte.* — Pro *bolkje* per syncopen *bolje.* — G.J. *bjealskje*, rugire: *bjalze*, idem. — Ags. *bealcan*, *bealcattan*, eructare; Ang.v. *to balke oute*, Ang. *to belch*, idem. Formæ *balke* Angli nullam vocem habent superstitem præter unam *balker*, excubitor marinus, qui stans in rupe littoris alta voce piscatoribus vicinis significat, quorsum tendit cursus catervæ halecum. cf. Johnson, *huer*, clamator; *a huer or balker.* Nl. *balken*, rudere instar asini; *bulken*, boare.

Dy twa alde fammen bâlte fen jild, par illud vetularum innuptarum fortunatissimum est. *Di ky bâlte fen hunger*, vaccæ mugiunt fame; Hindel. *hungerbolje*, cruciari fame. *Di junge docht di hele dei néat az bâlten*, puer morosus totum diem terit alte ejulando; Hol. *huilebalken.* Analogice Ags. *veopan*, Ang. *weep*, Hindel. *gepje* plorare, antiquitus erat Goth. *ropjan*, clamare.

gebâlt, n. mugitus; contemtim, alta ejulatio, ululatus.

balske, F.o. tumultuari, strepere, percrepare. Stür.

gebalsk, n. F.o. tumultus, strepitus.

ut-bjalsje, vb.a. G.J. immani voce exclamare, vel latrare, intonare latratu.

ut-bjals, cg. minarum intonatio.

balder-balkje, vb.n. fremere. *It kanon balderbalket*, tormenti explosio fremit, Makkum. dial. comm. *bolderje*, Hol. *bulderen*, fremere. F.u. *bulke*, ructare; *bulk*, cg. ructus, *'n bulk late*, ructum emittere. Pro *bulk* usurpant et *boer*, rusticus, quod ructare agreste existimatur. Ang.v. *belke*, hodie *to belch.* „*To bealke*, or breake wynde

BANG.

„oute of the stomake." Elyot, in voce *eructo.* Halliwell, 162.

BAMBIDICH, adj. (bam-bî-dig) doloris impatiens, impos sui; immoderatus, modum excedens. *Ien man-minsce is folle bambidiger az ien from-minsce*, feminæ doloris patientiores sunt quam viri. — *Ien bambîdich ein keerdel*, longurio immanis. *Bambîdige sterk*, viribus Herculeis præditus. — *Ombîdich yn syn praten*, inconsiderata verba effutiens, præcipitis linguæ et omnia exaggerantis. *Wæz nat bambidich!* Ne femineo ejulatu significes doloris sensum. Præsta te virum!

Bam propter sequentem *b* in *bîdich* pro *wan* dicitur. *Wan* autem commutatur cum *on* vel *un*, particula defectum notante, quare forma *unbîdich* tam frequens est ac *bambîdich.* Eodem modo Groningenses, *bamberen*, bacchari, furere, obstrepere; Drenthini *bamberich* et *wamberich*, ferus, rudis, asper. (Drentsche Almanak. 1845. bl. 89.) Plantin. „*Ongeberich zijn.* Estre „petulant, ne tenir geste ny conte„nance. Lascivire." „*Gebeeren.* Mons„trer geste, se demener. Gestire, jac„tare se." F. *bere*, gestire, præ se ferre gestu. Kil. *on-ghe-baedigh*, impatiens, balnei, remedii, doloris, cæt. *Bîdich* et *badich* sunt ex F.v. *bidia*, manere. Ags. *bidan*, idem, pf. *bâd.* Goth. *beidan*, manere, tolerare, sufferre. pf. *baid.*

BANA, F.b. homicida. Outzen. F.v. *bona*, Isl. *bani*, Ags. *bona*, *bana.* Gr. *φονεύς.* Sueth. *bane*, f. exitium; *baneman*, homicida. Goth. *banja*, f. verber, vulnus.

bane, vb.a. F.b. vocare aliquem homicidam, F.v. *to bona makia*, F. *ta moârdner meitse*, idem. F.v. *to bona-kond makia*, idem.

BANG, adj. timidus, pavidus, Hol. *bang*, ex *be* et *ang*, timidus. Vox extrinsecus illata; Frisiis, ut Anglosaxonibus et Anglis, proprie ignota. *Eang*, pavidus, vere Frisicum est, Ags. *ange*, idem; Ang. *anguish*, angor animi. Ex *ang* derivatur *angst*, st. pavor, angor; non item *bangst* ex *bang.*

Prov. *Ien man is nat bang foâr 'n man*, vir virum non timet. — *Bange baene brecke as bry*, Burman. 4. (molles fabæ inter coquendum solvuntur

Digitized by Google

ut puls) est lusus in voce *bang*, mollis, suavis, et pavidus; mens hominis pavidi facile frangitur.

bang-bloot, cg. F.o. homo meticulosus. ex *bang* et *bloot*, Hol. *bloed*, homo imbecillis et imbellis.

bang-büxe, cg. F.o. homo anxius. *Büxe*, bracca, notat marem, quod induitur bracca. Vide *boxe*, *boxe-man*, *lytse boxe*.

bange-sciter, cg. homo prætrepidus; proprie, cui metus alvum solvit. Vox ex trivio. Luxemburgenses *bangschisser*, idem.

bange, st. Saterl. tædium, dolor. Ex *be* et *ange*, Ags. *ange*, vexatio.

BANGA, BONGA, nomina gentilitia. Isl. *bangi*, m. ursus; *bangsi*, f. ursa: ursus erat Borealium leo, unde nomina propria quædam Frisica orta sunt. Vide *Fresa*, *Fries*.

banga, nomen villæ in pago Westdongeradela inter vicos Hantum et Hantumhuzen mediæ.

BANJE, vb.v. relegare in exilium; pf. *banne*. F.v. *bonna*, *banna*, jubere autoritate publica, tribunal convocare. Isl, *banna*, prohibere, interdicere; *ban*, n. interdictum, excommunicatio. Ags. *bannan*, vb.a. pf. *beonn*, pl. *beonnon*, p.pf. *bannen*, mandare, convocare; *bann*, m. mandatum, edictum. Ang. *to ban*, et st. *ban*.

banje, vb.a. F.b. exsecrari quem, diris devovere. Suethi *bannas och swærja*, (F. *flokke ind swære.)* Ang. *to ban and curse*.

dîwel-banner, cg. exorcista: præsertim qui precibus et vinculis magicis se profligare profitetur dolores rheumaticos, febres pertinaces et omne lentorum morborum genus.

weibanne, vb.a. abigere contumeliose.

bàn, cg. excommunicatio summi pontificis Romæ. *Yn di bàn dwaen*, diris devovere. F.v. *bon*, *ban*, n. jussum summi imperii, mulcta pro contemtu jussi summi solvenda. F.o. *ban*, edictum, jussum: *Up égen ban un bod*, proprio motu, auspicio et periculo. Frisii substituentes *m* pro *b*, *op eigen manneboed*. Stür. 10.

BANK, cg. scamnum. Scamna apud veteres fiebant e congestis cespitibus; unde Ags. *banc*, f. tumulus. F.v. *benk*, *bank*, *bonk*, scamnum. W.o. *beenk*, m. subsellium. Joh. 100. Ang. *bank*, agger, ripa; *bench*, subsellium. Sax.l. *bank*, ripa scalarum instar declivis. B. N. L. I. 48. *Bank*, inserta nasali *n* ante tenuem gutturalem, fluxit ex *bak*, Isl. *bakki*, m. crepido, margo; clivus: ripa fluminis, littus maris: navis (magnus quasi alveus crepidine sæptus). Confer Nl. *boord*, Ang. *board*, Gal. *bord*, margo et navis. Isl. *Bekkr*, m. scamnum sive sedile in tabernaculo comitiali; lectus dormitorius; navis; collis. Egilsson. Eisdem vocalibus *a* et *e* Angli distinguunt *bank*, agger, ripa, rupes, a *bench*, subsellium, tribunal, Hol. plene *rechtbank*, tribunal.

bank, cg. scamnum, in quo plures simul sedent; *stoel*, sella, in qua tantum unus sedet ideoque sedes honoratior. In ecclesiis feminæ sellis insident; viri juncti, in scamnis, unde phrasis, *domeny preket foár stullen ind banken*, sacerdos orationem habet ad sellas et scamna, i. e. ad rarissimam concionem. *Throch moikes jild kâm hy to stoel ind to bank*, adiens hæreditatem amitæ potuit instruere domum supellectili, instaurare rem domesticam. *Hwa forfart hat rju wirk om wer to stoel ind to bank to kommen*, qui mutat domum satagit omnem supellectilem suo disponere loco. — In templo subsellia dignitorum et magnatum sunt clausa; scamna plebis contra aperta. *Di feinten sitte op di bank*, famuli sedent in scamno, *di grytman sit yn di bank*, prætor sedet in subsellio clauso. *Di riuchter sit yn di riuchtbank*, judex sedet in (sæpto) tribunali. — Subsellium pro eis qui in subsellio sedent, *di riuchtbank*, consilium judicum, Ang. *bench*, idem.

Veteribus scamnum erat loco mensæ, in quo sedentes varicatis pedibus fruebantur ferculis ante se positis; communem igitur habebant sedem, sed in ea suam quasi quisque mensam. Tacitus, Germ. 22. Consules et consiliarii urbis Daventriæ adhuc hujus sæculi initio eum morem observabant die, quo novi creabantur magistratus. Inde verbum

bankje, vb.n. epulari, ut Gal. *banqueter* ex *banquet*, et hoc ex *banc*. Hæc enim vox una ex paucis est, quæ a victoribus Germanis introductae in omnibus linguis Romanticis supersunt. Hispani, Itali *banco*.

Digitized by Google

bankje, vb.n. sedem tranquillam habere. *Syn wiif is 'n sirpint; dær ken hy nat by bankje*, uxor ejus furiis agitata mulier est; cum ea vivere nequit.

Tacitus narrat de Germanis (Germ. 22) in domibus sedes separatas fuisse singulis; idem mos erat Frisiis, apud quos inter pauperes ipsos quisque domi separatam suam habebat, quin et habet, sedem, contra quod observavi inter ruricolas Alamannos, qui sæpe juncti in scamnis domi sedent. Ut suam quisque domum inter Frisios spatio circumdabat ita et sedem. Aliter tamen fiebat in festis; tunc juncti sedentes in scamnis veteres bibebant. F.v. *biarbenk*, caupona cerevisiæ. *Benk*, scamnum, pro domo quæ scamnum tenet. Neêrlandi sensu proprio (Kil.) *bier-bancke*, sedile potorium. Ags. *ealo-banc*, *meodo-banc*, domus in qua cerevisiam vel mustum bibunt. Ang.v. *bencher*, „a person who spends his time on alehouse-benches, an idler." Halliwell, 168.

Tabulæ longæ fulcris impositæ sedes convivarum sunt in epulis funebribus ad hunc usque diem, itidem in festis nuptialibus agricolarum et ante domos ubi auctionantur. Hæ omnes *banken* dicuntur. *Dy mear utjowet az er ynbart kriget di banken foár di doar*, qui plus erogat quam accipit ejus bona auctione sub hasta venduntur.

bank, pulvinus in mari. (Ags. *banc*, tumulus). *Banken yn séa*, brevia vada. *Doggers-bank*, pulvinus in mari Germanico inter Angliam et Nederlandiam. proprie, vadum piscatorum halecum. Kil. „*dogger*, Hol. *botschip*, *haerinck-schip*." Ang.v. „*dogger*, a small fishing ship." Hol. *dogger*, navis qua piscantur asellos majores.

bank, alveus ligneus quadratus oblongus in quo sternitur lectus ægrotantium, ut ab omni parte libere tractari possint, cum ad thecas dormitorias tantum ab aperta parte sit aditus. Idem *bank* est quod *bak*, (vide supra) et Isl. *bekkr*, lectus dormitorius.

bank, nubium congeries uniformis et oblonga in horizonte hærens; quasi ripa prærupta coeli. *Dær sit ien bank yn it westen; it wol reine*, nubium compages horizonti occidentis incubans minatur pluviam. *Dær is sin bankje oan 'e loft*, nubium ne vestigium quidem apparet in cælo. Ang.v. *bank*, a dark thick cloud behind which the sun goes down. Ang. *A bank of clouds may there be in the north or west, but near the sun few or none.* Charge of Lord Bacon. p. 4. Hac ultima notione excepta veteres Saxones cæteras significabant suo *benki*, n. scamnum, sedile, mensa, sponda; *gebenkio*, m. consors mensæ; *gebenkion endi gibeddion*, consortes mensæ et tori, conjuges. Nl. *bedgenoten*.

Throch di bank, universe, in genere. *Throch di bank binne di froulju az di man dy 't hja léaf habbe*, in genere mulieres abeunt in mores et ingenium viri quem deperiunt. Hd. *Durch die bank*, promiscue, indiscrete. *Wir futtern alle durch die bank den tod wenn wir essen und trinken*, Hippel, lebensl. 2, 452. *Bank*, scamnum, pro coetu, qui scamno sedet, per coetum, i. e. quantum ad totum coetum attinet: haud aliter *throck-géans*, plurimum; *throch 'n tiid*, universe, plerumque. Hol. *door de band*, universe. Kil. *bande*, conventus, caterva.

bancilce, n. diminut. scamnum pusillum. G. J. II. 11.

banketerje, Gal. *banqueter*.

styfsel-bank, stratum intermedium coeni caustici olim combustum, constans præcipue ex ramorum virgultorumque carbunculis et quadam terra cærulea levi et spongiosa, quæ aëri exposita in pulverem solvitur. Ob similitudinem cum amylo cæruleo *(blâuwe styfsel)* ita dicitur.

BANNE, BONNE, n. p. v. Wass. II. 97, 173. Alam. *Panno*. Först. 212. Isl. *bani*, m. interfector; F.v. *bona*, m. idem. *Bonke*, *Bontsje*, n. p. f. *Banning*, n. patronymicum. *Bannema*, *Bonnema*, n. patronymicum.

BANTE, BENTE, n. p. viri. *Beinte*, *Beint*, idem. *Bentk*, *Bentsje*, *Bent*, n. p. feminæ. — *Banthe*, vindex? F.v. *banthe*, *benethe*, vindicta judicialis accusatore quæsita. Sax.v. *banethi;* Heliand, 10963, *Fare is dror obar us, is bluod endi is banethi*, (Judæi furentes clamabant) veniat ejus cruor super nos, ejus sanguis et ejus vindicta. Köne *banethi* male vertit *tod*, mors.

bantema, *Beintema*, n. patronymicum.

beyntum, (beinte-ham) vicus in pago Ferwerderadela.

Digitized by Google

BAR.

BAR, BÆR, BERRE, F.b. hordeum. Goth. *baris*, Ags. *bere*, m. idem. Ex *bar*, est adj. *barlike*, hordeaceus, unde substantivum Ang.v. *barliche*, *(barlege)*, Ang. *barley*, hordeum. Halliwell 144.

BARA, vb.a. depsere, manu versare, subigere massam. *Buter bare*, butyrum recens e careno in tantum depsere ut omni sero vacuum sit. Gothi et Franci hoc verbum reliquerunt in forma frequentativa; Ital. *barattare*, agitare, miscere, depsere butyrum; *barattola*, carenum. Gal. *baratter*, agiter du lait dans une *baratte*, pour faire du beurre. — Kiliano teste Flandri verbum *bara* commune habent cum Frisiis; „*Beren*, Fland. j. *kneden*. Depsere, subigere." Alam. *perjan*, terere, Graff. III. 202. Mhd. *Berien daz kore*, fingere argillam in tegulas, depsere lutum, *Weich waks beren*, ceram mollem fingere. Benecke 143. Isl. *berja; ber*, pf. *bartha;* pf. p. *barit*, ferire, percutere. Egilsson, 50. Ex antiquato præterito *bar* fluxit Fris. *bara*, pf. *bârde;* Ital. *barattare*, cæt. — In genere *Hy baert er yn om*, manu versat, ex. gr. coenum; omnia confundit et turbat. Lat. *ferio*, Isl. *ber*, F. *baer*, depso (farinam).

BARCH, cg. F.u. porcus. cf. *baerch*.

barge-bek, cg. os suillum; i. e. equus ore suillo, maxilla inferiore acuta.

barge-smoar, n. arvina porci, adeps suillus.

BARIK, m. W.o. subula. pl. *bariks*. E. I. 359. 1.

BARK, cg. F.o. cortex quercus præsertim attritus quo macerantur coria, cortex coriarius.

borkmôle, F.o. molendinum cortices in usum coriariorum atterens.

bark-scip, *bark*, navigium actuarium, hodie navis oneraria major. It. *barca*.

BARMHERTICH, adj. fractus animo, afflictus. *It bern kryt bærmhertich*, vel *earmhertich*, misere ejulat infans. *Di ilde stakker bea' my sa barmhertich* vel *earmhertich um ieu stik brea'*, senex misellus me enixe et flebili voce rogabat buccam panis. Ags. *earm-heorta*, pusillanimis, cui affinis notio Frisica „fractus animo." Sed Nl. *barmhartigheid*, misericordia, conspirat cum Goth. *armahairtei*, misericordia.

barmhertichheit, cg. animi teneritas. *'t Biaer en barmhertichheit kamen*

BARN.

gaer, Burman. 63, (cerevisia et misericordia coibant in unum) incalescens cerevisiæ potu meminerat consanguinitatis et antiquæ amicitiæ. Hodie *hia ind barmhertichheit kamen boppe.* Confer B. N. L. I. 56, *barmhartig*. 55, *barn*.

BARN, n. (bán) infans, soboles; pl. *barn*, liberi, Workum. Goth. *barn*, τέκνον, n. Isl. *barn*, n. proles, filius, filia. F.b. *barn*. Goth. *bairan*, ferre, parere. Nl. *baren*, parere. Nl.v. *baren*, pl. liberi; plene *moeder-baren*, fructus, soboles matris, infans. — F.v. *bera*, ferre, parere; *bern*, n. infans, pl. *bern*, liberi. *Boárn*, n. Hindelop. dial. communis *bern*, n. *Bjern*, *bjernke*, n. Makkum. pl. *bjern*, *bjerntsjes*, (bjentsjes) quæ forma confunditur cum *bjentsjes*, fabæ paulæ, ex *bén*, faba. — Ags. *beran*, ferre, gignere; *bearn*, n. soboles. Ang.v. *bern*. Compara Nl.v. *moeder-baren*, cum Ang.v. *moder-child*, Rob. Gloc. Eandem ad normam ex Ags. *cennan*, parere, pf.p. *cenned*, partus, enixus, est Nl. *kind*, infans, Nl.v. *kind*, filius; *kinne*, filia. Melis Stoke, I. 243. Nl. *menschen-kind*, homo. Lat. *nasci; natus*, filius.

berns-bern, n. nepos, neptis, Hind. *barns-born*, Isl. *barna-börn*, n. idem, F.v. *bern-bern*, sing. et plur.

In omnibus formis *barn*, *born*, *bern*, liquida *r* frangitur, quare Cadovius Muller F.o. scribit *been* (bên) infans, *beens-been* (bêrns-bêrn) nepos, neptis; *unriucht iilde beyklift nat up dait darde been*, (pecunia injusta non proficit nepotibus) male parta male dilabuntur. C. M. 52. *Been* per epenthesin fit Saterl. *béden* ex *berden*, pro *bern*, ut Saterl. *báddenje*, conflagrare, ex *barnje*. Het. 229. E. II. 201.

Barn sive *bern* proprie non distinguit inter genus. Inde Hindelopenses, *fynte-born*, infans masculus, Isl. *sveinbarn*, idem. F. *feint*, Isl. *svein*, famulus, filius. Dani, *drenge-barn*, infans masculus; *dreng*, puer. Nl.v. *knecht*, famulus; *knechtken Jesu*, puer, filius Jesus. — Workum. *famke-bern*, Hind. *fánte-boárn*, puella; Hind. *fán* pro *fáem*, virgo, famula, amica. Ags. *vifcild*, puella, Ang. *child*, infans. *girlchild*, filia, puella: Johnson, Todd, *girl*. A.v. *knave-child*, puer; elliptice *child*, tum filius, tum filia.

Digitized by Google

Ang. v. *child Julus*, puer Julus. Todd's Johnson, *child*, 5. *The children of the chapel*, sacrorum famuli. Contra apud Shakespearium *child*, filia. Winters tale. Act. III. Sc. 3. *What have we heere? Mercy on 's, a barne? A very pretty barn? A boy or a childe I wonder?* F. *Hwat hawwe wi hiérre? Myn gjust nock ta, ien barn? Ien thige pretlick bern? It scil my ny dwéen, of 't ien boi as ien famke is.* — Ang. *gerle, girl*, antiquitus puer et puella; hodie solum, puella. Gal. v. *Gars*, puer maturus: *garse*, puella nubilis.

Le male est gars a quatorze ans,
Et la femelle est garce a douze.

Montfaucon Toulouzain, Dits moraux. Hodie *garce*, meretrix; *garçon*, puer, famulus.

Prov. *It éarste bern, it éarste gewin*, in matrimonio primigenitus antecedit lucrum pecuniæ. *It éarste bern komt as it klear is ind it twade op syn tiid*, „primus infans prodit cum paratus est, sequens in ipso articulo." Sanctimonia nuptiarum apud Frisios veteres non pendebat a nutu pontificis: hujus enim consecratio non anteibat, sed sequebatur primam thalami noctem. Richthofen, Rechtsquellen, 410, 1. *Bern fin tén yeer en tsien yeer allijcke wiis*, Burman. 4, pueri decem annorum non plus sapiunt quam unius.— *Bern dwae berne-wirck*, Burman. 7, pueri puerilia tractant et efficiunt. —

Deer berne-braed ijt,
Deer meij schanne sit,

Burman. 12, parentes, qui aluntur a liberis, notam turpitudinis subeunt.— *Meij ien bern schoe'r sprecke*, Burman. 45, quamvis dives et potens non dedignatur verba facere ad puerum. — *Dy ien bern utstiurt kriget ien bern wer thus*, ne res serias committas curæ hominis stolidi. — *Ljéawe bern, ljéawe nammen*, de deamatis nil nisi quod laudabile prædicare permissum est.— *Bern matte lang bern bliuwe*, oportet pueros diutissime manere pueros. Puerorum maturitatem properare Frisii non minus ridiculum quam noxium habebant, dumque ei ætati quævis deliramenta permittebant, hoc unum, virum agere, summa vi prohibebant. Memini me puerum duodecim annorum in vico natali ludum frequentare cum juvenibus octodecim annorum hosque se immiscere nostris ludicris et exercitiis campestribus. Mela III. 3, memorat Germanorum „longissimam pueritiam." Teste Tacito (Germ. 20.) apud Germanos „Sera juvenum venus eoque inexhausta pubertas." Iterum (Annal. IV. 14.) „Batavorum procera pueritia." Cæsar (Bel. Gal. VI. 21.) de Germanis perhibet, „qui diutissime impuberes permanserunt inter suos ferunt laudem: hoc ali staturam, ali hoc vires nervosque confirmari putant."

Ien faem mei bern meitse, gravidare virginem. Hol. *een meisje met kind maken*, Ang. *to get a woman with child.* Ags. *beon mid bearne*, Ang. *to be with child*, gravida esse.

berne-faem, cg. quæ curat infantes ancilla.

berne-gejoel, n. strepitus et clamores puerorum ludentium.

berne-gik, cg. deamans infantes et eorum consuetudinem, infantarius. In plerosque Frisios hoc nomen quadrat.

berne-goed, n. infantis vestes, præcipue infantis recens nati; alias *pòppegoed.*

berne-hlûd, n. vox infantis, vox voci infantis similis. Isl. *barna-hliód*, n. vox sonora puerilis.

berne-pleats, cg. locus ubi quis natus est. G. J. Nl. *geboorte-plaets.*

berne-práet, n. fabula, sermo puerilis, nugæ.

berne-riften, pl. infantis fasciæ laneæ.

berne-scoálc, cg. Hindel. *barne-scúle*, Isl. *barna-skoli*, m. ludus literarius puerorum, infantilis.

berne-sconk, cg. crus infantis. *Fen berne-sconk op*, a teneris; Horatius, *de tenero ungui.* Hol. *van kindsgebeente af.*

berne-scuón, pl. infantis calcei. *Hy hat di berne-scuón forsliten*, (contrivit infantiæ calceos) ex pueris excessit. Isl. *at hafa slitid barn-sko*, ex pueris exire; *barn-skór*, m. calceus infantis. Cicero *mutare calceos*, creari senator. F. *Ik woe nat jern yn di scuón fen ien kening stéan*, non libens succederem in regis locum.

berne-téam, cg. numerus liberorum omnium ex eisdem parentibus. Scoti *bern-time:* Douglas *barne-time*, all the children of one woman. F. *'n team biggen*, Ang. Cant. elliptice *a team*,

Digitized by Google

a litter of pigs. Ags. *bearna-team*, procreatio liberorum; alii male „proles ipsa." F.v. *berntâm*, m. procreatio sobolis. Audi summum Junium de voce *team* rite disserentem.

berne-tochte, cg. pietas liberorum erga parentes. G. J.

bern-wedene, f. F.v. vulneratio infantis in matris utero.

bern-léas, adj. orbus liberis. F.v. *bernlâs*, idem. Ags. *bearnleas*, idem.

bern-siik, adj. appetens, inhians liberos.

bernsk, adj. puerilis, infantilis. Effertur fere *bénsk*, sed Wangeroge *beensk*. E. I. 88. *Barnsk*, Work. idem. Gothi *barniska*, νήπιος.

barnskens, *bernskens*, cg. mores et ingenium infantum, altera infantia senis decrepiti: *Barnsknes* inverse *barnskens*; Gothi, *barniskei*, f. τὰ τοῦ νηπίου. — *Di âld-man komt yn syn twâde bernskens*, senex secundam intrat pueritiam.

bârsel, F.b. puerperium; contracte pro *barns-el*. Norw. *barsöl* pro *barns-öl*, symposium in honorem infantis recens nati. Norwegi ut Frisii fere elidunt *r* in *barnsdom*, *barnsfostra*, *barnskjen*, *barnsleg*, quæ audiunt *bansdom*, *bansfostra*, cæt. Outzen, *bârsel*. Aasen, 26.

bernje, vb.n. infantem parere. *Bjârne*, F.b. parere liberos; ex subst. *bjârn*, infans. Bend. 229. *Beerne*, idem. Outzen. 16. Hd. *kindern*, *kindeln*, parere prolem, ex *kind*. Ang. *to child*, to bring forth children. Isl. *barna*, gravidare mulierem, a *bârn*, proles humana. — Confer F. *wif*, femina, uxor; vb. *wifje*, ducere uxorem. Ang. *wife*, uxor, vb. *to wife*, to marry.

bern-helje, parere liberos; proprie petere, apportare liberos, scilicet e silva, cujus arbores fabula infantilis perhibet in ramis ferre infantes quasi tot poma. *Myn sister is noch yn it bernheljen*, mea soror nondum est effeta, sed partum edit. *Myn wiif is oer it bernheljen hinne*, Ang. *my wife is past children*.

BARN, BAR, F.b. ca pars soli in horreo ubi mergites reponuntur. Ang. *barn*, Ags. *bern*, horreum, vox composita ex *bere*, hordeum, et *erne*, locus; locus hordei. Ags. Matth. III. 12, cod. Cottonianus *ber-ern*, Rushworth *bære-flor*, solum hordei, area, quæ notio quadrat cum Frisica boreali. Ceteræ versiones Ags. *bern*, *bearn*. Nota hordeum, ex quo coquebatur cerevisia, primum et principale frumentum fuisse inter Germanos, et inde duxisse notionem frumenti in genere, ut patet ex voce *bere-ern*. Haud aliter explicanda est notio Frisica hordei in *koarn*, quæ vox apud gentes affines valet frumentum in genere.

BARNE, (bánne) vb.a. et n. ardere; urere. pf. *barnde*, pf.p. *barnd*. G. J. *baerne*, *baernde*, *baernd*. Ags. *bærnan*, cremare, accendere. F.v. *barna*, *bérna*, ardere, comburere, abolere corpus igne, lædere igne; *Huaso him baernt an da wallende wage*, F. *Sa hwa him baernt oan it wâllende wetter*, cuicumque manus in aquam ebullientem immissa uritur. Eliditur fere *r* in enuntiatione. *It hus fen myn burman barnt*, ardet vicini domus. *Di sinne barnt op 'e lape*, verberat solis ardor. *Wy barne juwns kærsen, mar us feint ien lampe*, nos accendimus vespere candelas, sed famulus noster lucernam. *Ik hab my barnd oan kjit wetter*, ussi me ipsum aqua ebullionte. *Hy is bang, dat hy him barne scil oan kâld wetter*, (formidat ne se urat aqua frigida) cuique homini atque rei diffidit. *Barn dy net!* ne te uras, i. e. Cave ne te voce vel facto inducas in laqueos. — Prov. *Oni 't al baernt, soo baernt het wetter luckel naet*, Burman. 3, 55, si omnia ardent aqua tamen non ardet; contra scrupulosos, qui omnia esse desperata conquerunter. *Hwat my naet barnt blies it naet*, non curo res quæ ad me non attinent. *Dy syn gat barnt mat op 'e blirren sitte*, (qui anum suum urit pustulis insidere compellitur) qui luit poenas malefacti habet quod sibi imputet. *It barnde bern is scoftick foár it fiur*, Ang. *The burnt child dreads the fire*; πάϑὼν δέ τε νήπιος ἔγνω, Hesiodus. *Dir 't fioer nest is barnt him aerst*, Burman. 14, (proximus igni uritur primus) procul a Jove, procul a fulmine.

Barnend kjit, ardentissimus. Ags. *brondkât lufu*, flagrantissimus amor.

barner, *berner*, m. F.v. incendiarius.

barnich, adj. (bannig) W.o. adustionem

Digitized by Google

olens, *Daitj smecket bannick*, hic cibus resipit adustionem. E. I. 88.

âf-barne, (oáf-banne) vb.n. comburi totus quantus. *It hus is âfbarnd*, domus ad solum exusta est.

for-barne, vb.a. et n. cremando perdere, perdi. *Alles is yn it hus forbarnd*, ignis omnia in domo perdidit. *Alles forbarnt yn it hus*, omnia conflagrant in domo. Ags. *forbærnan*, cremando perdere.

yn-barne, vb.a. et n. urere intus et inuri. *De balke is ynbarnd*, ignis non superficiem trabis solum adussit, sed interius penetravit. — *It barnt my yn, dat myn famke by scimerjuwn noch op it iis is*, (inuritur mihi, i. e.) urit me, angor quod filiola mea in crepusculo adhuc per glaciem vagatur. Lat. *inurere alicui* dolorem. Gothi *inbranjan*, accendere, comburi. Ags. *inbeornan*, inflammari, lucere.

oan-barne, vb.n. aduri, Nl. *aenbranden*, idem. *Oanbarnd iten*, puls, far triticeum coctum, in genere omnis cibus, qui nimiam ustionem olet. — *Di faem is oanbarnd*, famula gravida est, Nl. *de meid is aengebrand*. Pictor Jan Steen filo cæruleo, cujus extremitas anthrace aduritur, virginem, quæ morbum simulat, esse gravidam, significare solet. — Ags. *onbéornan*, inflammari, Nl. *ont-branden*.

opbarne, vb.a. et n. consumere et consumi igne. *Barn dat boek mar op; dær binne boeken to folle*, abole illum librum flammis; premimur numero nimio librorum.

ut-barne, vb.a. flagrando purificare. *Di esken aden útbarne*, manipulo straminis ardentis mulctras fraxineas adurere et purificare. — *It hús is fen binnen alleheel útbarnd*, omne quod intus est in domo conflagravit incendio. — Figurate, *Di skildéaskers habbe di scildner alleheel útbarnd*, creditores omnia bona debitoris vendiderunt in usum jus habentium.

barn-hout, n. collective, ligna, faces, instrumenta lignea ignis in foco. W.o. *bankolt*, n. idem, E. I. 359. *Ien barnhout*, lignum (ignem nutriens.) G.J. *baernhout*. Elliptice *ien houtke; er ien houtke under stekke*, excitare litem.

baernd-koarn, n. hordeum ustum, ex quo coquitur spiritus vini vel juniperi, præcipue autem cerevisia. *Hij loockt ofler baernd-koorn ijten het*, Burman. 25; Ang. *He looks us if he has eaten roasted barley*, inebriavit se cerevisia.

barnde-man, West-Frisii, ignis fatuus, erraticus; ignis locis humidis in aëre ambulans.

báern-stien, F.b. electrum.

barnde-wyn, cg. spiritus vini. G.J. *baernde-wyn*.

brânje, vb.n. et a. Silvicolæ, *bráne*, ardere, urere. Goth. *branjan*, idem. Ags. *brennan*, idem quod supra *bærnan*. Anglosaxones cum Frisiis duplicem formam *barn* et *bran* habent communem.

brân, cg. incendium; instrumentum ignis. F.v. *brond*, (bróand) m. flamma, incendium, excitatio incendii. *Di tsjerke stiet yn 'e brân'*, ardet templum, F.v. *a brond. Hy is mei al dy scilden yn 'e brân'*, æs alienum eum urit. — *Gikheit is gikheit, mar di brân* sive *fiúr yn 'e broek is nin gikheit.*

brân, cg. instrumentum ignis. F.o. *'n brand teurf*, cespitum bituminosorum copia, quæ sufficit familiæ foco per hiemem. Stür.

brân, cg. gladius. Ags. *brand*, m. titio, ensis (Lat. *fax belli.)* Isl. *brandr*, m. titio, lamina ensis. Nl. v. *brant*, incendium, gladius. Ang. v.

With hys stelyne brande he strykes of (hys hevede
And stertles owte to hys stede and with (his stale wendes.

Morte Arthure. Lincoln MS. f. 67. Edited (4°) by J. O. Halliwel. Brixton Hill. For private circulation only. 1847. Frisius e bello redux gladium cum cæteris armis affigebat parieti *(wân*, Nl. *wand)* supra ostium, ibique suspensus et nitida politione fulgens omnium oculis erat subjectus. Inde duæ phrases natæ sunt; altera, *It wiif is sa sindelik as di brân'*, femina (nitidior gladio) mundissima est, domum et utensilia accurate mundat ut omnia niteant; altera, *Hy hat di brân' oan 'e wân'*, procul a negotiis reditibus suis sustentat vitam, instar rude donati militis. Confer Gal. *flamme*, (Lat. *flamma)* scalpellum; F. *flime*, Hol. *vlijm*. Gal. *brandon*, titio; *brandir*, vibrare ensem, *brandiller*, *branler*, cæt. Ang. *to brandish*, coruscare, vibrare. Confer

Digitized by Google

Alam. *geisli*, flagellum, et radius solis. Lat. *flagrum*, et *flagrare*. *Verber*, *verberat sol.*

brand, n. p. viri. *Brandsma*, nom. patronymicum.

brânje, cg. alimentum foci. *Di brânje is diûr*, ignis instrumentum magni constat.

brân-byt, n. confer *bite*.

brân-brief, cg. literæ indicti incendii, ad exprimendos his minis alicui nummos. Tropice *ien brânbrief scriuwe*, debitorem literis asperis admonere æris alieni.

brand-dolch, F.v. vulnus igne inflictum.

brân-gjirg, adj. præparcus, avarissimus.

brând-hake, F.v. pl. *brândhaken*, F. *brânhéak*, pl. *brân-heákken*, (bróanhjekken) conti ad extremitatem unco instructi, quibus ardentis domus parietes evertunt ad progressum incendii sistendum, 559, 17. Ex edicto municipali magistratus Franekeræ an. 1462 liquet Frisiis jam illo ævo in promptu fuisse omnia instrumenta, quibus nos utimur ad incendia restinguenda, excepto forsan siphone Romanis, teste Plinio, jam usitato, cujus non fit mentio. Non loquor de siphone incendiario tali, qualem primus Van der Heide posteriore sæculo invenit quoque nos hodie utimur.

brant-hleerda, F.v. scalæ uncis instructæ quibus conscendunt domum ardentem ad restinguendum incendium. Edictum municipale Franekeræ, 559, 17. Ags. *hlæder*, Ang. *ladder*, F. *hljerde*, (ljedde).

brân-îzer, n. cauterium. Ags. *brandisen*, vel *-isern*, ferrum supra quod ligna ponuntur in foco, ut melius ardeant; tripes. Nl. (Kil.) *brand-ijser*, cauterium; fulcrum focarium; crateuterium. Ang. *brand-iron*, Scoti *brander*.

brân-merk, n. stigma. F.v. *brond-merk*.

brân-merkje, vb.a. stigmate notare. Ags. *mearcian*, idem, et *mearc*, stigma, absque *brand*. Confer leges Anglosaxonum (ed. R. Schmid) p. 202, 290, et in legibus Barb. Latinis Henrici Primi, 463, *signare*, notare stigmate.

brân-nettel, cg. urtica urens, Hall. 195. Hanc plantam distingue ab alia simili, quam Hollandi *dove netel*, (urtica exstincta) appellant; Frisii vero, quod infantes mel ex eius floribus sugere amant, *hunick-blom*, *ingeltajes iten*. Botan. lamium album Hall. 168.

brand-ries, F.o. uredo nigra paniculæ avenariæ. Nl. (Kil.) *brand*, uredo; vitium frumenti, avenæ et tritici.

brân-ny, adj. recens ex officina profectum (instrumentum quodvis). Ang. *bran-new*, Nl. (Kil.) *brand-nieuw*, *vernieuw*, *(vier*, ignis). F. *fonkel-ny*, *(fonkelje*, coruscare); *glûd-ny*, *(glûd*, fulgor) idem.

brond-rad gold, F.v. aurum rubore rutilante.

morth-brând, F.v. incendium insidiosum a proditore excitatum; incendiarius insidiosus.

nacht-brând, F.v. incendium nocte excitatum; incendiarius nocturnus.

brânich, adj. ustionem olens. *Brânige loft*, coelum rubescens nebula ardentis cespitis bituminosi. *Brânige lucht*, odor ex rebus ustis, ex. gr. ligno adusto. Alias *brân-lucht*.

braning, f. W.o. E. I. 262, F. *brâning* (broaning) æstus marini. Nl. *branding*, f. poëtice *barning; In het barnen der gevaren*, in æstu periculorum. Ags. *brenning*, adustio; *brontford*, fretum æstuans. Beow. 1130.

brander, *bronder*, F.v. incendiarius; in compositis.

brander, cg. cacabus major et rudior, qui apponitur foco ardenti ut aqua in eo calefiat; *tsjettel*, *settel*, cacabus minor forma satis bona, in quem aqua ebulliens e majore effunditur, ut ita elegantiæ consultum sit.

BARTE, cg. (bátte) tabulatum ligneum grave binas ripas sulci aquarii vel canalis jungens, ut transeant pecora vel per id vehatur plaustrum foeni. Plene

thil-barte, tabulatum in modum ponticuli. Confer *thille*. Estque, vel portatile et solutum, vel fixum. F.o. *batte*, idem. Stür. 10. *Di man hat ien ræck as ien barte*, homo dorso lato et Herculeo. *Yn di sted wier ik sa mâger as ien range ind by di boer sa tîkjok as ien barte*, macilentus in urbe valetudine obesa niteo ruri.

flap-barte, tabulatum in modum ponticuli, ab altera parte solutum, ab altera in fixis cardinibus versatile, ope funis elevatur et demittitur pro lubitu.

Digitized by Google

BARTELE.

slyp-barte, cg. tabulatum quod super duobus palis fossæ transversis de ripa in ripam truditur, *(Slipe*, verrere.)

bartingen, pl. asseres sive tabulæ longæ, per quas Frisii fossores sarraco (Gal. *brouette.)* coenum ex imo canali subvectant in ripam.

BARTELE, (báttele) n.p. viri, ex *Bartholomeus*. Ang. *Bartholomeus*, inter sodales *Bat*. Ang.v. *Bartle*. Halliwell. — *Bartelke*, n. p. f. in usu quotidiano *Bakke*. — *Hy wit wol hwær Bartele di mòster hellet*, emunctæ naris est. Sax.l. *He weet, wo Barteld den most haalt*. Lux. *E wees wo Barthel de moschert helt*, idem. *Mòstert*, sinapi, corruptum ex *moschert* vel *most*, vinum mustum, quod sanctus Bartholomeus festo die sibi sacro (24 mensis Augusti) nondum paratum videt. Confer Gangler, Luxemburger Lexicon, p. 32. *It telke is bard, da di kou Bartele hjitte*, quod narrat fabula factum est cum vacca vocabatur Bartholomeus, i. e. remotissimis abhinc temporibus. Ludicre dictum. — Prov. *Plat ind sunick is ut di tiid da di kou Bartele hjitte*, continentia et parcimonia anteacti sunt temporis.

bartele-hiem, prædii rustici nomen.

BASAFENG, m. F.v. (prensatio putida) attrectatio impudica feminæ vel virginis. Nl.v. *baeshudich*, Fergut, 2230, cute putidus, deformis. — Ang.v. *baske fysyke*, fututio. Halliwell, 147. Ang. *baskful*, pudore suffundens, impudicus. Johnson citat,

A woman yet must blush when bashful (is the case,
Though truth bid tell the tale and story (as it fell.

Confer Norweg. *basa*, oblinere. Nl. *smeren*, linere; *smerich*, (linitus) spurcitie obductus, inpudicus.

BASILISCUS, *Di hoánne bret Basiliscus-aeyen ut* (gallus gallinaccus excludit ova Basilisci) ille nihil profert quam quod nocet. — *Basiliscus*, lacertæ species. (Basiliscus lacerta. Linn.) Teste Festo genus serpentis, cujus vim reliqua genera serpentum fugiunt. Plinius asseverat, eum sibilo fugare omnes serpentes et intuitu solo necare.

Basilisks! whose breath
Is killing poison and whose looks are (death.

Charles Cotton. On the lord Derby.

BASK.

BASK, adj. pulcher, ornatus. Hindel. *Báske pannen*, patinæ coctiles Chinenses elegantes. *Báske klaen*, vestes pulchræ festivæ. *Hwat bisthu básk!* quam ornate vestita es! Adv. *Baske moai*, eximie pulcher.

batsk, adj. F.o. pulchre vestitus et ornatus amans. Sax.n. *'n batsk jak*, tunica feminæ elegans. *Batsk*, adj. ferox. Kil. *batsch*, astutus, argutus, callidus. Confer Lat. *scitus*, a verbo *scire*, callidus, venustus. *Satis scita est*, formosa; *forma scitior*, elegantior.

BAST, cg. membrana inter corticem et arborem media; si de tilia sermo est Latine dicitur „philyra." Ex ejus fibris fiunt fila funesque. Nl. (Kil.) *bast*, cortex, liber, scheda, membrana, funis, restis, laqueus. Ags. *bæst*, m. cortex tiliæ. *Bæsten*, adj. *mid bæstenum rapum hine gebundon*, funibus ex philyra eum ligabant. Elliptice Ang.v. *baste*, funis. *Bast*, matting, straw. Ang. North. *to bast*, to pack up. — Isl. *bast*, n. alba membrana philyræ, vinculum sive funis e tilia, Egilsson. crassissima et rarissima textura, Hald. — Nl. *bast*, cortex, cutis; totum corpus hominis; in sermone proletario, Hol. *Hy kreeg op zijn bast; hange-bast*, furcifer. Hæc vox longe lateque per Germanicas nationes dispersa eadem est ac Lat. *vestis*, quodvis tegumentum, exuviæ serpentis, stragula, velamen; quæ notio quadrat cum tunica media inter arborem et corticem. Lat. *v* transit in Germ. *b*, ut Lat. *validus*, *valde*, Goth. *balths*, fortis; Lat. *vas*, *vadis*, Ags. *bæd*, idem; Lat. *verres*, F. *bér*, *barch*; cæt.

Prov. *Di finen binne as di bjirk mei thrętjen basten*, hypocritæ se instar betulæ occultant tredecim tunicis; in simulando impenetrabiles sunt. *Nin hân' twiske bast ind bèam stekke*, (manum ne inseras inter truncum et corticem) ne te immisceas litibus conjugum. Scoti. *It is ill meddling between the bark and the rind.* Sax.l. *De sine hand twuske borke un boom stikt kleemet sik.* Hol. *Steek uwe vingers niet tusschen de schors en den boom; steek uwe hand niet tusschen de post van de deur.* Harreb. I. 78. 6. Gal. *Il ne faut pas mettre le doigt entre l'arbre et l'écorce.*

bast, putamen. *Nutebast*, putamen nu-

Digitized by Google

cis. *Kastanje-bast*, nucis castaneæ putamen. *Dær sit 'n ruge bast um di man, mar di pit is geef*, forma hominis est impolita, sed indoles bona. F.v. *bost*, Sax.l. *bosen*, pl. siliquæ. vb. *bosen*, excludere pisa, fabas siliquis. B. N. L. I. 123.

beste, vb.a. desubulare, laxe consuere. Ang. *baste*, (beste), idem. Bene. *Nay mocke not, mocke not; the body of your discourse is sometimes guarded with fragments. And the guards are but slightly basted on neither.* Shakesp. Much ado. Act. I. Sc. 1. — Alam. de Jesu veste *ni uuas thar uuiht ginates noh gebosotes, uuas si (tunicha) ubar al mit redinu ziaro giuueban* Otfr. IV. 28, 7, ex uno continuo panno vestis texta, neque sutura accurata *(ginates)*, neque tumultuaria *(gibosotes)*, in ulla parte consuta erat. Cum *o* in *bosotes* quadrat forma Nl. *booste*, *bast*, *sluyme;* (Kil. *bast*). Pro *gibosotes*, lege *gibostodes*, verbi *boston*. cf. Graff. III. 219. *bestan*, sarcire.

basterd, adj. spurius; equus ex mare Frisio et equa extranea. *Basterd-stört*, species spuria; ex. gr. *kinnen*, *konnen*, *katten*, gallinarum, canum, felium; species quæ degeneravit a stirpe integra. Forma vocis ex Gal. *bastard*, quam ex Scandinavico *bast* ductam Normanni in linguam Francicam introduxerunt. Isl. *bastardr*, m. spurius. Inter remotissimi ævi proavos late regnabat opinio genus humanum dryadum instar ex concavis arboribus ortum traxisse; ad hunc usque diem inter nutrices et puerulos Frisios nondum obsolevit fabella, matrem infantes pomorum instar arbore decerpere, vel e trunco concavo arboris vetulæ protrahere. Inde in computandis gencalogiis gentium nobilium veteribus symbolum usitatum erat arbor, e cujus trunco rami et folia crescunt. Posteri e legitimo matrimonio nati e trunco ipso dicebantur provenire; contra ex concubinatu nati in philyra vel cortice *(bast)* concepti dicebantur. Gal.v. *fils de bast* idem quod *bastard*. Non ex trunco, sed circa, extra truncum, ut Hol. *buiten-been*, nothus; *buitenlust* (Krul.) incestus. Ang.v. *This man was sonne to Jhon of Gaunte, Duke of Lancaster, discended on an honorable lignage, but borne in baste, more noble of bloud then notable in learnyng.* Hal. Henry VI. f. 70. Halliwell. Nl.v. *Ik ben niet aen een boom gepist*, non spurius sum.

BATE, vb. prodesse. Confer *baet*.

baet, cg. remedium. *Baet sike ind baet fine*, quærere morbi medelam et invenire. *Hy hat alles to baet*, omnes et omnia ei favent.

(bat?) comp. *better*, melior; superl. *bæst*, optimus. *To bést sprecke*, W.G. 15, commendare et disponere, ut id quod desideratur eveniat.

bæstens, cg. probitas, bonitas rei. Inverse pro *bæstnes* ex superlativo *bæst*, optimus.

BATTE, BATSE, vb.a. conquassare, proterere, conculcare. *In di modder umbatte*, ititando proterere madidum coenum. Ags. *beátan*, percutere, impingere. Gal. *battre la campagne*, courir de çà et de là dans la campagne. *Battre le pavé*, n'avoir d'autre occupation que de se promener dans les rues, Hol. *straatslijpen. Battre bien du pays; chemin battu*, via vestigiis trita. — *To batte*, contundere, tundendo vulnerare. *It lân' is alleheel tobat*, pratum pluviis emollitum a pecore detritum, disruptum est. *Di wei is tobatst ind tojagge*, via argillacea pluviis madida pedibus et plaustris distracta et invia est. — *Hy het him tobat*, conterendo se (suum digitum) vulneravit; hoc sensu *knieze* usitatius est. Ags *tobeátan tha scipo*, conquassare naves (de vento.) Chron. Sax. 1009.

bat, vb.a. F.b. verberare, tundere, jaculari. Outzen. *Bat* apocope terminationis inf. *an* ex *batan*, Sueth.v. *bata*, *beta*, verberare (Ihre), ut Ang. *to beat* ex Ags. *beatan*, Ang.v. *beate*.

batsje, vb.a. resono ictu quem verberare. Saterl. E. II. 201. *Batse*, F.o. idem.

batse, F.o. alapa.

batte, bats, n. p. v. Wass. II. 172. *botte*, n. p. v. Wass. II. 98. *Baetke*, *baetlje* n. p. f. et v. ibidem 97.

BATTER, BITTER, n.p. viri. Wassenb. 172. *Bathari*, Sax. nom. proprium Sec. IX, apud Dronke. Försteman. I. 199. Sax.v. *bathari*, balneator. Ags. *bathian*, lavare, fovere.

betterswird, parvus vicus prope urbem Doccumum caurum versus; alter

Digitized by Google

vicus ejus nominis minimus est prope Hartwerdam in pago Wonseradela. *Betters-wird*, Bethari collis sive fundus, vulgo audit et scribitur *Better-wird*.

Hujus sæculi initio erant caveæ in utraque templi Grouwæ extremitate; altera occidentali in turri, altera orientali pone atrium templi; hæc vocabatur *it linchte honnegat* (lucida canum cavea), quod rimæ quædam paululum lucis admittebant; illa *it thiuster honnegat* (canum cavea obscura) ubi caligo spissa regnabat. Atrio ipso nomen erat *it scjippehok*, ovile. Pueris protervis, ebriisque grassatoribus istæ caveæ carceres erant; in occidentalem, quippe obscuram, condebantur contumacissimi, in orientalem qui levius peccaverant. Hujus autem caveæ orientalis portæ vir nobilis Carolus Roorda, præfectus pago Idaerderadélæ, (medio fere sæculo XVII) aureis literis inscripserat *Better-wird*, vicus Better-wird, per paronomasiam, (melior esto!) Recipe te ad bonam frugem! F. *Better wirde*, frugi fieri. Nota plagam lucis et salutis in oriente, noctis malorumque in occidente.

BAU, n. p. v. unde diminutivum *Bauke*, idem. *Baye*, idem. *Beyema*, *Beyma*, n. patron.

buwa, *Bowa*, n. p. v. *Bauwe*, *Bewwe*, *Bouwe*, idem.

bawe, n. p. v. *Bawink*, n. patron. *Bawinga*, idem, Chart. I. 466. *Babinga*, idem, ibidem. *Bâfke*, n. p. f. *Bea*, *Beæ*, *Beo*, n. p. v. Ags. *Beav*, unus regum Anglosaxonum, qui a Wodeno originem petunt. — *Beake*, *Béatke*, n. p. fem. Wassenbergh, 97. — Phrasis, *Hi is Bauke*, superavit obstaculum.

BAUT, n.W.o. seges messa. E. 1. 360. F. *di bouw*, cg. seges, collective, arationes.

BAWWA, vb.n. F.b. vociferari, Joh. 100. F. *biuwe*, magno hiatu dicere. Kil. *beffen*, gannire. Ang. d. *baw*, *baugh*, latrare. Nl. *blaffen*, latrare. Confer Kil. *blutse*, *butse*, contusio; *blutsen*, *butsen*, quassare.

neibàuwe, vb.a. subsannans exprimere alicujus vocem. *Immen neibàuwe.*

baw, m. F.b. clamor, Joh. 100. vociferatio anxiorum, Outzen. 20. Inde *ferbæwst*, ib. Ang.v. *abawed*, territus, consternatus, hodie *abashed*. Nl. *verbaesd*.

bauwererje, vb.n. terrefieri.

forbauwererje, vb.a. et n. territare, terreri. *Fen dy kirde thongerslack is mem forbauwererre*, sævo tonitru mater attonita est.

BAZE, vb.n. delirare, pf. *baesde*, pf. p. *baesd*. *Baseste naet, fjildebouwer?* G.J. nonne deliras, agricola? Nl. *bazen*, delirare febris vi. Ang. *to bash*, confundi pudore.

forbaesd, adj. participiale, attonitus, stupefactus. *Dær is ien forbaesden snie fallen*, stupenda vis nivium cecidit. *Forbaesd*, adv. valde, vehementer; *It is forbaesde kâld;* sævit frigus vehemens. Ang. *abashed*, attonitus. Ang.v. *abashment*, mentis consternatio. *(abash*, ex perdito vb. Ags. *a-basan?)* Confer Sax.l. *abasig*, adj. stolidus, desipiens; *abasig wiif*, mulier fatua.

BÆD, n. pulvinus major undique clausus et plumis anseris mollioribus refertus; differt a *bulsek*, saccus foeno aliove tomento viliore repletus. F.b. *Bâd*, Joh. 99. Helgol. *to bâd gung*, cubitum ire. F.b. *beed*, Outz. 21. Goth. *badi*, n. Isl. *bethr*, m. pulvinus; culcita. Ags. *bed*, n. G.J. Hindel. *bód*. Vocalis *a* (Goth. *badi)* ascendit ad *æ* in *bæd;* *æ* ad *e* in Nl. *bedde:* contra descendit ad *o* in *bód*, quod in varietate dialectorum parit frequentem inter *e* et *o* permutationem. Ags. *slapan*, *slæpan*, Ang. *sleep* (sliip) F. *slépe* et *sliepe*. F. *hi slept*, Hind. *slopt*. Confer *badi* cum φάτνη, præsepe. F. *kræbe*, præsepe, et infantis cubile.

bæd, armarium majus ligneum parieti contiguum, quin et ei coassatum, una cum pulvinis et stragulis. *Hi is noch nat to bæd*, nondum suo cubat toro, i. e. sceleratum fortuna juvat, sed ante mortem dabit poenas. — *Myn wif is yn it warem bæd* (uxor mea est in tepido lecto) mea uxor est puerpera; per euphemismum. Solent nutrices Frisicæ lectum puerperæ calefacere carbone ardente in patella ænea. — *Hy is mei di forkeerde foet fen it bæd stapt* (surgens ominosum pedem priorem lecto exseruit) homo hodie valde morosus est. Angli dial. „*He got out the wrong side of the bed*, the person is peevish and ill tempered." Frisii et Angli olim habebant hoc latus boni ominis, illud contra mali, et credebant hominis animum per diem inde

Digitized by Google

pendere utrum lectum dextrorsum an læva liquisset, utrumque dextrum pedem an lævum priorem e lecto promovisset. Similis religio erat apud Romanos et Græcos, qui per gradus numeri imparis templum ingressuri dextrum pedem primum promovebant ut dextro eoque fausto pede ædes sacras intrarent. — *Di wirge man fielt nin hird bæd.* — *It bæd meitse*, Ang. *to make the bed*, to put the bed in order after it has been used. *I keep his house and I wash, wring, brew, bake, scour, dress meat, and make the beds and do all myself*, Shakespeare, F. *Ik pas op syn hus, ind ik wask, wring, brouw, bak, scòerje, biræd it flæsk ind meitse the bæden ind doch alles selme.* — *It bæd foár ien oar meitse, ind selme op strie lidze*, fatuum est promovere alios et se ipsum ad pauperiem redigere.

bæd, Ang. *bed*, pulvinus, area in horto. *Ien bæd mei wirtels*, Ang. *a bed of carrots*, cæt. — *Bæd*, alveus fluminis, Ang. *the bed of the Thames.*

bedda, m. F.v. conjux. Hol. *mijn slaap*, conjux mea. Nl. *bedgenoten*, conjuges.

bæd-bain, m. W.o. idem quod *bædlichter*. E. I. 359. *Bain* pro *bân'*, vinculum, tænia.

bæds-biur, f. n. W.o. tomentum lecti. E. I. 359. F.o. *beds-büre*, lecti involucrum, theca. W.o. *sleip.* idem, F. *slope, sloop*, pulvini theca.

bæds-bürd, cg. (bæds-boed), Warns, *bæds-bórd*, asser transverse suspensus ad extremitatem lecti supra pedes cubantium, ubi marsupium, ornamenta aurea vel argentea, claves, aliaque pretiosa per noctem jacent. Præstat itaque vices illius parvæ arcæ ante lectum, quæ dicitur Hol. *bed-tafeltje.*

bæds-doárren, pl. duo fores lignei, alteri pone, alteri ante lectum, quem dormituri pone intrabant, foribus cancellatis anterioribus interdiu clausis, quod hi spectabant in cubiculum. Confer *bæd-stêd.* Lecti Frisiorum olim erant altiores, ne dormientes inopinato maris æstui obnoxii essent. — *Wachtje dy foár di stedsfammen; dy meide efter di bædsdoárren*, cave ancillas urbium; hæ ambiuntur pone lecti fores, i. e. sunt lascivæ.

bæd-gonges-tiid, cg. idem quod *bædtiid.*

bæds-iggen, pl. (thecæ toralis anguli) asseres lignei coassati obtendentes ambo latera introitus lecti, quibus cardines forium lecti infixi sunt, et post quos tenetur asser solutus tranversus lecti *(bæds-planke).* Synonyma sunt *bædscudden* vel *bædscodden.*

bæd-legerich, adj. affixus lecto morbi causa.

bæd-lichter, cg. restis crassior de laqueari supra lectum pendens, qua arrepta se levat cubans. Per aphæresin *lichter.*

bæds-lekken, n. toral ex lino texto. W.o. *bædlickin*, n. idem. E. I. 359.

bæd-panne, cg. batillus æneus clausus, quo conjectis in eum prunis ardentibus calefiunt lecti, præcipue puerperarum. W.o. *bæd-pân*, f. idem. E. I. 359.

bæd-pisser, cg. qui lectum commingit, puer. Gal. *pis-au-lit. Hy is sa stil as ien bædpisser*, dejectus et taciturnus est instar pueri qui lectum comminxit. Eodem sensu figurate sumunt *pis-eameler.* Confer *æmel.*

bæds-planke, cg. asser in porta lecti transversus, qui inpedit quo minus stragulæ decidant, quemque lectum intrantes debent transgredi. — *It jungwiif rekkent fen di bædsplanke âf*, recens nupta gravitatis suæ dies numerare incipit ab assere lecti, i. e. a prima nocte qua post nuptias cum marito lectum conjugialem conscendit.

bæd-ridich, adj. lecto affixus morbi causa. Sax.l. *bedde-redig*, idem. Ags. *bed-rida*, Ang. *bed-rid*, confined to the bed by age or sickness. Alam. *pettiriso.* Elliptice Bensonus habet Ags. *rida*, clinicus. — Ags. *ridan*, insidere, incumbere, equitare: *rideth racentan sâl*, Cædmon 371, fricat, torquet me catenæ chorda. — Isl. *rida* equitare; fricare, terere, hærere. F. *di nachtmerrie ridt him*, ephialtes ei incumbit. *Hwat ridt dy?* Quis dæmon tibi incumbit, agitat? *Dy junge hat nin sittend gat; hy ridt al op di stoel um*, puer inquietus usque agitat clunes in sede. Ang.d. *trill*, v. to twirl s. anum. Inde *bæd-ridich* ægrotus cubans se irrequiete de latere in latus volvens.

bæd-scobben, pl. mergites straminis selecti et optimi, quæ sternuntur sub pulvino majore. cf. *scobben*, vox eadem ac Nl. *schoven*, pl. *schoof.*

bæd-selma, F.v. asser sive tabula lignea transverse ante introitum thecæ toralis inserta, quæ impedit quo mi-

Digitized by Google

nus stragulæ de lecto labantur; hodie *bæds-planke. Dat dio frie Friesinne breydelike sine bethselma urstop*, 409, not. 16, quod libera Frisia (virgo) trans limen lecti sponsi ut ejus sponsa pedem moveat. Ang. Northumb. *selm*, portæ cancelli. Ags. *bonc-selma*, sponda, synonymon vocis *bed-selme*. *Bonc* stat pro *banc*, tumulus, cumulus, lectus; F. *bank*, alveus humilis ligneus, sive sponda in qua sternitur lectus ægrotantibus. In genere notandum est accolas maris, Frisios et Anglos, dum hi antiquas sedes tenebant, altos struxisse lectos contra æstum incitatum.

bæd-side, cg. *bæd-kant*, latus cubiculi ubi lectus est. Ang. *bed-side*, the side of the bed.

bæd-spréder, cg. vestis stragula totum lectum interdiu tegens. F.o. *bedspreet*, Ang. Amer. *bed-spread*, bedquilt or coverlet. Americanisms, 28.

bæd-strie, n. stramen quod sternitur sub pulvino majore plumeo. W.o. *bædelstré*. E. I. 359. *Hy bitellet di man fen it hús mei it bædstrie*, solvit domus possessorem lecti stramine; i. e. nihilo. Mos est inquilinum, qui domum mutat, nihil in ea linquere præter lecti stramen, solam sæpe pensionem, quam pauperes solvunt. Ang. *bed-straw*, the straw laid under a bed to make it soft.

bæd-tîd, cg. hora vesperæ qua cubitum itur, octava vel nona fere post meridiem. Ags. *bed-tíd*, ultima vesperæ hora, initium noctis. Ang. *bedtide*, *bedtime*, qua cubitum eunt hora.

bæd-waermer, cg. idem quod *bædpanne*. Ang. *warmingpan*. *Bæd-waermer*, figurate et jocose, ætate florente puella. Ang. „*A Scotch warming-pan*, a wench," cui phrasi auctor reverendus J. Ray hanc aspersit notam. „The story is well known of the gentleman travelling in Scotland, who desiring to have his bed warmed, the servant-maid doffs her clothes and lays herself down in it a while. In Scotland they have neither bellows, warming-pans nor houses of office." English proverbs. 3th edition. 1737. p. 65.

bæd-tyk, n. textile spissum pulvini majoris et culcitarum involucrum. Ang. v. *tyke*. *A matteris maker, an upholster; he that soweth tykes and filleth them with feathers.* Nomenclator. Ang. *the tick of a mattras; bed-tick*, Ang. West. *bedtye*, idem.

bæd-stêd, n. theca toralis domo contignata, armarium ligneum majus parieti contiguum. W.o. *bæd-stitki*, W.o. E. I. 359. locus lecti, sive est torus plumeus sive fœneus. F.o. *bedde-sted*, C. M. 107, Ags. *bed-stede*, idem; sed Ang. *bed-stead*, the frame on which the bed is placed, Gal. *lit de camp*, Hol. *ledekant*, fulcrum mobile lecti; F. *bædsteed*, contra immobile et clausum. Inde F. occid. *bæd-fek*, pro *bæd-steed*; F. *fek*, Hol. *vak*, interstitium coassatum, in quod demittitur foenum, cum pecori pabulum præbetur. Ang. Essex *bed-steddle* vel *bed-stettle*, bedstead.

bædje, vb.a. G. J. *bodje*, lectum præbere alicui. *Dou kenste by my ite ind drinke, mar dy bædje ken ik nât*, victum non lectum tibi præbere possum. *'n Goed friun ken ik altiden wol bædje*, in mea domo amico semper lectus est paratus. Ags. *beddjan*, lectum sternere; cubitum ire: *beddige thearfan*, grabatum sternat egenis. Lye. Angli ex *bed* eodem sensu formant *to bed*, in lecto ponere. *She was publickly contracted, stated as a bride and solemnly bedded; and after she was laid Maximilian's ambassadour put his leg, stript naked to the knee, between the espousal sheets.* Baco.

del-bædje, vb.a. sedare alicujus iram, mollire aliquem, proprie, deorsum in lecto premere.

BÆRE, BARRE, vb.a. accipere. *Bære*, præs. *ik bær*, pf. *bærde*, pf.p. *bærd*, ger. *to bæren*. F.u. *beure*, ferre, accidere, pf. *beurde*, pf.p. *beurd*, ger. *te beuren; opbeure*, tollere, elevare, erigere animum. F.v. *bera*, ferre, ferre partum, ferre pecuniam, accipere: *inmonia ende op-berra bwrield*, consectari et accipere debitam vici pecuniam, 559, 4. *Opberra*, proprie, attollere de mensa. Ags. *Beran*, ferre, jure pertinere, decere, oportere. Ags. *gebyrjan*, accidere; *hit gebyred*, fit, decet.

Bære, barre, verbum derivatum ex præterito antiquato. Ags. *beran*, pf. *bær*, pf.p. *boren*. Isl. *bera*, pf. *bar*, pf.p. *borit*, ferre, accidere. Egilsson.

bære, *barre*, vb.n. accidere, convenire hominis rei familiari, de sumtibus qui rem familiarem non excedunt. — *Hwut is er hjúd bard?* Quid novi hodie

Digitized by Google

accidit. Prov. *It bart folle dat it áei wizer is as di hin. — It mei elts nat barre nei Romen to géan*, non cuivis contingit adire Romam. — *Hwat us nat bære mei matte wy stéan litte*, abstinere nos decet luxuria quam facultates nostræ non ferunt. F.v. *dy fellinghe nat heghera to ledan dan bi dae guede berra mey*, 504, 12. — Stulte dicta vel facta Frisii sæpe rident stultiore asserto; talia sunt, ex. gr. *Dat us mem stedrt ind ik er nat by bin, scil nat wer barre, sei di junge. — Nou 't us heit ind mem beide déa binne, komt er romte um di kird, sei di junge.* F.u. *beure*, vb.a. et n. eadem gaudet vi. Nl. (Kil.) *boren, beuren*, levare, tollere; portare, gerere, accipere in promptu, recipere.

bear, F.b. feretrum. Joh. 100. *Bier*, G. J. Ang. *to bear*, (beer) portare.

beren, pl. bajuli areales qui mergites triturandas apportant et stramen excussum auferunt.

bar, cg. vicis. Hind. *bor*, Nl. *beurt*, idem. Prov. *Elts syn bar is nat to folle*, sive *to faek*, cuique suæ justæ vices debentur.

BÆRM, n. W.o. fermenti spuma; *gæst*, n. fermenti solidum sedimentum. E. I. 359. Nl. *Barm, berme*, fermentum. Ags. *beorme, bearme*, Ang. *barm*, fæx. Lat. *fervo*, pf. *ferbui; ferm* (entum).

BÆRS, cg. perca. Ags. *bærs*, quod Angli rejecerunt assumta *perch* ex Gal. *perche*. Gr. *πέρκη*. Prov. *Greate heren sitte oan dy kant fen 'e scutel dær di greatste bærs leit.*

bærs-net, n. rete quale tendunt percis.

bærs-flach, n. potamogeton, Nl. *fontein-kruid*. Differt a *thekken-flach*, quod vide.

BÆTE, BÆTSE, Sc. o. avus.

BÆWERBUK, F.o. scolopax gallinago. *Bæwern*, tremere. Ita dicitur a tremore strepente alarum in volatu.

BÉAGE, cg. cingulum equi stupeum, cui essedum alligatur; plene *syl-beage*, cingulum tenens funes, quibus trahitur essedum.

béage, laqueus stupeus cingens pectus hominis, qui fune trahit ratem, sagenam, cæt.

sidene béagen, pl. fasciolæ sericæ, quibus adstringitur pileus stramineus feminæ.

Ags. *béah*, m. pl. *beágas*, annulus, armilla, torques, corolla. Ang.v. *beigh*, a ring, a bracelet, collar for the neck, a jewel, Nl. *bagge*, gemma, lapis pretiosus. Hanc vocem, tot heroibus et poetis avitis celebratam, Angli perdiderunt. Confer Ags. *beáh-hroden*, annulis circumdatus; *beáh-gifa*, armillarum donator; *beáh-hord*, armillarum gaza; *beáh-sele*, cimeliorum aula. — Isl. *baugr*, m. annulus. Nl. *boog*, m. arcus.

BÉAKEN, n. G. J. *bæken*, contus aquæ infixus, e longinquo manipulo straminis vel compage asserculorum nigrorum manifestus, indicium nautis.

Veterum *a* in hac voce ut in centenis aliis vergebat ad *e*, quod probat frequens formæ *béken* usus, et bene quadrat cum *éa*, Anglosaxonum, Anglorum et Frisonum. Ang. *Beacon*, marks erected or lights, to direct navigators in their courses, and warn them from rocks, shallows and sandbanks. F.o. *bake*, signum; pharus, Nl. *baken*. Prov. *At it ty forrint forsel men di béakens.*

Veteres e longinquo signis ardentibus visui et campanarum sonitu auditui significabant imminentis maris vel inimici periculum; *tha klocka an to slan iefta tha bekena op to stekane and thiu mente gader to klapene*, 309, 11. Pompam nuptialem facibus accensis prosequebantur; *mit bakena brand*, 409, 27. Signa ardentia tantum restant in pharis; *vierbueck*, Starter, bl. 132. Nl. *vuurtoren*, Angs. *beacenstan, beacen-torr*. Confer Van Wicht, O. F. Landr. 829. Idsenga, Staatsr. I. 299. O. F. W. bl. 20, noot. Ags. *beacon*, n. signum; *that beacn thæs belhringes*, signum campanæ sonitu datum. Præsertim *beacen*, circumcisio judaica. F.v. *freotho-beacen*, signum amicitiæ et foederis. Ags. *Beacnian*, annuere, innuere, significare. Somnerus.

bîken, n. F.b. ignis major quem incolæ insulæ Sylt accendunt vespere diei festæ S^t^. Petri. Antiquitus majores straminis manipulos figebant furcis, quos accensos saltantes portabant circa excelsum (mortuorum) tumulum. Johan. 4.

foárbéaken, n. præsagium. *Helje gau it hoárnwiif; di foárbéakens* (vel *di*

Digitized by Google

réade merken) binne er al, arcesse ocius obstetricem; signa instantis partus adsunt. Ags. *forebeácen*, ostentum.

stiûr-bæken, n. G. J. signum secundum quod navis regitur.

béakenje, vb. loca vadosa indicare contis fundo aquæ infixis. Ang. *to beccon.*

âfbéakenje, vb.a. *Di mar âfbéakenje*, contis fundo aquæ infixis significare nautis, qui velificando certant de premio, quem et quantum cursum illos sequi jus est.

üetbake, vb.a. F.o. signis erectis directionem vel cursum indicare.

BÉALACH, cg. diabolus, in execrationis formula, *Di bealach!* Per diabolum! Ags. *se balewa*, satanas. Confer *Bal.* — *Bealach* commutatur cum

Wéalach; Rin nei di wéalach! Abi in malam crucem! *B* commutatur cum *w*, in *bezytje* pro *wezytje*, (Gal. *rendre visite)* quod valet de salutationibus confabulantium et ligurientium mulierc-larum: in F. *baerch*, Nl. *varken;* Nl. *bigge* et *vigge*, cæteris.

BEALCH, cg. venter pecudis; contemtim, hominis. pl. *béalgen.* In calendario an. 1676, *buâlg*, idem. G. J. *bjealgh*, venter balenæ. *Bâlg*, venter, Saterl. Het. 228. *Bâlge*, follis. ib. Ags. *bælg*, *bælig*, m. marsupium, crumena, venter. Ang. *belly*, venter. Nl. *balg*, m. venter, stomachus; *blaesbalg*, follis. Galli veteres *bulga*, saccus coriarius. Græc. βυλλίς, Aeol. φύλλις, saccus, Lat. *follis.*

It hynzer slacht di béalch, equo anhelanti palpitat venter. — *Béalch stéan by! Ik scil dy to-nei nat wer læstich wæze*, Juva venter! posthac tibi non molestus ero. Vox comissatoris, cui cibis jam farto novum ferculum gulam irritat. Scomma in helluones. Eadem mente loquitur rusticus in epulis quæstoris pagani, G. J. I, 1.

Dat jilt, war dy, myn buwck!
Is' de buwckluper déa?
Géar iten thynt naet uwt. —
Ik scil di op di béalch komme asthe di bek nat hâldste, si non taces ego te contundam ictibus; phrasis plebeculæ. Corpus pro homine; contemtim Nl. *balg*, puer, Kil. literis inversis Sax. n. *blage*, puella, *wilde blage*, puella proterva. *Béalchs-ein fen ien junge*, puer non procerus sed protervus. Ang. *body*, corpus, homo; *an eminent body*, Shakespeare, homo præstans. *No-body*, nemo. Confer infra Nl. *balger.*

béalch-fol, n. quantum venter vel corpus capit. In sermone proletario *Arbeidje by it béalch-fol ind thinne bry*, diurnos nocturnosque labores suscipere pastus cibo infirmo. — Tantum foeni quantum plaustrum usque ad marginem superiorem tabularum lateralium *(syd-berries)* capit.

balga-swerd, F.v. gladius in vagina. Lex Emsigana distinguit inter vulnera ferro acuto nudoque inflicta *isern-slec*, et ea quæ gladio e vagina ducto inferuntur, *ief tha balga-swerde*, 213, 20. Sueth. *bælg*, siliqua, Ags. *bean-bælgas*, siliquæ fabarum. Isl. *bal*, vagina ensis. Lat. *vagina*, tum ensem, tum legumina tegit; confer *vaginula.*

béalgje, vb.a. G. J. *bjéalgje*, dial. communis *beulgje*, ingurgitare se, præsertim potu. *Wetter béalgje*, ingurgitare se aqua, ut sitientes in æstate solent; *wyn béalgje*, se sepelire vino, more divitum.

béalger, cg. G. J. *bjéalgert*, comissator, homo escæ maximæ. Broer Cornelis I. 359, *kleine budsen en bescheten balgers*, concacati pueri.

bjéalg-broare, cg. combibo. G. J.

béalgerye, cg. comissatio, gula insatiabilis.

balg, m. F.o. W.o. meatus maris inter duas insulas vel duos pulvinos; navium meatus vicinus oræ maritimæ. In lacu Flevo, hodie Sudersé, meatus inter pulvinos *Lutjes-waert* et *Balchsand* dicitur *balch*, E. I. 359. Meatus inter duos pulvinos obnoxius fluxui et recessui maris quoque dicitur W.o. *glattu*, ib. Ang. d. *glat*, interstitium vacuum.

bulgen, pl. F.o. undæ maris. Cad. Mul. 5, sing. *bulge*, fluctus major. Kil. *bulghe*, *bolghe*, Sax. Fris. fluctus maris.

bülke, cg. unda maris; MS. Hilarides *buulke.* Tubanti *bolke*, nubes; Lat. *undæ aëriæ*, Lucretius.

bulge, vb.n. F.o. undare, fluctuare.

Isl. *bylgja*, f. unda. (Ags. *bælig* et *bylig*, (tumens) venter). Ang. *billow*, unda; dicitur a tumendo. Nl. *belgen*, pf. *balch* et *bolch*, tumere ira; *Verbol-*

Digitized by Google

gen, iratus. F. *forbolgen*, inflammatione tumens (vulnus). Lat. *mare iratum*. Ags. *belgan*, irasci, pf. *bealh*, pl. *bulgon*, pf.p. *bolgen*. Confer Ihre *bölja*, unda.

BEALT, n. F.b. cingulum, Joh. 4. Ags. *belt*, m. Isl. *belti*, n. zona, cingulum. Isl. *sjafar belti*, oceanus terrarum orbem ambiens. Egilsson, 45. b. Nl. *de belt*, f. mare balticum. *Bealt* Frisiis Borealibus erat cingulum, quo feminæ se ornabant. Joh. 4. Teste Emmio (p. 34) Frisiæ feminæ in genere se cingebant balteo magni ponderis ex solido argento. Confer quoque G. J. I. 51. Lat. *balteum* cum sit vox Teotisca *b* non in *p* transit, sed immota stat.

bealtrang, n. F.b. mensura agrorum antiquata. Joh. 4.

BÉAM, cg. arbor, repagulum forium. pl. *beámmen*, *bjemmen*; *bemmen*, dial. australis. Ags. *beám*, m. arbor, lignum, trabs, crux, columna; pl. *beámas*. Ang. *beam*, trabs; radius, quo sensu elliptice sumitur pro Ags. *sun-beam*, radius solis, proprie, contus solis. *Ea* ex *á*, in F.v. *bâm*, m. arbor, patibulum, stipes vel sudes, pl. *bamar*. *Bâm*, F.o. *baam*, *biaum*, C. M. Saterl. *bâme*, G. J. *baem* et *beam*, contracta vox ex *bathm*, ut *ám*, *óm* ex *athm*, spiritus, vapor; Isl. *bathmr*, m. arbor. (th = dz = g) Goth. *bagms*, m. arbor. Hindel. S.o. *baim*, idem; *grate baimen*, magnæ arbores. Molkw. *beem*, pl. *bemmen*, idem. Sax. v. promiscue *bâm* et *bôm*, pl. gen. *boma* et *bama*. Nl. *boom*. Germani duas voces frequentabant pro arbore, quæ ambæ primitus notabant quercum ut arborum omnium archetypum, et deo maximo sacram; exempli gratia Goth. *bagms*, Græc. *φηγός*, quercus esculus; Goth. *triu*, *n.* Græc. *δρῦς*, quercus. Nota Ags. *beam*, arbor, cum *beam*, tuba, nihil habere commune; *beam*, tuba, Ang. v. *bem*, per onomatopoeiam ficta vox, Ags. *byma*, tuba, *byman*, tuba canere; Nl. *bomme*, tympanum; *bommen*, resonare, tympanum pulsare, Græc. *βόμβος*, ejusdem est originis.

Per anomaliam Frisii loco *béam* utuntur Nl. *boom* pro trabe transverse fluitante ante portum et navibus introitum occludente. *Boom*, contus longus, quo nauta navem propellit. Haud aliter pro F.v. *upstales-bame*, arbor, quercus, circa quam comitia et judicia habebantur, semel legitur *upstalsboma*. — *Ien keerdel az ien boom*, (vir arbori similis) vir prægrandis et robustus. Anglosaxonum poeta Cædmon duas voces conglutinavit; vs. 3415, *ver-beamas*, pl. proprie, viriles arbores, i. e. viri celsi et lacertosi.

Di kat üet 'e beam sjæn, felem refugium in arbore quærentem incantare oculis intentis ut descendat; figurate, eventum rei mane antequam te ad factum accingas. — *Héage béam*, arbor alta. *Fen di héage béam âf tarre*, vel *libje*, arborem, non fructum consumere, non ex reditibus sed sorte vivere. — *Bern ut 'e héage béam helje*, liberos arcessere ex alta arbore, liberos parere. Animadverte inter Frisios late sparsam esse fabellam infantes provenire ex arbore concava *(di holle béam)* summæ antiquitatis et magnitudinis, quæ lateret in immensa silva. Transisalanis eadem fabula cum Frisiis communis est, sed Threntiæ mulierculæ perhibent infantes nasci ex tumulis vetustissimis, quos ex lapidibus rudibus siliceis ingentis formæ extructos appellant *hunnebedden*. Ad arborem natalitiam alludere videtur arbor, qua parentes Alamanni celebrant festum nati Christi, *Christ-baum* dicta; ex ea enim pendent quasi tot fructus omne genus munuscula, quibus infans recens natus æquales honestat. Inde quoque pendet „arbor consanguinitatis", F.v. *da baem des sibbes*, in qua posteri ex parentibus ut rami ex arbore ortum ducunt. Tandem si hæc opinio veteres pervasit populos, genus humanum gentis dryadum instar e silvis esse natum, ita ut arbores tanquam matres hominum haberentur, non miramur tum Græcos et Romanos, tum Germanos, plerisque arborum nominibus adsignavisse genus femininum. Grimmius (Gr. III. 368) citat exempla. Confer *wâlden*. — *Ik bin fen us memme kant lang nat oan di béam pisse*, (a parte matris nequaquam ad arborem sum mictus) ex fortibus matris proavis fortis sum natus. Confer *bast*.

Prov. *Men hout ien baem so lang datter omfaalt*, Burman. 46, (cæditur arbor donec cadat, i. e.) vires

Digitized by Google

efficacissimæ tandem repetito impetui cedunt. — *Men mot ijte al wieren alle baemen galgen*, Burman. 47, (edendum est licet omnes arbores essent patibula) Gal. *Ventre affamé ne connait pas de loi.* — *Di béam great, di man déa*, (arbore adulta consitor moritur) quodvis hominum inceptum consequitur mortalitas. — *It waext yn Amerika eák nat oan 'e beámmen lyk az yn luilekkerlán*, neque in America sunt horti Alcinoi; arbores non ferunt nummos; labore et industria divitiæ parandæ sunt. — *Soo langk as wijn waeyt, hoane kraeyt, baem rijcket en stoack stijcket, schil de kaep staen*, Burman. 60, usque dum ventus flat, gallus canit, arbor tendit ramas et baculus (in terra) fixus est, emtio erit rata. — Tales formulæ poeticæ antiquitus in jure Frisico ad obsignandam pacti fidem solennes erant. Exempli gratia in pacto pacis, *alsoe langhe soe de wynd fan dae ulkenum wayth, ende ghers groyt, ende baem bloyt, ende dyo sonne optyockt, ende dio wrald steed*, tam diu quam ventus flat ex nubibus, et gramen crescit, et arbores florent, et sol oritur, et mundus stat. In pacto reconciliationis an. 1488, *alsoe lange alsser dawa falt, pot walt, gers groyet, baem bloyet*, tamdiu quam ros cadit, olla ebullit, gramen crescit, arbor floret, O. F. W. 266. Addo juramenti formulam semi-Saxonicam e lege Hyemael dicta, *Wy sweren een oilde oirvede als van N doide voir den levendigen ende den doeden, voir den gebairen ende voir den ongebairen, die wyle die levendighe aver den doeden gait, ende dat eycken inde eerde staet, ende dat waeter over 't sandt gaeth. Dat ons Godt soe helpe ende syn hylligen!* Pro excolendo jure patrio, I. 443, simultatem veterem de cæde N. nos deposituros esse juramus vivis coram et mortuis, coram natis et nondum natis, usque dum vivus super mortuum it, et quercus in terra stat et aqua fluit super arenam. Ita me deus ejusque Sancti ament!

beám-bosk, n. silva. Elliptice Nl. *bosch*, silva. F. *bosk* notione et causa Lat. *fascis*. Ang.v. *busk*, Ang. *bush* dumetum. Ang. East. *busk*, a flock of sheep.

beám-scaed, n. arboris umbra. Ags. *beám-sceado*, m. idem.

beám-stripe, cg. arborum minorum series in margine fundi rustici. *Méan it gærs under di beámstripen wei.*

beámke, n. arbusculus.

beámke-letters, pl. acu pictæ literæ in stragulis linteis forma ramorum, foliorum, vel arborum. Saterl. *bámke-letters.*

Pro vario fructu *béam* cum variis nominibus componitur; ex. gr.

apel-béam, cg. malus.

beye-béam, cg. acini ribis arbor, (ribis rubri). Nl. *Ael-bezie-boom*, Kil. *beseken ouer zee*, idem, proprie acinus ultramarinus. *Bei* idem quod *beg* in Ags. *beg-beam, beig-beam*, morus, vaccinii myrtilli arbor, Gothi *baino-bagms*, morus, proprie *bagna-bagms*, sed propter euphoniam *baina-bagms*, (*bagns*, bacca)? Kil. *beye, beye*, Fland. Hol. Fris. j. *besie*, acinus.

nute-béam, cg. nux (arbor).

parre-béam, cg. pirus.

prume-béam, cg. prunus. cæt.

beám-roegje, vb.n. exstirpare arbores. Ang. *to root out. He is a rank weed and we must root him out*, Shakespeare, Hen. VIII. Nl.v. *wt-roden, wt-raden*, exstirpare, hodie *uitroeien.*

BEAN, *béan*, cg. faba, pl. *beáne* (bjenne). Ags. *bean*, f. Ang. *bean. Ea* nascitur ex *a*, quæ vigebat in antiquis Frisiæ dialectis; in calendariis tum anni 1676, tum aliis, legitur *bán*, pl. *bane*, faba, fabæ. Confer *béam* ex F.v. *bám*, et centena similia. *A* autem vocalis est primitiva, quæ et Latinis erat propria. Lat. *faba*, Germanice *bava:* (Gal. *fève*) ex *bava* fit *bana* ut ex Lat. *avus*, Alam. *ano;* Lat. *rivus*, F. *ryn*, flumen; Lat. *cavus*, Ags. *hean* (vacuus) pauper, et ex Ags. *mavan*, metere, F. *méane.* Scandinavis, vocali *a* turgente vocali *u*, *ban* fit Isl. *baun*, f. unde Alam. *bona*, Nl. (Kil.) *boone.* Rombertus Dodonæus scribit *buna*, Stirpium Historiæ p. 504. ed. 1583.

blouwe beáne, globuli plumbei e sclopetis missi, proprie, fabæ lividæ. Hol. *Iemand eene loden, blaauwe of huzaren boon geven*, alicui dare fabam plumbeam, sive lividam, sive equestrem, i. e. ferire quem globulo plumbeo. Hd. *blaue bohne*, idem. Grimmius citat exemplum *Bohne* II. p. 226. § 10.

gréate beáne, pl. *Roamsce beáne*, Gron. *Walsche bonen*, Hol. *tuinbonen*,

Digitized by Google

(in hortis, non in agro crescentes fabæ) fabæ vulgares, (fabæ majores speciei *Vicia faba*, Linnæi).

hwite beántsjes, pl. phaseoli oblongi. Hol. *zeeuwsche bonen.* Hisce phaseolis se alebant plurimum agricolæ Frisiæ ante assumpta solana tuberosa (poma terræ). De fabis vide Hall. 59, 60.

smoárge beáne, pl. fabæ in lauto adipe coctæ. *Di untfangers habbe 'n libben as smoárge beáne*, coactores diffluunt luxu et inertia.

beáne, pl. fabæ minores. *Hynste-beáne*, Hol. *paardebonen.* Hæ fabæ adipe vel lardo unctæ olim cibus erat valentissimus operariorum. *Ald-tiids ieten arbeiders-liu beáne mei spek ind nou iérdapels mei mosterstip.* — *Beáne ut it wetter* (fabæ ex aqua) fabæ coctæ in aqua absque ullo adipe; his pauperes cum se alerent phrasis indicat victum tenuissimum. In genere Angli et Frisii convicium faciebant hominibus, qui in re sat ampla se suosque alebant fabis. Inde apud Burmaniam, 24, scomma in gentem Hermanam *Hermana baenijters* (Hermanani fabarum mandones) et apud Anglos „*beanbellies*, (F. *beánbéalgen)* an old nick-name for the natives of Leicestershire." Wright.

Beáne um di kant non multum differt a phrasi *béane ut it wetter;* proprie significat, „fabæ in margine patinæ," ut in patina ipsa; nihil præter fabas. *As it beáne um di kant wirdt krye man ind wiif jamk wirden*, ex re angusta domi fere lites oriuntur inter conjuges. Hol. *bonen bij den kant*, homo nihili magna tentat. Confer Harrebomée, I. 79. 6.

béan, res nullius pretii. *Bliezers tel ik nat ien béan*, thrasones flocci facio, Ang. *I do not care a bean for a braggart.* Apud G. J. senex *Nou ist naet ien béan*, nunc omnis voluptas ætatis juvenilis evanuit. *Ien loai minsce is nin béan wirdich*, homo deses nihil valet, Ang.v. *not worth a bene.* Latinis *hilum* erat minutum illud, quod grano fabæ adhæret, unde *ni-hilum* et *homo ni-hili.* Confer *kilum* cum F. *hul*, pellicula tegens fabas, pisa, uvas; folliculus, gluma. Nares. Halliwell, *bean.*— *Jen dubelstúr helpt foár ien éarm-man sa folle as ien béan yn 'e broutsjettel*, (duo oboli pauperi tantum proficiunt quantum faba una in lebete cerevisiæ) stips illa necessitatis magnitudini non est adæquata. Plebs idem denotat phrasi, *It helpt sa folle as ien flie yn 'e kol*, quantum pulex valet ad alendos ignes inferorum. Angli simili phrasi idem significabant; *like a bean in a monkes hood*, Cotgrave in voce *febue*, F. *like 'n bean yn 'n muóntskape*, (instar fabæ in cucullo monachi). — *Biste ijne baene?* Burman. 6. F. *Biste yn 'e beáne?* Num satis sapis? Hol. *Zijt gij in de bonen?* idem. Phrasis videtur esse passa ellipsin; Hollandi enim et dicunt, *Hij dwaalt in de bonen*, errat inter fruticcs fabarum crescentes. *Hij is in de bonen en plukt erten*, est inter frutices fabarum et carpit pisa. — Aliquando de infante protervo, *Akke is yn di beáne*, Acca soluta, petulans est. — *Hy het al beáne mey him iten* (comedit jam fabas cum illo) jam eum hominem improbum expertus est.

beán-eker, cg. pulvinus agri ferens fabas. Isl. *bauna-akr*, m. idem.

beán-herre, vel-*hjerre*, F.u. *boon-heer*, cg. ventus continuus ex oriente, qui flat in autumno post messem frumenti secalini et triticei, et siccat maturescentes fabas. *Nourder beánhjerre*, idem ventus sed magis boream versus, itaque aquilo. F.v. *herda*, per assimilationem *herra*, indurare siccando.

beán-houke, cg. ferrum aduncum baculo affixum quo runcantur fabeta et terra inter frutices fabarum rarefit.

beán-houwe, cg. culter baculo affixus, quo agricola eodem ictu fodit lacunam in qua alter serit fabam, et terra replet lacunam jam consertam.

beáne-hul, cg. (bjenne-hoel) folliculus fabæ. pl. *beáne-hulen.*

beán-krud, n. (bjen-kroed) satureia hortensis; herba odora quam miscent fabis majoribus coctis. Hall, 165.

beáne-pul, cg. (bjenne poel) cg. fabæ siliqua. Ags. *bean-belg*, Ang. *bean-codd*, *bean-pod.*

beán-scelf, cg. (bjenne-skelf) meta fabarum minorum in siliquis et fruticibus. Ags. *scylfe*, (Ang. *shelf)* f. abacus, scamnum, jugum, cacumen. Jun. Et. *shelf.*

beán-scyl, cg. fabæ siliqua. Ags. *beán-scealu*, f. idem.

beán-scone, cg. idem quod *beán-scelf.* Sax.l. *schune*, horreum. Ang. Cumberland, *scone*, a skreen.

Digitized by Google

beán-setter, cg. sator qui fabas mittit in lacunas, quas alter fodit.

beán-stoak, cg. pertica gracilis, quam rami convolvuli phaseolorum compressorum amplectuntur. *Hy rabbelt as ien sweältje op ien beánstoak*, blaterat mirifice.

beán-strie, n. frutices fabarum arefacti.

dòuwe-beáne, pl. fabæ parvæ rotundiores. F.u. *dûwe-bonen.*

hynste-beáne, pl. cf. *beáne.*

sny-beáne, pl. phaseoli compressi caulibus longis convolvulis. Savi. Hall. 61.

stam-beáne, pl. phaseoli compressi cauli breviori.

beánke, *beántsje*, (bjentsje) n. parva faba; pl. *beántsjes.*

beántsjes bakelaer, pl. baccæ lauri.

beáne-briede, *beán-briede*, ustulare fabas minores in foco, ut solent infantes.

beáne-pulje, *beán-pulje*, excludere fabas siliquis. Nl. *bonen doppen.*

Sortiuntur nunc ut olim Frisii fabis. Galli, Angli, et Hollandi binis libis, quæ comedebant festo trium regum, inserebant alteri fabam, alteri pisum. Juvenis qui incidebat in fabam rex (Gal. *Roi de la fève)* creabatur, regina autem virgo cui pisum obtingebat. Inde phrasis Hol. *Hy heeft de boon gekregen* (sortitus est fabam) fortuna dulcis ei afflavit. Confer Tuinman, Spreekwoorden, II. 156. Nares, *bean.* ed. 1859. I. 65. Brand, Ellis. I. 27.

BÉAR, cg. F.b. *baer*, *beer*, ursus; verres, porcus non castratus; vir agrestis et nervosus, patiens caloris et frigoris, inediæ et laborum. Ags. *bâr*, *bera*, m. aper. Ang. *boar*, aper; verres; *bear*, ursus; Nl. *beer*, m. ursus, verres.

Lat. *fera* Germanice audit *bera*, Goth. *biari*, f. bestia; *un-biari*, Θηρίον. *Biari* componitur cum particula negativa *un* ut F. *un-dier*, monstrum feræ; Nl. *on-mensch*, monstrum hominis.

bear, verres, porcus non castratus adeoque admissarius. Kil. *beer*, *beerverken*, verres.

Di bêar is lôs, missus est ursus; figurate, homo bacchatur vel furit. *It is ien beer fen ien keerdel*, vir urso similis. Alias *It is ien beer*, *Hy hat berekreften*, robustior urso. Inde nomina propria

bere, Alam. *Berlic.* Ags. *berlice*, urso similis. Wass. II. 173.

borra, *barra; burra*, n. p. v. Wass. II. 172: diminutiva *borke*, *burke*, n. p. v. Inde *Borkum* (borke-ham) insula in vado Frisiæ; *Borkwerd* (borke-wêrd) nomen viculi. Ex *borke* fit *Bortse*, *Bordze*, n. p. v.

Di sûch mat nei di bear, *di sûck is wyld*, subat sus. *Scilstke mei di sûch nei di bear?* Quæstio scurrilis ad eum, qui mulierem cymba vehit.

Prov. *De wle en de berre habbe naet allycke graet lock*, Burman. 12. MS. legit *barre.* Hol. *Kraayen en uilen hebben geen even groot geluk.* Harreb. I. 227. a. — *De wl wol op de berra naet.* MS.

geld-bear, verres castratus.

ruge bear, homo hirsutus.

beare-keal, n. catulus ursi; figurate, opus cui ultima lima deest; catuli informes enim ursarum creduntur lingua matris circumlambente formam accipere. G.J.

beare-spek, n. lardum porci non castrati, quod vilius habetur.

bearich, adj. ursinus; *bearich spek*, lardum quod resipit verrem.

Ang. Kent, *boar-cat*, felis mas, per ellipsin

boárre, cg. felis mas, Nl. *kater*, Ang. *tom-cat*, *male cat*, idem. Eodem modo Neerlandi formant genus masculinum porcorum; Kil. „*beer-vercken*, (per „ellipsin) *beer*, verres, porcus non „castratus." Distinguunt Frisii inter *boárre* et *kat* ut inter *bear*, verres, et *sûck* (soech) scrofa.

boárre, homo projectus, sordidus. *Hwæt scoesthou, boárre?* Quid tu præstes, hominum vilissime? Contra *kat*, felis, convicium in mulierem amaram et asperam. Prov. *As de borre fen hus is dan is uz kat selns*, M.S. (pro *selns* lege *seek*, ægrotus) scomma in mulieres virosas.

bear, F.o. collis in terra humili et humida. Vici in talibus collibus conditi inde nomen trahunt; ex. gr. *Negro-beer*, *Kanke-beer*, cf. Stürenberg, 12.

stjinnen bear, murus lapideus spissus, superne formâ dorsi elevati, contra impetum maris.

storm-bear, cg. trabium compages, cui insistunt structores ad consum-

Digitized by Google

mandas parietes altioris ædificii. Forsan vox e re bellica, notansque turrim tabulatam mobilem de qua hostes impetum faciebant in urbem. Confer Nl. (Kil.) *beer*, vinea, testudo.

béarn, (béan) n. p. viri. Ags. *Beorn*. idem. Turner, I. 413. Isl. *Biærne*, *björn*, idem. F. *Borne*, idem. Wassenbergh, II. 173. Ags. *Beornicas*, incolæ partis regni Northymbrici. Isl. *björn*, m. ursus, Scandinavorum leo. Ags. *bearn*, dux, princeps, vir nobilis; *beorn*, vir, pugil. Sax. *Adelbern*, n. p. v. (nobilis heros.) Rosegarten. Confer *Fresa*. Eadem ratio est in derivatione vocis *Kempe*, n. p. v. Ags. *cempa*, Ang.v. *kempe*, bellator strenuus, miles acer. F. *kampe*, vb. de præmio certare. Ang. North. *to kemp*, idem. Ang. Suffolk, *kemp*, aper. *Kampe*, *Kempe* et *Keimpe*, hæ tres formæ ejusdem nominis proprii pro varietate dialecti vigent, et totidem pariunt formas nominis patronymici, scilicet *Kampinga*, assimilatis literis *Kamminga*, *Kempinga* et *Keympema*.

Antiqui nominabant vicos ab urso ut posteriores, præcipue inter nationes Romanisantes, a leone: subeunt mihi *Bearstead*, vicus Cantiæ, cujus turris fert ursi figuram; *Berestede*, vicus Saxonicus ducatus Hamburgensis Sec. XIV. Ebeling, Bisch. 67. *Berstat*, an. 874. Dronke C. Fuld. n. 610.

BEAS, m. F.b. amictus, pl. *beasen*, omnia hominis vestimenta. *An wiat beas*, vestes aqua madidæ, F. *ien wiet pak*, Joh. 4. Ang.v. *base*, pl. *bases*, præcinctorium, phaleræ pannariæ, tibialia. Halliw. Nl. (Kil.) *buys*, *gherneytken*, sagum, sagulum. Hol. *buis*, vestis stricta usque ad coxam. F.u. *buis*, *buiske*, idem. Ang.v. *busk*, a sort of linen cloth apparently of a coarse and common description. Halliwell. Nl. (Kil.) *wambeis*, thorax, pectoris tegmen et amictus, præcipue constans ex lino xylino (bombacino). Ang.v. *wambais*, Kennett, a body garment twilled or guilted with wool, cotton or tow. (Ags. *wamb*, Sax.v. *wamba*, venter, F.v. *wamme*, idem.)

BEASEL, vulgo *bâsel*, mensa. F.b. Johan. 132. Isl. *bás*, Dani *baas*, stabulum, præsepe bovis. Confer F. *krœbe*, præsepe; tropice, mensa.

bâz-dar, F.b. fores stabuli. Johan. 134.

BEATE, *Bæte*, n. p. viri. *Béatk*, *Bætk*, postea *Beatsje*, *Bætsje*, n. p. f. Ang. *Beete*, n. patronymicum. *Bates*, idem, ex *Bate-son*. Nomen inter antiquissima Germanorum, quod petendum ex Ags. *beatan*, percutere, Ang. *to beat*; Ags. *beatere*, pugil. Ags. *beta*, compulsor, Isl. *bauti*, m. qui percutit, unde altera forma

bote, n. p. v. *Bootsma*, n. patronymicum.

BEBBO, n. p. viri. Emmius. Ags. *Bebba*, regina, unde *Bebban-burh*, nomen urbis; vertente Beda, *Bebbæ castrum*, postea *Bamburgh*, hodie *Bamborough* in Northymbria. Beda III. 16.

BEDDA, m. F.v. thori socius, conjux. gen. *bedda*. cf. p. 95.

BEDDARS, F.b. sensus pruritus. Johan. 4. Confer Ang.v. *beddy*, greedy.

BEDE, f. F.v. prex, precis: gen. pl. *bedena*: dat. *bedum*. Confer *bedinge*, idem, et *bidde*.

BEFTA, adv. Saterl. post. F.v. *befta*, (bi-efta) Ags. *beftan*, *befta*, idem. (beeftan). Het. 228. Regunt dativum F.v. *befta hira bekum*, post eorum terga. Ags. *bæftan tham hlaforde*, domino non præsente. *Binna* ex *bi-inna*, ut *befta* ex *bi-efta*, itidem regit dativum.

befterste, Saterl. superl. postumus; ibidem.

befter-âkse, Saterl. pars postica currus; ibidem.

beft-kop, Saterl. occiput; ibidem.

BEI, cg. bacca. Ang.v. *bay*, idem. Confer nostrum *bai*, p. 160. *Bei*, pl. *beyen*, acini ribium rubri. *Beike*, n. diminut. *Lytse beikes fen fleér*, sambuci bacculæ pusillæ.

BEID, F.v. mora; *um-beide*, sine mora; *m* pro *n* ante *b*. Ags. *bidan*, morari, Ang. *bide* (beide), Nl. *beiden*.

BEYERT, cg. Sax.n. *beyeren*, malleum campanæ ultro citroque movere et sonitu convocare populum: jactari. Sax.l. idem, idem; Richey, Hamburg, 15. Schutze, Holstein I. 80. Kil. *beyaerden*, in numeros pulsare tintinnabula, resonare: *beyaerd*, frequentamentum tintinnabulorum, (conturbatio), Nl. *baiert*, m. chaos, rudis indigestaque moles.

beyert, cg. domus ubi mixta turba hominum convenit: Bodleswerdæ xenodochium, ubi pauperes ægroti recipiuntur et curantur. Ibidem et men-

Digitized by Google

dicis temporarium erat hospitium. — *Hwa makket hjir dat beyerts libben?* Quis has movet turbas immanes?

BEITEL, cg. cuneus ferreus acutus, qui malleo adigitur ad dolanda vel conformanda ligna. Ang. *chisel*. Nl. *beitel*, id. Hd. *beiszel*, cuneus. Ags. *betel*, *bytel*, *bytl*, m. Ang. *beetle*, malleus major, quo cuneus in arborem vel lignum adigitur ad findendum. Sanskrit *bhid* findere. Bopp, Vergl. Gram. 855. Lat. *findo*, *fidi*. Ang. v. *byte*, persecare.

To splat the bore they wente fulle tyte;
Ther was no knyfe that wolde him byte,
So harde of hyde was hee.

Sir Eglamour of Artois. 490. Vide Halliwellum, *byte* et *splat*. Infantem ne tractet cultrum monet mater dicens *It is 'n biter!* mordet.

BEJA, Saterl. flectere, curvare. Het. 228. *Bêje*, *bêgje*, pf. *bêëde*, E. II. 201. *Ik bêëde reggels ur*, curvabar supinus.

beia, vb.a. et n. F.v. flectere, flecti. Ex *bega* fit *beia*, *beya*. Ags. *bégean*, *beogan*, F. *búgje*.

BEK, cg. os omnis generis animantium; Nl. (Kil.) rostrum. Ang.v. *beck*, idem, *beok*, nasus equi; Ang. *beak*, rostrum avis. Kil. *backe*, *back*, bucca, maxilla; mala. F.v. *ken-backe*, maxilla. Ags. *becca*, ligo acuminatus, Ang. *beck*, *pick-axe*. Vox antiquissima; Gallis *becco*, teste Suetonio, valebat gallinæ rostrum: inde late sparsa per populos Romanisantes; Ital. *becco*, Gal. *bec*, Hisp. *pico*. Saxonibus, Frisiis, Hollandis, Belgis, Anglis nota vox, Alamannis et Scandinavis non frequentata. Quantum ad literas et notionem *becco* quadrat cum Græco (feggo) *φαγεῖν*, comedere, a quo verbo et Phrygum *βεκὸς*, *βέκκος*, panis, non alienum videtur.

Frisiis *tût*, *tuwt*, est os extuberantibus labiis, unde *tuwtke*, *tuwtsje*, basium, osculum; *mule*, os hominis, unde *mulkje*, palato placere, sed *bek* animalium, unde *bekje*, garrire. Inurbane *bek* valet os hominis, ut inter pugnantes juvenes, *Kealfincke*, *kâld dyn beck!* G. J. I. 52. Poëta rite distinguit inter notiones diversas; nam *kâld dyn mule* jejunum esset. De tauro recte I. 67, *bollebek*, os tauri.

Ik slachtje di bolle nat um di bek, mar um di fuólten, taurum non cædo quod pabulum consumit, sed quod hoc coelo pluvioso pedibus lacerat pratum. *It hynzer is sa sæft as side yn 'e bek*, equus ore sequaci obedit fræno. *It hynzer is wreed yn 'e bek*, equus durioris est oris. *It hynzer is wéak yn 'e bek*, (oris mollis, tenelli) non sustinet frænum equus, inverso capite tractum fræni sequitur. *It hynzer doar di bek scoan oan*, equus non timet os, i. e. arrigit caput ubi frænum adhibes. *It hynzer is hjit, mar scoan yn 'e bek*, equus est ardens, sed rite obedit fræno. *It hynzer is bek âf*, equus perlassatus est. — *It is ien fuget mei ien bek*, (avis bene rostrata est) cave hominem asperum. *It wiif hat ien bek as di séa* (os lato et tempestuoso mari simile) mulier rixæ et clamorum plena est. *Hy hat di bek yn twa hannen*, semper paratus est in verba acerba. — Audivi aliquando nautam ferum minantem adversario, *Hâld di bek, streupert! as ik my dy di béalch op, dat dy di thermen op 'e scuón roalje.* — *Jonges matte ien âld-man sa nat yn 'e bek sitte*, non decet pueros confidenter loqui contra senem. — Juvenis, cui latera integra sunt, grallis glacialibus properat ore clauso; debiles autem et provectiores ætate homines anheli ore aperto festinant; inde si quæris ex cursore glaciali senescente, *Ho giet it?* quomodo vales? forte id responsum lingua rudi feres, *Hwat scoe it wæse? Eren wier it, bek ta, gat iepen: nou is it, bek iepen, gat tkicht.* Per antithesin ut *Bek ta*, *pung iepen*, (os clausum, crumena aperta, i. e. vacua) in egestate vitam degit. — *Dat hat di abbekaet syn party yn 'e bek smiten*, (hanc offam causidicus adversario in os ingessit) opprobravit. — *Dat wier by di bek oaf* (pæne os tetigit) vix periculum perrupit. — *Di keâld nimt di âld-man yn 'e bek*, frigus corripit senem. *Di sinne nimt di wyn yn 'e bek*, directio venti sequitur solis cursum. *Di poepen nimme di winkels yn 'e bek*, circumforanei Alamanni tabernarios supplantant. Metaphora ex cane prædam ore arripiente. — *Dat is nin spek foár dyn bek*, hæc luxuria non convenit tuæ rei familiari. Saxones littorales (B. N. L. I. 74.) *Dat is kien spek vor mien bek*,

Digitized by Google

id fastidio. *Diss ist, wie die sachsen sprecken, rechter speck für iren beck.* Fischart, bienenk. 112.

Prov. *Di bek nei di byt sette*, (aperturam oris accommodare offæ) sumtus accommoda reditibus; compone rationem cum nummis. — *Di bek fry ind di hànnen thus*, sit libertas linguæ, sed manus quisque inhibeat. — *Di gréaten nimme di lytsen yn 'e bek*, magnates præripiunt commoda plebejis. — *Men siucht nin juwn kynzer yn 'e bek*, (nemo examinat dentes equi donati ut ætatem noscat) ne severe dijudices donum. — *Ien bulte yn 'e bek, ien bytke yn 'e hànnen*, homo dicax gestionem negligit; vox et præterea nihil.

bekje, n.F.u. parvum os, osculum, basium. *It kyn' 'n bekje géwe*, (dare infanti osculum) haurire poculum vini vel spiritus vini.

bekje-flaeye, vb.a. sublinere os alicui.

bek-slach, cg. coercitio severa. *Di snoeskoánne krigge ien bekslach*, thraso acriter castigabatur.

bek-stik, n. mulier loquax et amara. Gal. *bec affilé*, grande parleuse et ordinairement médisante. *'n Quéa' bekstik*, mulier loquax et maledica. Ang. *foulmouthed.*

bek-hird, adj. ore durus, asper; nemini parcens; omnes et omnia confidenter carpens.

bek-stallich, adj. qui frena recusat equus, eaque vitat ore retrahendo.

hird-bekkich, adj. ore duro (equus) i. e. equus quem brevi moderari oportet.

bakke, *bekke, bikke*, F.b. pungere rostro. Outzen. Kil. „*picken, becken*, rostrare, mordere." Frisii sensu edendi, *pronkje dat it boárst, ind néat to bikken*, ornatus sumptuosissimus et nihil in patinis. Confer F.b. *bakkar*, m. hirundo marina. Johan. 134.

bekje, vb.n. garrire, celeri et aspera lingua loqui. Nl. *becken, picken*, (Kil.) rostro ictum facere. Ang. bor. *bikker*, to chatter, to quarrel. Brockett. Nl. (Kil.) *steenbyter*, j. *steenbicker*, lithocopus, avicula calculos rostro feriens. Confer *bikje.*

tsjinbekje, obgannire, indefesse contradicere. Per metaphoram de navigatione; *di hele dei tsjin di wyn' ynbekje*, vel *opbekje*, totum diem velificare vento adverso. Græci eandem metaphoram mutuantur ab oculis; *τοῦ πλοίου μὴ δυναμένου ἀντοφθαλμεῖν τῷ ἀνεμῷ.*

kinne-bak, cg. maxilla; pl. *kinnebakken. Ik sis it dy flak foár dyn kinnebakken*, in os tibi edico. *Ik scil di éarme widdou foarsprekke spyt syn kinnebakken*, licet ille rumpat ilia.

BEK, m. F.v. tergum. F.b. *bek, begh*, Sax. v. *bac*, n. Ags. *bœc*, n. Ang. *back*, (bek).

to bek, F.b. *to bagh, ta begh*, retro, retrorsum, Suethi *til baga;* Sax. v. *to baca*, in dorso (portare); *under bac*, retrorsum.

To bek géan, retrorsum tergo obverso ire; minui. *Werom géan*, redire. *Ien kusgesin dær it mei to bek giet;* Scoti, *a backgain' family*, a family not thriving in temporal concerns, but going to decay. — *It giet mei dy slampampers sa hird to bek as 'n hynder rinne ken*, isti decoctores citato passu in pauperiem ruunt. — *To-bek-set*, retardatio operis, reconvalescentis impeditio. Ang. dial. *backset*, cessatio brevis a venatu ut canes novas recipiant vires. Holme. Ang. North. *back-cast*, a relapse in a trouble, or something that retards the patients recovering.

Inter Saxones confines Frisiæ frequentantur quædam phrases, quas et habent dialecti Anglicæ. Exempli causa in pago Oxfordshire *His back is up*, iratus est, unde adj. *baxup*, iratus, lacessitus: Saxones Transisalani, *He hef it an de rugge*, (he has it on the back) irascitur. Figura desumta a canibus, qui ira inciti setas dorsi erigunt.

Sunt qui Goth. *andbahts, ὑπηρέτης*, referant ad *bak*, tergum, quasi contra tergum stans, Nl. *tegenrugger*. Pro hac derivatione militat Lat. Gal. *ambactus, δοῦλος, μισθωτής*. Isl. *bakjarl*, pedissequus, comes. Ang.v. *backstande*, renisus, repugnantia. Halliwell. Ang. *to back*, auxiliari. Nl. (Kil.) *achter-rugghe*, subsidium, refugium. F. *immen di ræck stiifje*, (alicujus tergum durare, firmare) ejus rem familiarem augere. Sax. l. *ruggestarken*, auxiliari, sustentare. B. N. L. III. 545. Obstat tamen *h* in *bahts* pro *k*.

bak-bæren, pl. F.o. res mobiles; proprie quæ dorso portari queunt.

Digitized by Google

bak-board, n. lævum navis latus. Antiquitus gubernaculum non puppi, sed dextro lateri puppis erat affixum, quod qui tenebat rector tergum obvertens lævo lateri stabat ad dextrum. Inde dextrum latus *stiûr-boart*, gubernationis latus, Nl. *stuurboord*, Ags. *steorbord*, Ang. *starboard*. *Bak-bourd*, tergi latus, i. e. lævum latus, cui rector tergum obvertebat; Ags. *bæc-bord*, Nl. *bak-boord*. Ex *bak-bord*, Galli habent *bâbord*; ex *stîr-bord*, inverse *stribord* et *tribord*. Quod a tergo erat Angli olim vocabant *lar*, ex. gr. *lar-dose*, a screen behind an altar in a cathedral. Kennett. F. Nl. *dose*, capsa, pyxis. Confer Kil. *doose*. Inde Angli *lar-board*, lævum navis latus. Indictiones Zelandiæ seculo XV distinguebant adhuc inter naves, quibus pendebat gubernaculum a puppi, et eas, quæ illud a latere habebant. *Een scip dat men heet eene vare, dat achter heeft den roeder hangende, es sculdich den graue iiii. d. Es dat sake, dat die roeder hanghet an di side, so eist den graue sculdich. ii. d.* Hæ ad veterem normam constructæ naves erant viliores atque minores; adeo minori censui obnoxiæ. Oudh. en Gesch. van Zeeuwsch Vlaenderen. V. 54. *Oer boart smite*, (trans marginem in mare projicere) sordes resque viles e nave in mare projicere; *oer stiûr*, „trans gubernaculum" antiquitus eandem habebat vim, nunc metaphorice valet de re perdita; *Dær is néat oer-stiûr as ien doagenet forswopt*, nihil pessum it cum nebulo suffocatur aqua. Prov. *Wol it nat o'er stiurboard sa mat it o'er bakboard*, si hæc consilia tibi non procedunt sequere alia; tempori cedas.

bek-fang, m. F.v. *bak-fang*, F.o. (prensatio retrorsum, i. e.) hæredis soluti jus posterius in familiam erciscundam.

bek-hlep, F.v. saltus in dorsum alius quo hic humi cadit.

bek-lamethe, f. F.v. tergi mutilatio.

bek-lening; *bakling*, *bekling*; *bek-line* cg. *(lynje*, acclinare; *line*, adminiculum) sellæ fulcrum dorsale, Sax. l. *bakels*, idem. Ang. v. „*backing*, nailing the back on a chair suitable to the seat." Holme. Confer Ags. *bæcling*, m. tergum, Nl. *de rug van de stoel*. Ags. North. *becling*, m. tergum; *on bæcling*, retrorsum. Nl. *rugge-ling*, adj. supinus; adv. retrorsum.

bak-seil *kelje* vel *luke*, obliquare vela posteriora ut retardetur navis cursus. Angli *aback*, backward with the sails flatted against the mast. Figura dicendi, *bak-seil luke*, vel *jaen*, deponere jactationem, sese submittere. Contraposita phrasis est *mei 'n opstritsen seil komme;* confer *opstrike*.

bak-stach, cg. pl. *bakstaggen* et *bakstacks*, rudens de supremo malo descendens in utrumque latus puppis ibique perstrictus ne titubet malus. Ang. *backstays*.

bak-staf, adj. F.o. fastidio stomachi laborans contra cibum, quo semel fuit obrutus, (proprie, a tergo, retro satur); plus quam satur, obsaturatus. Stür.

bak-thêrm, m. F.b. longano rectus. E. I. 359. Ags. *bæcthearm*, m. idem.

bekward, adj. F.v. ad dorsum pertinens, dorso inflictus. *Becwarda deda*, vulnera dorso inflicta.

becwardich, adj. F.v. (retro) occultus; *becwardige wepne*, arma occulta sicarii. Hanc vocem, quæ Anglosaxonibus deërat, Angli cum Frisiis habent communem; Ang. *backward*, adv. retrorsum, Nl. *rugwaerts*, idem. Ang. *backward*, adj. segnis; *to backward*, (retrudere) impedire, obstare. cf. Lat. *tergi-versari*. — Notionem occulte nocendi, quæ est in *becwardich*, animadverte in Ags. *bæc-slitol*, adj. maledicus, calumniator; Ang. *Backwounding calumny the whitest virtue strikes*. Isl. *bak-bita*, obtrectare; *bak-bitari*, calumniator, Ang. *to backbite*, obtrectare; Sax. l. *bakwaschen*, Ang. *to back-wound*, idem. Ang. *back-friend*, qui rodit amicum absentem, amicus perfidus. Confer F. *afterbaks*.

efterbek tommelje, G. J. resupinus devolvi, cadere. Confer *úrbek*, idem.

afterbaksk, adj. insincerus. *Hy is afterbaksk*, homo obscurus, occultans et reservans. — *Efterbaks*, adv. occulte. *Hy hâldt di briewen efterbaks*, occultat documenta scripta, non producit.

urbek, F.v. in tergo, *tha honda urbek binda*, constringere manus alius in tergo. — *Urbek-gonga*, retrogradi. — *Urbek kuma*, sese resupinare. — *Urbek steta*, resupinum aliquem trudere; F.

Digitized by Google

ûrbek stjûtte, idem. F.v. *Urbek dwa*, idem. — *Thet him sin knecke urbek tia*, ut cervix ei resupina rigeat. — *Urbek-dede*, vis insidiose illata. — *Urbek dela* in distribuendo aliquem prætermittere, opponitur verbo *foerd-dela*, tribuere, attribuere cui, hodie *ta-dele*. Ex *foerd-* vel potius *forth-dela* est Nl. *voordeel*, emolumentum. — *Urbek finda*, abjudicare, opponitur verbo *foerd-forth-finda*, adjudicare. — *Urbek-wisa*, abjudicare. G. J. *oer-beck*, adv. retrorsum, resupine.

BEKKER, F.b. pistor. Ang. *Baker*, (bêkur). Confer *bakke*. Johan. 134. *Di bakker is throck di wwn flein ind di jenewer-stoker throck di slange*, pistor et decoctor spiritus juniperi ambo foro mersi sunt. — Pro *bakker* veteres dicebant *baetsir*, G. J. lit^{a}. I^{ma}.

bakstien, lapis coctilis. *Hy sinkt as ien bakstien*, cito summergitur aqua.

BEL, F.v. tuber. Ags. *byl*, m. Ang. *bile*, idem. Ang. *Thou art a bile in my corrupted blood*, Shakespeare, tuberculus acutus cum dolore et inflammatione. Confer F. *bule*, bulla (aquæ supernatans). F.b. *bâl*, vomica; *bâlni*, exsanire. Joh. 166.

belle, cg. globulus æneus cavus in quo granum æneum si movetur tinnit. Ags. *belle*, f. Ang. *a bell*, campana, Nl. *bel*, nola parva, domestica; *klok*, campana. Collari pulli felis implicantur globuli tinnientes tenuissimi et vilissimi æris. Venatores affigunt collo falconis globulos tinnientes, quo sensu Shakespeare utitur voce, *As the oxe hath his yoke, the horse his curbe and the faulcon his bells, so has man his desires.* As you like it.

bellen, pl. omne genus res viles. *Flarden ind bellen*, scruta et quisquiliæ; *Flarde-bellen*, idem. Gron. *palten in bellen*, idem. (S. l. et Nl. *palte*, frustum lacerum, panniculus tritus). *Di bellen hingje di slons by di kléan del*, laceri panniculi pendent de veste mulieris sordidæ.

belle-biner, cg. audax, qui primus obstat homini injusto sed potenti; antesignanus. Proprie mus in fabula, qui audet collo felis appendere globulum tinnientem; *Di man dy di kat di belle oanbynt*, idem quod *bollebiner*.

bel-gereid, n. antilena cum cingulo et thomicibus; hæc ornata sphærulis concavis tinnientibus et aliis phaleris injiciuntur equo traham splendidam per glaciem trahenti. Nl. v. *gereide*, ephippium. Hoogstraten, Geslachtlijst, *gereide*.

bel-hammer, Nl. *belhamel*, Ang. *bell-wether*, vervex, cui globuli tinnientes pendent a collo, quorum sonum sequitur grex, sectarius vervex, dux gregis, (Nl. *hamel*, vervex); figurate, signifer; Prov. *Nimmen wol leâfst belhammer wæze*, in agressu hostili vel periculoso homines malunt sequi quam ducere agmen. Ang.

My prickeard ewe, since thou dost (beare the bell
And all thy mates do follow at thy (call,
Keepe still this laune, cæt.

Riche, adventures. I, 3.

bel-hammer, concitor, coryphæus inter pueros protervos. Ang. North. *bell-weather*, a cross and blubbering child. (Ang. *wether*, vervex, contracte F. *weêr*, idem).

bel-hus, n. F.o. campanile. Ags. *belhus*, idem.

bel-husken, n. F.o. (bel-hüüsken) volva, pomi medium in quo seu loculo latent semina; quasi campanile, intra quod sonant semina matura et nuclei, unde F. *klokhus*, idem.

bel-mer, cg. F.o. victor in ludo, ex. gr. in ludo metarum sive conorum. Ags. *mæra*, excelsus, illustris, excellens. Ang. *to bear the bell*, victoriam reportare. Præmium victoris in cursu equorum erat sphæra aurea vel argentea. Todds Johnson, *bell*.

bel-roas, cg. erysipelas.

belle-string, cg. idem quod *belgereid*. *String*, ligamen, lorum.

rinkel-bel, cg. sphærula viminea concava frustulis bracteis tinnientibus repleta cum ansa; infantum crepundia. Figurate, planta in uliginosis Frisiæ pratis, cujus caput desinit in flores parvis nolis similes; Bot. *rhinanthus crista galli*. Angli ut Frisii sæpe floribus adaptant nomen nolæ, ex. gr. *bell-flower*, cujus generis septem species enumerat Millerus.

scyt-bellen, pl. quisquiliæ.

scjippe-bel, cg. parva nola pendens de collo ovis. W. G. 53.

snótte-bel, cg. pituitæ de naso pendentis glomus.

Digitized by Google

BELDA, *balda*, vb.a. F.v. instruere, dotare liberos.

ut-belda, F.v. e re familiari cuique liberorum legitimam portionem dispartiri.

BÊLE, *Belle*, *Belke*, n. p. v. *Beli*, Isl. n. p. viri mythologici, quem Freyus cornu cervino interfecit. Egilsson.

bellem, (belle-hem) *Bellemer-meer*, vicus Waterlandiæ in West-Frisia.

bellinga, n. patronymicum.

bellinga-weer, (collis Bellinganus) vicus Ommelandiæ Winsumo vicinus.

bellinga-wolde, (silva Bellingana) vicus Ommelandiæ. — Confer

bellinga-hoh, Ags. nomen loci.

BELGE, vb.a. F.o. lambere; de canibus et hominibus præcipue dicitur.

BELT, cg. F.b. cingulum feminarum coreaceum, quod Gysbertus poeta appellat *ien rieme*, suo tempore acu pictum et pullorum equinorum aliorumque animalium currentium imaginibus ex argento ornatum, Fôr, *balt*. Outzen, *belt*. Consule *bealt*.

beltsje, Molkwerum, linteum pectorale feminarum. Hindel. *forpeldôk*, idem.

BELT, Saterl. acervus. F. *bult*. Sax.n. *belt*, collis. Het. 229.

BEN, Saterl. tabulatum superius. *fot-ben*, solum. Het. 229. Sax.l. *bön* (beun) idem. Hd. *bühne*, laquear. B. N. L. I. 116.

BENEDIISTE, *Onder de benedyste seyd*, intra nos quod tibi dicturus sum esto. Burman. 51, ubi præcedit phrasis, *onder uws te peterrien*, Hol. *Onder ons gesproken. Onder de roos gezegd. Benediiste* plene *benedicite domino*, tutum sit sub laudibus deo tributis. Hollandis loco interjectionis admirantis erat, *Benedyste domine! wat is dat vuer ghekryt?* Brederode, Griane, p. 35.

BENT, *bjint*, pl. *bjinten*: Saterland, pl. *bjunten*, F.b. *beidt*, Outzen, 22; caules arefacti graminis proceri, quod fert terra silvosa et arenosa, plurimum vero terra bituminosa, ex qua effodiuntur turvæ. Utuntur Frisii his culmis ad removenda obturamenta e tubis arctis fistularum tabacinarum coctilium, quare et *throch-stekkers*, perforatores, audiunt. Idem quod Nl. *bentgras*, gramen procerum, quod herbarii vocant, „enodium coeruleum." Ang. *bent-grass*, idem, elliptice *bent*, *longbent*, idem. Ang. *bents*, pl. idem. Ang. East. *bentles*, dry sandy pastures near the sea covered

chiefly with *bent-gras*. Ang. North. *rush-bent*, a rush-stalk. Confer F. *raei*, pl. *raeyen*, idem quod *benten*; *lange raeyen*, longi gracilesque graminis culmi. Ang.v. *wringle-straws*, long bent or grass. Halliwell.

BENT, m. F.b. truncus, corpus. Johan. 4.

BEPPE, cg. avia. *Oerbeppe*, proavia. F.o. *beppe* et *besmoar*, avia, unde Hol. *beeje*, vetula. *Beste-vader*, Nl. avus. cf. Kil. *beste-moeder*, contr. *bestemoer*. *Beppe* aviam paternam notat; *oárremem*, per apocopen *oárre*, aviam maternam. Inde *bup* in Andyk, vico West Frisiæ, avus, et *beppe*, Zaenredammæ, senex. West F. *beb*, avus. *beppe* et *aud-mem*, avia. *Bætte*, *bætse ind bep*, avus et avia.

beppe-kelder, cg. (aviæ cavea) inferi. *Di supers géane gàu nei beppe-kelder*, ebrii cito pessum eunt, moriuntur.

beppe-kintsje, mentum prominens acutius. Inde Guilielmus van Haren, nobilis Frisius, clarus duodecim legationibus, quas pro republica Batava obiit, vocabatur *it kintsje*.

BER, F.v. impetus, aggressus, verber. Isl. *berja*, cædere, ferire, verberare. Inversis literis F. *bruye*, verberare, profligare, projicere.

BÊR, adj. F.v. nudus: confer *baer* p. 148.

ber-skins, osse tibiæ nudo; gladiatorem judicialem oportebat fronte aperta et osse tibiæ nudo prodire in arenam. F.v. *scina*, F. *scine*, os tibiæ; gen. *scines*, *scíns*; *bleat-scíns* ut Nl. *bloothoofds*, *bloot-voets*, cæt.

ber-scinza, adj. F.v. *ber-scinza kempa*, pugnator nudis tibiis.

BÊR, cg. vicis, idem quod *bar*, p. 199.

BERA, vb.a. F.v. ferre, parere: p. pf. *eberen*, *beren*, unde *bern*, infans, proprie partus, natus. Confer *barn*.

bera, *bora*, F.b. portator. Vide *beren* p. 199.

walu-bera, F.b. peregrinator in sacra adyta Romæ, baculum gerens. Goth. *valus*, virga; Ang.v. *wale*, a rod, to strike. Halliw. F.b. *wâl*, baculus. Outz.

berne, f. F.v. onus.

bernde, f. F.v. onus portatum.

beren *blod*, F.v. aguatus sanguis, consanguinei.

berning, F.v. gradus gentilitatis.

fri-boren, adj. F.v. liber natus. cf. *bære*.

bera, vb.n. F.v. deberi alicui, alicujus esse, cum dativo personæ: *sa nime*

Digitized by Google

BÊRD.

alric hira alsa stor sa him bereth; F. *sa folle him bære mei; as him takomt.* Confer *bære.*

BÊRD, m. *bérd*, F.b. tabula. Joh. 100. Sax.n. *bret.* Nl.v. *berd*, Ags. *bord*, n. Ang. *board*, F. *boerd.*

bêrd, m. F.b. pavimentum, solum. Johan. 4. Proprie tabulatum tegens solum.

BERD, *bird*, m. F.v. barba. F. *bird*, *burd*, (büd) n. confer *bird.*

BÉRE; vb.n. decrescere; Langewold, *de maen beert*, luna decrescit. Laurman bijdragen, p. 131. Luna deficiens fertur per opaca coelorum, ut nocte hilaria celebrantes poculis cerevisiæ, quod verbo *bere*, ex *bér*, cerevisia, formato indicant. Confer *di moánne giet to biar* in voce *biar.* Forma *ber* pro *biar* restat in

ber-ielda, F.v. nummi pretium cerevisiæ donatæ adaequantes. Antiquitus magistratus et judices munerabantur cibariis, qualia casei, butyrum, lardum, et potu cerevisiæ; posterioribus sæculis pretium harum rerum accipiebant in pecunia numerata.

BERE, vb.a. magno hiatu dolorem vel indignationem significare, alta voce et gesticulatione nimia sive clamitare, sive queri, sive ejulare. *Hy beert wakker, mar it is sa slim net*, eiulat, cum tamen dolores leves sint. — *Bere*, simulare, præ se ferre, fingere. *Hy beert as er di pleats kâapje wol ind hy hat nin jild*, simulat se emturum villam cum parata pecunia careat. *Biscop Henric dede sine tenten opbreken tegens der nacht ende gibeerde of hy vlien woude.* Matthæi, Anal. III. 171. *Bere* simulare mortem, lacrimas, ægritudinem, gestu et voce, ut pueri ludentes solent; *Slachtje sa bere*, lanium simulare, imitari. Infinitivo *bere* si præfigitur *sa*, *sa-bere*, adverbii vim habet, perinde quasi. — *Men mot bere as men oankomt ind net so as men fan komt*, MS. W.o. *ber* inf. reflexivum verbum, *Wat beerst du di mal*, F. *Hwat beerstkou mâl*, quam amenter fremis. *Net sa raer bere, bern!* ne tam immaniter clamitetis et tumultuemini, pueri. Ang.v. *bere*, strepere, clamare, fremere. Vide exempla apud Halliwellum.

gebeer, n. clamores, ejulatus, gestusque immodici, quibus quis significat v- atum animi sensum.

BERGJE.

Dou joutste ien raer gebeer ut, tui clamores et gestus sunt immanes. Ang.v. *bere*, clamores, strepitus.

baria, F.v. querula voce, alta ejulatione queri ut petitor solebat in judicio. F.o. *bare*, publice proclamare et denunciare quem sontem. Nl.v. *baeren*, *beren*, *ghebaeren*, baritum edere, sublate et ferociter clamare more ursorum, unde et fluctibus marinis apud nos nomen. (Just. Lips. Kil.) *bare*, fluctus marinus; *πολυφλοίσβοια θάλασσα* apud Hom. et Hesiod.

barit, Taciti ætate, relatus carminum bellicorum, quibus Germani accendebant animos; Ammiano „terrificus fremitus," quem Romani, addita sua terminatione *-us*, vocabant *barritus*, Tac. Germ. 3. *Cantus trux*, Tac. Hist. II. 22. Amm. Marcell. XVI, 12. XVI, 7. XXXI, 7.

baria, vb.a. manifestare, criminari; arbitrum agere, ut Hol. *uitwijzen*, decidere, dirimere, proprie monstrare clare. *Wy soen-lioed baryet ende sidzt*, nos arbitri decidimus. *Sidza* non tantum dicere, sed edicere et decidere, quæ notio adhuc viget in sermone quotidiano. *Ik sidze it dy, ljeack wat wer*, jubeo te inposterum abstinere mendacio. Similis notionis exaggeratio est in *baria*, manifestare, sc. voluntatem in litis diremtione.

bare, f. F.v. delatio nominis, delatio litis compositio, pactum, conventio: hac notione plerumque *baer* scribitur, et viguit et viget inter nostros Frisios. Hodie *di beer* vel *di baer meitse*, facere pactionem de re.

baer op kar, (litis compositio optioni partium permissa) litis compositio arbitris delata ea lege, ut is litigantium, qui compositionem oblatam recusat, statutam solvat multam.

BEREM, Saterl. fermentum. Het. 229. *Berem* per diæresin pro *berm.* Vide *bærm*, idem.

BEREN *op it thersk-kleed*, vide *beren*, p. 199. sing. *bér*, Ags. *bora*, qui fert, gerit; in compositis, ex. gr. *cæg-bora*, claviger.

BERGJE, vb.a. in tuto collocare, (Scil. *bargje)* pf. *bürg*, pf. p. *bürgen.* — Isl. *bjarga*, præs. *berg*, pf. *barg*, *burgu*; pf. p. *borgit*, opem ferre. *Bjarg-runar*, literæ magicæ tæniolis inscriptæ, quæ

Digitized by Google

circum digitos volutæ opitularentur parturienti. — Ags. *beorgan*, pf. *beorh*, *bearh*, pl. *burgon;* pf. p. *borgen*, munire, protegere, cavere, refugium præbere. — *Bergje-dy!* Cave tibi!

erch, cg. mons. pl. *bergen.*

erch, m. F.v. pl. *berga*, mons. *The wilde diar secht thera berga kli*, 46, 23. F. *di wylde djear sîket der bergen klyte*, feræ quærunt locos montium placidos, vento non pervios. *Hweerso en kynd is finsen suther wr birgh*, 45, 18, sicubi infans captus est austrum versus trans montes. Formula *suther wr birgh*, bis vel ter in legibus Frisicis occurrit. Frisii quippe, Saxones littorales, Hollandi, Flandri, cum Alamanniam (australem) adire nequirent nisi trans montes, hanc terram vocabant altam, suamque humilem, inferam. Inde *Nedertand*, terra infera; *Nederlander*, incola Nederlandiæ; contra omnes operarii, qui ad nos veniunt ex Alamannia (Hol. *Duitschland*, Gal. *Allemagne)*, sive australi, sive boreali, appellantur Nl. *Bovenlanders*, et *hooglanders*, F. *Boppelâners*, (incolæ regionis celsioris) quod linguam regionis celsæ, i. e. Alamanniæ loquuntur. Teutonia, *Deutschland*, dividitur in Teutoniam altam, *Hoch-deutschland*, et Teutoniam inferam, *Nieder-deutschland;* lingua communis in linguam Alamannicam, *Hoch-Deutsch*, per ellipsin *Deutsch*, Gal. *la langue Allemande*, quæ omnes regiones Saxoniæ et Westfaliæ pervadens earum incolas in numerum Alamannorum retulit, et in linguam Theotiscam, *Nieder-Deutsch*, quippe consonantibus deartuatis Alamanniæ proprie dictæ minus deformatam. Hinc liquet linguas istas non appellari ex majore vel minore præstantia, sed e situ regionis, ubi regnant vel unde ortæ sunt. cf. Nl.v. *Overlant*, terra transrhenana alta, i. e. *Duitschland.* Willems, Belg. Mus. V. 425. — Prov. *Bergen wirde dalen, ende dalen wirde bergen*, Burman. 4, hos affligit fortuna, illos tollit in altum.

Ags. *beorh*, m. collis, munimentum. Veteres se muniebant contra hostes in colle vel rupe. Goth. *bairgan*, servare; *baurgs*, f. urbs munita. Genus vocis vacillat; neut. g. enim est Isl. *bjarg*, rupes. Ang. Yorksh. *barf*, hill. (f = ch). Nl. *bergh*, (Kil.) promptuarium, pabulatorium, foenile, horreum. Servandi notio regnat quoque in Frisico

héa-berch, cg. elliptice *berch*, receptaculum foeni; tectum arundineum pendulum mobile, quatuor trabibus fultum, sub quo foenum extra fores acervant ruricolæ et per hiemem tenent. *Wy habbe it héa ljeâwer yn 'e scûrre as yn 'e berch*, malumus servare foenum in horreo quam sub tecto pendulo vento et pluviae obnoxium. *Ha-bürch*, Hindel. meta foeni, F. *réak héa.*

burch, f. F.v. locus septus et munitus; arx; urbs. *Brocmen kiasalk, thet ther nena burga ni mote wesa*, 173, 25, Brocmanni decernunt arces munitas esse vetitas. — *Romulus doer da burich toe Roem timmerade ende noemde*, 436, 5. Pro *burch* sæpe valet *burich*, (bur-ig, bur-og) F.b. *borragh*, Johan. 131. Ang. *borough*, *borrow.* Hæcce diæresis frequens est tum in Frisico boreali, tum in Anglico sermone; F.b. in dialecto Amrumensi *forragh*, m. *fualagh*, *gualagh*, *moragh*, *sparragh*, *tualagh*, *willagh*, Joh. 131. In dialecto Moringensi *furrig*, f. *fallig*, n. *gulig*, m. *marrig*, n. *sparrig*, f. *tulig*, n. Bend. 65. Ags. *furh*, f. *fealh*, *fealga*, f. *galga*, m. *mærh; speare*, *spearwa*, *spearewa*, m. Ang. *farrow*, *fallow*, *gallowes*, *marrow*, *sparrow*, *tallow*, *willow.* In Ags. *spearewa* diæresis jam adest, ut et in Ags. *bælg*, *bælig*, *bylig*, m. tumor, saccus, F.b. *bielig*, m. pellis, venter, *blâsbielig*, Ang. *bellows.* Adde F. *marge*, *march*, farcimen ex farre cum sanguine mixto, Ags. *mearh-bæccel*, F.b. *muragh.* — Ags. *hleor*, mala, Nl.v. *liere*, idem; F. *ljirre*, perna vaccæ, sive femur; F.b. *luragh*, femur, coxa. — Nl. *berg*, m. F.b. *bœirig.* — Nl. *swelg*, fauces, F. *swolg*, cg. F.b. *swâllig*, f. Ang. *swallow*, fauces; rumen. Johan. 131. Bend. 65. Nota terminationem Frisicam *-ag* apud Anglos abire in *-aw* et *-ow* in *-ow.*

berch-knop, sedum acre. Hall. 84. Ags. *stancrop*, illecebra, piper murinum. Ang. *stonecrop*, Somner. Nl. *muurpeper.* Dodon. 185. Sedum album, Nl. *huislook*, F. *scette-krud*, in Ommelandia audit *scot-krûed.* F. *di moalke is géar-scetten*, vel *scetten*, lac inter coquendum coägulatum est. Inde *scot*, cum lac in careno justo citius separat

Digitized by Google

butyrum, contra quod incommodum rustici sedum album pabulo vaccarum miscent.

benene-burch, F.v. (ossium receptaculum, munimentum) uterus feminæ. Nominat vox ossa, quod eis foetus in utero se distinguit a cæteris mollibus intestinis; inde restat phrasis *di faem hat it liif fol bonken*, ancilla (habet ventrem ossium plenum) gravida est. Ags. *cild-kama*, (infantis domus vel involucrum) uterus.

bobba-burch, F.v. (infantis munimentum) tutela pupilli vel impuberis. *Alsa en ungerech kind sit andere bobbaburg, weder sa ma hit bifiucht sa birawat*, impuber infans si in tutela infantili est, et quis eum infestat sive spoliat. Confer *bobbe*. Grimmius vertit, *Wen ein nujährig kint sitzt an der brustburch;* quæ explicatio quippe genio linguæ contraria admitti nequit; *sitte oan 'e boárst* enim nusquam dicitur, sed *lidze oan 'e boárst; It bern sit under fády*, infans est in tutela. Alia nunc non oppono.

sé-burch, F.v. (munimentum marinum) agger littoralis muniens Frisiam contra maris impetum.

her-berge, cg. diversorium publicum, taberna, primitus locus ubi exercitus requiescit et reficitur. Ags. *hereberga*, statio. Ang. *harborough*, hospitium. F. silvicolæ, *harbarge*, F.b. *harbargh*. Prov. *Diar a wiard sáit fant sian harbargh*, (qui verum loquitur hospitium non invenit) veritas odium parit. Joh. 143.

herbergje, vb.a. hospitio excipere; cauponiam artem exercere. Ags. *herebergan*, vb.n. hospitari, manere. Ang. *to harbour*, hospitari, manere; hospitio excipere.

BERKEAP, F.u. *Olde-Berkoop*, vicus pagi Stellingwerf-Easteinde.

BERGUM, vicus pagi Tietjerksteradelæ, cui vicinum coenobium *Berchkléaster*. Simile compositum extat in nomine Ags. *berg-ham-stede*, hodie *Berham*, in vicinia urbis *Cantwaraburh*, hodie *Canterbury*. *Bergum* enim fluxit ex *Berg-ham*.

BERKHOUT, vide *bjirk*.

BERLIK, n. p. viri; Alam. *Parlaik*, urso (leoni borealium) similis. Förstemann. 226. Ags. *Berlice*, idem. Ags. *leolice*, leoni similis, F. *Lòlke*, n. p. v. In

cœmeterio Stavriensi inveni rectorem navis balænarum piscaturæ instructæ, nomine *Timen Belkes*, i. e. *Belki filius*. Ao. 1683. *Belke*, n. p. viri.

berlicum, vicus pagi Menaldumadelæ ad fauces pristini æstuarii mediterranei Frisiæ. Pagus Boxtela in Brabantia boreali habet ejusdem nominis vicum.— *Berlicum* Frisiæ in ore populi *Belkum*, *Beltsum* et *Belsum;* Brabantiæ borealis item *Balkum* ex *Barlicum*. — *Sa lang as Belsum*, extensior Berlicumo; de longissima serie loquitur hæc phrasis. vicus est enim in longum productus.

belsumer, cg. incola Berlicumi.

belsumer, adj. Berlicumensis. *Belsumer kærsen*, cerasa Berlicumensia, id est, optima, succi subtilis et dulcis plena.

belsumer honnen, (canes Berlicumenses) convitium incolarum hujus vici.

BERM, cg. (F.b. *bêrm)* latus sinuatum viae stratæ, aggeris, marini aggeris pes, pl. *bermen*. Goth. *barms*, m. Ags. *bearm*, m. Sax.v. *barm*, m. sinus, gremium. Isl. *barmr*, m. gremium; margo, ora. Gal. *berme*, chemin de trois pieds de large au pied du rempart, entre le rempart et le fossé; espace qu'on laisse entre une levée (digue) et un canal.

BERN, n. (bén) infans, pl. *bern*. F.b. *biaren*, *bearenki*, Johan. 138. Vide *barn*, p. 180. F.b. *beare*, nasci. Johan. 171.

BERRIE, cg. feretrum utrinque a viro portatum, cui imponuntur merces et omnis generis sarcinæ. F.u. *barrie*, Nl. *berrie*, f. idem. Ang. *barrow*, Ags. *bereve*, Ang. *wheel-barrow*, Nl. *kordewagen*, *kruiwagen*. Ags. *meóx-bearuve*, feretrum rotale ad evehendum fimum pecoris, F. *meóx-kret*, idem. gl. Ælf. 26. Etmüller male, „stercoris cumulus." 226.

barûch, f. W.o. feretrum. *Dolk-baruck*, feretrum (mortui). E. I. 359. *W = G* in Ags. *bearwe* et W.o. *barug*.

barwe, F.o. feretrum.

buk-berrie, cg. tabulatum ligneum fundus vehiculi fœnarii. Confer *buk-delling*.

syd-berries, pl. tabulæ laterales exstantes plaustri fœnarii, quibus continetur foenum.

BÊRTE, nomen campi foenicularii apud Goinga-ripam. *Di gréate Beerte*, 5 B. 6 R. 5 V.

Digitized by Google

beerta, nomen vici Ommelandiæ.

BERTHE, BERDE, f. F.v. natales; fetus, partus. Ags. *bird*, n. natales. Ang. *birth*. Ags. *gebyrd*, f. natales, origo. Nl. *geboorte*, natales.

berthe, cg. natales.

berthe-dei, cg. dies natalitius. Ang. *birth-day*.

berthe-leppel, cg. F.u. *geboorte-lepel*, cg. cochleare argenteum datum infanti recens nato ab eo, cujus nomen ferebat. Manubrii extremitas erat ornata imagine apostoli vel Sancti, cujus nomen ceperat infans. Inter Anglos, a quibus hic mos olim sacer habebatur, tale cochleare adeo *apostle-spoon* dicebatur. (Popular antiquities, Brand, Ellis. II. 83.) Extat adhuc cochleare natale e gente Frisica Idzardi, quæ florebat in vico Jorwerda, oriundum, cujus possessor erat Petrus Wilhelmi filius cujusque manubrium fulget imagine Petri apostoli. Si quid notabile accidebat id ne e memoria excideret his arrhis literis insculpsisse videntur. Dictum cochleare hanc habet inscriptionem posticam:

P. W. A. P.

In t iar onser here iesvm crist 1649 *heb ick piter Wellems de boter vorkoft vor hondert govt goldens.*

Ante (i. e. in parte concava) literæ initiales duorum nominum,

J. P. D. J.

In manubrio pone,

S. PETRVS.

Postea pro signis apostolorum et sanctorum effingebantur imagines fidei, caritatis atque spei, aliarumque symbolarum religionis christianæ. Cochlearia natalia, quæ hodie apud Frisios sunt in usu, a quotidianis non distinguuntur nisi inscriptione nominis et diei natalis infantis.

Germani, præsertim Scandinavi, infantem recens natum non exponebant nisi prorsus jejunum; ab eo enim tempore, quo minimam mellis vel lactis guttam gustaverat, trucidare vel fame perimendum linquere infantem, nefas habebatur; cujus religionis infantia matris S^ti Ludgeri, patricii Frisii, cædi ereptæ, nobile præbet exemplum. (Brower, vita Ludgeri, Lib. I. cap. 2. Leibniz, acta I. 86, 87. Grimms Rechtsalth. 458). Inde qui cochleari infantem donabat, quo sorberet pultem, se ejus curatorem profitebatur, et per testem apostolum vel sanctum, cujus imaginem ferebat, suam obstringebat fidem, se infantem aliturum et educaturum esse.

BESE, vb.n. F.b. æstu agitari; furente impetu discurrere ut pecora oestro puncta. Outzen. F.b. *beshin*, lege *bézi*, idem: *hi bézat ambi*, furibundus discurrit; *kez-bézi*, furens stridere molaribus, Joh. 187. Nl. *bissen*, *bijsen*, Silt. *bösse*, Sax. n. *kisse-bissen*, æstu agitari. Isl. *bissa*, huc illuc moveri.

BESKJE, vb.a. misereri alicujus. Mackum. Confer Ang. *bisk*, (Halliwell) indulgere debiliori.

bibeskje, *(immen)* misereri quem.

BÊST, n. animal quadrupes, pl. *bisten*. Frisiis vet. et Anglosaxonibus ignota vox. Lat. *bestia*, Ang. *beast*, Gal. *béte*, *bête*, cæt. *Bést*, animal, præsertim majus, ut equus, vacca. Ang. East. *beast*, an animal of the beve-kind. *Beas* pro *beasts*, North. pl. cows, cattle; F. *bisten*, idem. — *Bést* indicat quidquid enorme est vel modum excedit, *It wait as ien bést*, sævit ventus. *Hy is sa ryk as ien bést*, ditior Crœso. — *Bést*, figurate, homo ebrietati et scortationi deditus.

bêste-foer, n. pabulum animalium, præcipue vaccarum.

inter-bêst, n. F.o. vacca annicula. elliptice F. *inter*, n. (ien-winter).

twinter-bêst, n. F.o. vacca biennis. elliptice F. *twinter*, n. (twi-winter).

bêstich, adj. modum excedens, immoderatus, enormis. Plurimum adverbialiter; *It waeit bêstige hird*, ventus sævit vehementissime. *Ien master ken him bêstich forgisje*, medici sæpe conjecturâ admodum aberrant. Ang. *beastly*, brutus, ferinus, Nl. *beestelijk*, idem.

BET, usque. F.o. C. M. 176, 180. *Bet in ewicheit*, usque in æternum. Ex dialecto Saxonum litoralium. Hd. *bis*.

BETE, vb.a. Hindel. nummos sortium loco in terram dejicere, quod solent pueri ludentes ut latus superum partitionem inter eos decernat. Nl. v. *beten*, vb.a. et n. descendere; detrudere, deprimere. n. *doen si gebeet waren*, cum descendissent equis. a. *twi soudwine neder beten?* Quare eum deprimeremus? Vide locos in notis meis ad t. IV. Spieg. Hist. Maerlant. p. 64, 95.

Digitized by Google

Sax. n. *botte*, nummos in parietem projicere ut resilientes descendant in circulum in solo notatum.

BÊTE, vb.a. calefacere. Saterl. E. II. 187. Elliptice pro Ags. *fyr betan*, (emendare ignem) accendere, Nl. *vuur boeten*, idem. Ang. v. *bete*, to light or kindle a fire; to administer fuel. Halliwell. 169.

ônbête, struere focum, focum alere. F. *oanlizze*.

BÊTLING, BELING, donum quo procus ambit puellam. Outzen. *Bæjtlinge*, coll. m. sponsalia, Hd. *morgengabe*. Bend. 331. Isl. *bithla*, ambire nuptias virginis; *bithill*, m. procus; frequentativa forma verbi Isl. *bitha*, expectare, manere, opperiri, Nl. *beiden*, idem. Frisii *meide*, procare puellam, ex F.v. *mide*, *meide*, donum, præmium quo aliquem emimus, Ags. *med*, f. præmium. A.v. *mede*, præmiis corrumpere. Ang. *meed*, præmium; *to meed*, remunerari. Confer Nl. *boel*, amasia; *boeler*, procus; *boelen*, amare. Kil. (bothel) *boel*, supellex, dos.

BÊTTE, BÆTSE, cg. Sc.o. avus. *Bætse ind bep*, avus et avia.

BETTE, vb.a. aspergere aquam vel alium liquorem, præcipue ad solvenda vel emollienda vulnera. *Bette* oritur ex pronunciatione Anglica verbi *to bathe*, scilicet *béthe*, de quo verbo Junius, „*Bathe*, Angl. frequenter est *to wette*, *wash*, *to soke with luke warm liquor*." Confer *baeye*, p. 146.

BETTEN, pl. Sc.o. ocreæ, caligæ, Gal. *bottes*. Ex *betten* liquet *bottes* esse vocem Francicam adeoque non ex barbara Latinitate repetundam. Forsan *betten* fluxit ex *beten*, descendere, detrudere, ut Gal. *bottes* ex Sax. n. *botte* et Gal. *bas*, tibialia, ex *bas*, humilis. Barb. Lat. *bassus*, humilis; *bassare*, deprimere.

BETTER, adj. comp. melior. *Better wirde*, reconvalescere, consanescere. Hæc phrasis communis est inter pastores de pecore saginato. *Di kou is yn di finne nat better wirden*, vacca in prato nullum cepit incrementum. Isl. *batna*, melior fieri, crescere in rebus; Ang. *batten*, pinguescere. Ang. *Follow your function, go and batten on colde bits*. Shak. Coriolan.

betterje, vb.n. meliorescere. p. 156. F.o. *bettri*, idem, Cad. M. 187.

oer-betterje, proprie, transire sanescendo; pro *betterje*, sanescere. Frisii eodem sensu habent *oergean*, transire.

BEU, n. caro vituli jejuni, recens nati. Vox despicientis ex sono formata; subintelligitur *flæsk*, caro, unde genus neutrum.

beu, cg. ructus. *Ien beu litte*, ructare.

BEUG, cg. duæ cymbæ piscatoriæ juxta se invicem vento secundo velificantes rete intermedio, quod verrunt ad squillas captandas.

BEUKER, cg. puerulus, puer debilis; homo infirmus. *Lytse beuker!* Parve puerule! Miserantis vox.

BÊULE, vb.n. Mackum, pro quo dial. comm. *oanscòaje*. *Streek-beule*, ludus puerorum, quo nummos projiciunt ad lineam in solo ductam; qui proxime accedit jacit nummos in altum, faustâque facie supernâ cadentes sibi vindicat. Confer Isl. *bölr*, m. pila lusoria. Antiquitus pueri non nummis, sed globulis ludebant.

BEUNMAN, cg. Ang. *boatswain*, Hol. *stuurman*. Nl. *Bonne*, fori navium.

BEZITE, cg. convivium mulierum vespertinum. Vox nova, peregrina. Gal. *visite*. Confer F. *Béalach* et *wéalach*. *Di man yn it weerdhuus ind it wif op bezite, sa'n ryk ken nat bistéan*.

bezytje, vb.n. convivia muliebria frequentare. Prov. *Dy utbezytje wol mat eak ynbezytje*, qui vult ligurire apud alios hosce sua vice excipere oportet.

BY, F.v. *bi*, præp. apud.

Locus, vicinia. F.v. *hwersa thi fene leith bi tilade lond*, F. *hwersane di finne leit by boulán*, pratum si arvo proximum est. Prov. *Fier fen syn hus hein by syn seéa*, procul a domo, proxime a damno. — F.v. *That hore werpa by ayder sida*, F. *It hór smite oan eltse side*, jacere cœnum in utramque fossæ marginem. *Sjouke is er by oaf hi scil komme*, homo tardus agendis usque moram infert.

Tempus. *By-tíden*, aliquando. Ang. Northumb. *by times*, at times; occasionally. *By-tiids*, *by-tiid*, *yn-tiids*, W.o. *bitíts*, Hd. *bey zeyten*, E. I. 88; Ang. *betime*, *betimes*, mane, mature; F. *moárns bytiid*, prima luce. F.v. *Bi sumere dey*, F. *by simmerdei*, æstate. F.v. *Bi skinandere sunna*, lucente sole; *bi liahta dei*, F. *by liócht-scyn dei*, interdiu, luce palam. Ang. *by days and by nights*,

Digitized by Google

Hind. *bi dei ind bi neet*, F. *by dei ind by nacht*, die et nocte. F. *by jawn ind untiden*, vespera et horis incommodis. F.v. *Bi libbenda liwn*, F. *Hi jouwt syn bern by libbende lîwe*, se vivo liberos donat bonis (donatio inter vivos). — *Di Hynlippers hiere di fammen by di wîke*, Hindelopenses famulas conducunt in hebdomadem. — *It bern groit by dagen*, quisque dies incrementum addit infanti. — *Ho let is it? Um-inde-by middei.* Quota hora? Circiter hora meridiana. Ang. *by and by*, brevi.

O how this spring of loue resembleth
The vncertaine glory of an Aprile (day,
Which now shewes all the beauty of (the sun,
And by and by a clowd takes all (away.

Shakesp. Two Gent. of Verona. Act I. Sc. 2.

By jontiid binne alle kàtten gràu, vespera omnes feles glaucæ sunt; i. e. nocte fœmina formosa a deformi non discernitur. *By it simmer, by it winter, by 't heárfst*, æstate, hieme, autumno. Cum *simmer*, *winter* et *heárfst* sint nomina masculina, quæritur unde pendeat neutrum *it?*

Numerus. *W'i komme by ienen, by twáen ind by thryen yn 'e tsjerke*, singuli, bini et trini intramus templum. Ang. *We are not to stay all together, but to come by him where he stands, by ones, by twos and by threes.* Shakespeare, Coriolanus. — F. *It noard hat syn gewante soánnen by miriaden oer it suden utgetten*, Ang.

The North by myriads pours her mighty (sons;
Great nurse of Goths, of Alans and (of Huns.

Pope.

Homo, homines. F.v. *Sa hwer en wif halath and bi there wiue thenne en bern tiocht*, quisquis ducit uxorem et deinde infantem ex uxore producit. *Elts bern, dat ien man by syn wiif wint, is thusen gonne*, (quisque infans, quem maritus producit ex uxore, adfert mille florenos). Ang. *By her he had two children at one birth*, Shakespeare, Hen. VI. F. *Hy kie by hjar twielingen.* Contra *by* hoc sensu quoque valet de viro; *di fáem hat ien bern by Abe*, ancilla peperit ex Abone. Ang. *The moor is with childe by you, Launcelot!* Shakespeare, F. *Di morin is mei bern bi jou*, L. — *Ik think wol ris by miselme, Hwærta dat raepjen ind scraebjen*, cui bono divitias avare corradere? — F.v. *bi sin witen schen*, eo sciente factum. F. *By myn witen hab ik nimmen to koárt dien*, conscius nemini quid subduxi. — Figurate de re, domo, *It hus stiet by him selme*, vel *op him selme*, domus est solitaria, ab aliis separata. Ang. *The philosopher walked by him-self in a melancholy mood*, philosophus ambulabat solitarius animo jacente.

Deus, sancti, cætera. Obtestatio. F.v. *swera bi gode*, per deum jurare. F. *Ik swar dy bi alle hilligen, dat myn swird is tajin di tirannen foár di friheit, myn lân ind it riucht*, obtestor omnes deos me hoc ense petiturnm tyrannos pro libertate, patria et justitia. Ang. *His godhead I invoke, by him I swear.* Dryden. Anglosaxones loco *bi* utuntur *under*, *on* vel *thurh; swerjan thurh dryhten*, jurare per dominum cœlestem; *swerjan on heofonan*, jurare per coelum; *swerjan under hæthene godas*, jurare per deos ethnicos. Gothi autem faciunt cum Frisiis, Anglis, Hollandis; Goth. *svaran bi himina*, per coelum jurare, F. *bi di himil swarre*, idem. *On*, ad, et *under*, sub, conveniunt cum *by*, apud, i. e. coram deo, teste deo, Hol. *Ik betuig voor een almachtig God*, *dat* cæt. obtestor Deum omnipotentem. Ags. *thurh*, per, convenit cum Lat. *per deum jurare.*

Res, instrumenta. F.v. *bi tha here gripa*, comas alicui dilaniare; *nima bi hera and bi halsdoke*, prehendere capillos et collare; *bi tha berde tappa*, vellere alicui barbam; F. *by it hier luke; by hier ind halsdoek nimme; by di bird teppe.* (F. *apels teppe*, carpere poma.) — F. *Ien man stiet bi syn wird*, vir probus stat a promissis. — F.v. *bi talemonna worde thene skatha to betande*, damna farcienda ex patroni sententia. *Bi aller friunda reda schel thet schia*, non nisi communi consanguineorum consilio vendantur orphanorum bona. — F.v. *bi sawentuntiga pund*, (teneri) poenâ septuaginta librarum. — F. *Di âlde Friezen rekkennen di boeten folle by sceljen*, Frisii veteres

Digitized by Google

computabant mulctas fere per scillingos. F.v. *Thi kining sette that ield bi scillungum. Thet punt skil wesa bi siugun panningon*, rex pecuniæ valorem statuebat per scillingos; libra sit septem penningorum. — F.v. *Gód dela bi hondum*, F. *Goéd dele by di kannen, nat bi staken*, (hæredes) non per stirpes, sed singuli adeant hæreditatem et inter se dividant in partes æquales.

By cum *ta*, per, propter. *Arbeiders-liu binne yn 'e winter déad-éarm; dat komt dær by-ta dat hja simmers alles opite*, hieme proletarii Iro pauperiores sunt; hoc inde fit quod æstate omnem pecuniam consumunt. — *Hwat by-ta*, res additita. *Jou hwat op it poun' by-ta oun di éarm-man*, adde quid libræ in gratiam hominis pauperis.

By-nammen, adv. præsertim. Nl. *voornamelyk*, idem. Ang. *namely*, præsertim; scilicet. Nl. *namelijk*, scilicet. Nl. v. *binamen*, Maerl. Sp. Hist. I. 331. *Bij namin*, W. G. 51. Mhd. *bi namen*. Nl. *met name*, nominatim.

Bysgelyks, bygelyks, exempli gratia; adhuc viget inter Frisios occidentales.

BY, BYE, BI, cg. apis, pl. *byen*. Ags. *béo*, pl. *béan*, Ang. *bee*, pl. *bees*. *Di byen swermje*, apes examinant.

Prov. *Hwær byen binne dær is eák hünich*, Ang. „*Where bees are, there is honey.* Where there are industrious persons there is wealth; for the hand of the diligent maketh rich. This we see verified in our neighbours the Hollanders." Ray, 77.

byke, n. apicula. *Bykes*, homines frugi et industrii. *Dat binne myn hunich-bykes*, hi operarii sua industria augent rem meam. Ang. *bee*, an industrious and careful person.

bye-bak, cg. alveus in quo seponuntur favi antequam prælo exprimuntur.

bye-bréa, n. florum pollen pedibus apium hærens et in favis depositum. Ags. *beobread*, n. favus mellis plenus; Boeth. cap. 23. Ang. d. *bee-bread*. Confer Boucher et Halliwell.

bye-koer, cg. alveare.

bye-stâl, cg. apiarium. Nl. *biebancke*.

bye-swerm, cg. examen apium. Poetice G. J. *hunich-swerm*, proprie, examen melliferum. I. 197, *O hertwiet himelsk hunigswerm!* O cordum deliciæ cæleste agmen melliferum! Scilicet, deus et animæ cœlestes quibus stipatur.

hunich-by, apis mellifera, distincta ab apibus qui non mellificant. Ags. *hunig*. Nl. *honig-bie*, Ang. *honey-bee*. Shakespeare, Hen. V.

So work the honeybees,
Creatures, that by a ruling nature teach
The art of order to a peopled kingdom.

scyt-by, oestrum stercoreum. *Sa twerich as ien scythy*, œstro stercoreo sedulior; calet in opere.

byker, cg. apiarius. Ags. *beo-ceorl*, idem. *beccere*, idem.

bi est *bis* in *a-pis*; confer Ags. *lafere*, cum Lat. *a-lauda*; F. *lap* cum Lat. *a-lapa*; Goth. *gods* cum ἀ-γαθός; Skrt. *ner* cum ἀ-νήρ; cæt.

BIAR, BIER, n. cerevisia. F.v. *biar*, aliquando *biaer*, F.o. *biaer*, C. M. 13. Saterl. *bjar*, G. J. *bjear, bjier*. Ang. *beer* (bier). Ags. *beor, bear*, n. Isl. *bior, bjor*, m. Ex *biár, biér* Galli habent *bière; petite bière*, cerevisia debilis; contra Shakespeare *double beer*, cerevisia calida, F. *dubel Dimter bear*, cerevisia Daventriæ calida.

biar, F.v. cerevisia; caupona ubi cerevisiam bibunt. Ang. v. *at the ale*, F.v. *inna biare*, in caupona cerevisiaria.

bjirke, n. diminutivum; notat dulcedinem potus.

De Germanorum potu Tacitus, *Potui humor ex hordeo aut frumento in quandam similitudinem vini corrupti.* Germ. 23. Gothi *baris*, Ags. *bere*, m. Ang. v. *bear, berliche*, Ang. *barley*, hordeum. Humorem, qui fit ex hordeo, variis significabant substantivis, unde pendet genus. Fuisse Nl. *nat*, n. humor, *bere-nat*, vel F. *sop*, n. *bere-sop*, ut *bei-sop*, Hol. *besse-nat*, succus ribessiorum, atque vocem per ellipsin esse redactam ad *bere*, vel *beer, bier* neutrius esset generis ut apud Anglosaxones, Frisios, Neerlandos, Alamannos. Contra si subjectum est Nl. F. *drank*, potus, et ex *bere-drank*, hordei potus, fluit *bere*, vox esset masculini generis ut apud Scandinavos. Apud Anglos Boreales in ore populi est *barley-bree* (Nl. *garsten-brij*, puls hordei) et *barley-broth*, jusculum hordei, pro cerevisia. — Grimmius omnem affinitatem inter *bier*, cerevisiam, et *bere*, hordeum, abjudicat, putatque Germanos potus vere Germanici nomen petivisse ex Latio; refert enim

Digitized by Google

BIAR.

bier ad Lat. *bibere*, Ital. *bere*. Gr. Wb. I. 1821.

Germani omnia festa celebrabant potu cerevisiæ, unde *biar* longe lateque per ejusdem stirpis nationes notat quæcumque hilaria et omne genus commessationes. Isl. *avl*, cerevisia et convivium. Edda. I. 148. A.v. *wakes and ales*, hilaria campestria, inter quæ maxime celebrabant Angli *bride-ales*, *church-ales*, *clerk-ales*, *give-ales*, *lamb-ales*, *leet-ales*, *midsummer-ales*, *scot-ales*, *whitsun-ales*, de quibus consulas, Brand, Ellis. I. 180, 279. Ags. *bryd-ealoth*, *brid-al*, (sponsæ cerevisia) convivium nuptiale; Ags. *beorscipe*, convivium. Sax.n. *enne bier*, commessatio.

Mei ien faem to biar gean, festum nundinale cum virgine celebrare. Figurate. *Di moánne giet to biar*, luna obnubila est; proprie, nocturna celebrat hilaria; juvenes et puellæ inter Anglo-Frisios nocte antiquitus concelebrabant. Novi cauponam vicinam vico natali cui insigne, *di thiustre wolken*, nubila fusca.

F.o. *beer*, commessatio, hilaria, qua vi pollet vox in sequentibus F.o.

Bagel-beer, commessatio eorum qui coronas frondeas plexerunt in honorem alicujus;

Kindel-beer, commessatio qua celebratur infantis baptisma;

Lavel-beer, diei sponsalis celebratio;

Fenster-beer, commessatio qua instructionem fenestrarum elegantiorum celebrant;

Fasteluvends-beer, festum hilare die præcedente cineralia.

It sit him yn 'e holle az duitesk biar, acri memoria hæc pulchre tenet. — *Biar ind barmhertichеid komme boppe*, homo illiberalis misericordia tangitur; reminiscitur sanguinis, amoris vel beneficii pristini; proprie notat phrasis hominem tenacem, qui incalescens potu cerevisiæ fit liberalis. Confer *barm* B. N. L. I. 55. — *Ik wyt wol hwat biar ik yn it fet hab*, perspexi hominem quæque molitur.

Prov. *Jouke-biar is swiet biar*, (*joukii* cerevisia, vel cerevisia dono data dulcis est) malunt illiberales excipi sumtibus aliorum quam suis. Per agnominationem *jouke*, nomen proprium, notat dono datum, a præs. *ik jou*, do. — *Kaad biaer mecket waarm bloed*,

BIASKIA.

Burman. 40. cerevisia frigida calet sanguis.

biar-benk, F.v. caupona cerevisiaria.

biar-glæs, *bjear-glæs*, n. poculum cerevisiarium, sed *'n glæs biar*, poculum cerevisiæ. Prov. *Dær forsupe mear yn 'n bjearglæs as yn 'e sea*, plures suffocantur in poculis quam in mari.

biar-hus, F.v. caupona cerevisiaria. Ang.v. *beerhouse*, alehouse.

biar-lem, F.v. ictus inflictus cantharo cerevisiæ. Isl. *lemia*, verberare; Ang. *lamm*. Hol. *oorlam*, alapa, amystis; verbum nauticum, ut et *opdonder*, *opvrisscher*, verber, amystis. *Oorlam*, classiarius.

biar-skeppene, F.v. perfusio cerevisiæ.

biar-weerd, cg. caupo qui vendit cerevisiam. *Hy hat ien quéa biarweerd*, potio inebrians exasperat ejus animum.

flot-biar, naupegorum commessatio post deductam in aquam navem.

hynste-biar, convivium quod dominus equi admissarii parat equarum gravidarum possessoribus certo die, quo ei equimentum solvunt.

koáltherskers-biar, convivium post peractam trituram seminum brassicæ napi, quo colonus excipit operarios qui ea fustibus tutuderunt.

leed-biar, convivium funerale. F.o. *trostel-beer*, (cerevisia consolatoria) idem. Sax.n. *dodenbier*, idem. Hollandi *een wyndode*, mortuus cujus exequiæ celebrantur potu vini.

stjûn-biar, commessatio naupegorum cum prora navis primum stat erecta.

BIACHTIA, vb.a. F.v. considerare et arbitrari.

BIADA, vb.a. F.v. offerre, pf. *bad;* pf.p. *beden;* ger. *to biadene*. — *Biada sina friunda thenne ield for then datha*, F. *Syn friunen it jild biede foár di déade* (Hindel. *de dade*). F.v. *thet bad sante Willehad*, hoc jubebat sanctus W. *Hi bad tha stulta Fresa godne dei*, salvos esse jubebat audaces Frisios. *And biot him bende*, minitatur ei vincula.

bibiada, F.v. jubere, injungere.

BIAKA, vb.a. F.v. ditare. Lat. *augere*, Gr. *αὔξειν*, Goth. *aukan*, Alam. *auhon*, sed Frisii et Scandinavi cum *a* sincera *aka*, unde Ags. *eacan*, quæ *ea* redit in F. *eak*, etiam, proprie imperat. adde!

BIASKIA, vb.a. F.v. provocare in pugnam singularem. F. *áaskje*, petere; *bi-*

Digitized by Google

éaskje, nimia petere. *Hwat biéaskest thou hjir?* Unde tibi jus arroganter toties et tanta petendi?

BIAT, F.b. acetum; a *bite*, mordere, quod urit linguam, Nl. *wat op de tonge bijt.* — *So súr üz biat*, F. *sa sur as yettik*, aceto acidior. Johan. 4.

BIBANA, vb.a. F.v. edicere, promulgare (leges.) pf.p. *bibaend.*

BIBBE, BIBJE, vb.n. tremere.

bibberje, vb.n. frequentativum, tremere, contremiscere maxillis ut solent frigore, sive febris, sive hiemis, oppressi: *Hy bibbert fen keáld.* Hæc vox inde ab irruptione Anglo-Frisica residua est in Anglia. Ang. Kent. et Northumb. *to bibber*, to tremble. Ex Ags. *bifian*, Nl. *beven*, est frequentativum Ang. North. „*bever*, *bivver*, to tremble," (Lat. *febris*), ut ex Alam. *bibén*, tremere, trepidare, est Nl. *bibberen*, idem quod F. *bibberje*. Brockett. Ed. 2da.

The bolde kynge is in a barge and (abowthe rowes
Alle bareheuede for besye with beueryne (lokkes.

Morte Arthure. I. 22.

cirris (vento) trementibus, agitatis. — Isl. *pipra*, contremiscere. Hol. *Een piperich ventje*, (homuncio tremulus) homuncio imbecillior et effæminatus.

BIARBEIDJE, vb. laborem impendere alicui rei. *It lán biarbeidje*, agrum colere. — Labore creare et acquirere, *Di minske wit faek nat hwat hi biarbeidet*, homo sæpe ignorat quid sibi labore et curis paret. *De gierge goárre in de eergierge wynborlle beærbeydje jearm salme alle beyde yen kol oppe wráld*, G. J. II. 99.

BIBEAMKJE, lintea ornare acu pictis arbusculis. *De moerren tecken-wirck*, *bebeámd*, *bebyld mey syde*, G. J. I. 2, parietes sunt tapetes acu picti sericiis arboribus et imaginibus.

BIBURGIA, vb.a. F.v. fide-jubere, spondere quid cui.

BYCHTJE, vb.a. confiteri peccata; ex *bi-ichtje*, ut Sax.v. *gihan*, *gehan*, ex *ge-ihan*. F.v. *iechta*, affirmare, confirmare, confiteri; ex *ia*, confiteri, affirmare, 3 pers. sing. ind. *iecht*, pf. *iech*, pf.p. *e-ien*, Ags. assimilatis literis *ettan*, *ittan*; *and-ettan*, confiteri. Ags. North. *ond-ittian*, *ond-ettan*, *ond-etlian*, Surtee, Psalm. 106, vs. 31; 66, vs. 6. *Ic ondetto* pro *ond-ekto*, confiteor, 56, vs. 10. Confer Isl. *ditta*, Ags. *dyttan*, ex *dyhtan*, claudere, Ang.v. *to dit*, idem; Ags. *hatan*, pf. *hecht* et *het*. In genere Angli *h* ante *t* elidunt enuntiantes *right*, *wight*, *night*; *fought*, *bought*, per *reit*, *weit*, *neit*; *foot*, *boot*. F. *thicht*, Isl. *thiettr*, densus, Ang. *tight* in ore *teit*.

opbychtje, vb.a. condita evolvere, animi sensum pandere.

bycht, cg. confessio peccatorum. F.v. *bicht*, Alam. *bijiht*, Sax.v. *bigihto*, F.v. *byekte*, *bichte*, idem. — Prov. *Quæ biecht*, *quæ absolutie*, Burman. 57, (mala confessio, mala absolutio) si celas, quo laboras, nil tibi remedio erit. Phrasis e trivio, *ien faem di bycht áfnimme*, coire cum ancilla.

bigeter, F.o. Gal. *confesseur*. Nl. *biechtvader*, O. F. landrecht, 478. *Bi-igiter*, per diæresin pro *bi-ichter*, *bychter*.

BIDAELD, adj. facie notatus variolarum cicatricibus, F.u. *pok-dalen*, cicatrices variolarum, F. *pokdobben*. *Dalen* et *dobben* proprie sunt scrobunculi.

BIDAPPE, BEDAPPE, vb.a. Saterl. deprehendere quem. E. II. 189. Ang.v. *dap*, the nip of a key.

BIDARJE, vb.a. et n. detumere. G.J. *bedearje*, resipiscere, Nl. *bedaren*, Sax.l. *bedaren*, idem. Kil. *Bedaren*, Hol. Fris. reconvalescere. j. *bekomen*." Noord-Hol. *bedaren*, remanere. *Na datse scheen aen 't wesen of bedaren is sij out omtrent haer ses- of achtien jaren.* Bred. Moor. II. 3. Isl. *dasaz*, fatigari; *das*, n. lassitudo. Hald. *Dasa*, otiosus esse, *dasi*, m. homo desidiosus. Sneth. *dasa*, cubans otiari. Egilsson.

Di wyn bidarret, cadit ventus. — *Di man is lilk*, *mar hi scil wol bidarje*, iratus est, sed cito mitescet. — *It hachje scil mei di jirren wol bidarje*, anni levem et volubilem juvenis animum frigore ferient. — Active, *Bidarje dy hwat*, compesce animos, compone te. Hol. *Bedaar den man wat*, seda hominis animos.

bidarje, gradum alicubi sistere ibique hærere. *Hwær scil dat hynder bidarje?* quorsum ardens equus ruit, ubi gradum sistet? *Hwær is dy swift bidarre?* quorsum decoctor ille profectus est, ubi fixit sedem? *Ik wyt nat hwær myn scuón bidarre binne*, nescio ubi lateant calcei mei.

Digitized by Google

BIDDE.

BIDDE, vb.a. precari, invitare. præs. *ik bid*, pf. *béa* pro *béad*, pf.p. *béan*, *bidden*, Sc.o. *bein*; pr.p. *biddende*, ger. *to bidden*; F.v. *bidda*, *bidia* (bidja), pf. *béd*, pf.p. *beden*; Goth. *bidjan*, pf. *bath*. Ags. *biddan*, pf. *bæd*. Distinguunt Saxones littorales inter *bidden*, mendicare, et *bidjen*, blande supplicare. B. N. L. I. 67.

Precari. *Ien Fries ken nat bidde ind smeke*, submisse petere a magnatibus beneficium non est hominis Frisii. — Prov. *Gong oeyt in bid*, *gong 't huwe in lij*, M. S. exi et supplica, redi domum et perpetere, nihil obtinebis. — *Di thjeaf bidt di iene God um di oare dat di faem him nat forklappe scil*, fur ancillam per omnes deos obsecrat ne denunciet se domino.

Invitare. *To bry bidde*, in commessationem vel prandium invitare. *To leed bidde*, ad exequias vocare consanguineos et amicos mortui. *To brulloft bidde*, invitare ad festum nuptiale. Ang. *Madam, the bidden guests are come*, A. Philips; F. *Mefrou, di bidden gasten binne komd*. Ang. *to bid*, to invite. „Still used in the North, especially with reference to an invitation to a funeral, which is termed *a bidding*. Two or four people called *bidders* are sent about to invite the friends and distribute the mourning." Halliwell, *bid* et *bid-ale*. Idem mos cum voce *bidder* viget inter Frisios ruricolas.

leed-bidde, invitare ad exequias.

leed-bidders, pl. elliptice *bidders*, qui invitant amicos et consanguineos mortui ad exequias et epulas ferales; obeunt autem villas bini vel quaterni. Sax. l. *doon-bidder*, idem; *kost-bidder*, qui invitat ad festum nuptiale.

nacht-bidde, nocte obscura cogere stipem.

nacht-bidder, cg. homo egenus, qui medio hieme nihil invenit quo vitam sustentet, quemque pudet interdiu mendicare, nocte media, cum aquæ glacie rigent et nives terras tegunt, longe lateque villas obit, ut stipem cogat. Pulsat leniter fenestram; rusticus surgit et ei in cochleari per ostiolum vitreum fenestræ porrigit stipem. Cum inter hos egenos laterent cessatores ignavi vox *nachtbidder* figurate abiit in convitium hominis illiberalis et abjecti.

BIDDE.

bede, f. F.v. preces, supplicatio. gen. pl. *bedena*, dat. *bedum*. *Hy hat it jacht ter bede*, usus phaseli ei conceditur; dominium non est ejus. F.o. *Bi ües werd feilmael ón béde ón sede*, apud nos preces sæpe vim legis habent; proverbium inter insulanos Frisiæ Orientalis. Cum nemo nisi fame coactus beneficium roget illud recusare fere nefas habetur. *On* ut Ang. *one* fluxit ex Ags. *án*.

béa, cg. supplicatio.

béding, F.v. supplicatio, precatio.

biddelje, vb. frequentativum, frequenter precari, i. e. mendicare, stipem cogere.

biddeler, cg. mendicus. *Di faem is sa bang foár ien feint as ien bidler foár ien dubelstuwr*, formidat virgo juvenes ut mendicus duorum stuverorum stipem. — *Op syn biddelers*, non omnes eandem viam ingredi, sed quisque suam. Mendici quippe quaquaversum vagantur; inde proverbium Ang. *The beggar is never out of his way*, F. *Di bidler is nea fen di wei áf*. Ray, 2. Inde et Anglosaxonibus *vædljan*, vagari, est, mendicare. F. *rinne*, currere, per euphemismum, mendicare.

biddel-hikke, vectis lusorius quem liberi pauperum viatoribus objiciunt in viis publicis ut stipem erogent. Dicitur et *klús* (kloes), licet veteres Frisii sepem super aggerem marinum transversam appellabant *klexie*. Vide *Verslag Fr. Gen.* 1852/3 p. 11.

Prov. *Loaye liu' bidde God um wirk ind thankje him dat hja it nat krye*, pigri petunt occupationes a deo eique grates agunt quod otiosi manent. — *De jungste bidler mat di koer drage*, natu minimum mendicum oportet manticam portare, i. e. in via onus incumbit junioribus. Junioribus incumbunt officia operaria. — *It is di iene bidler leed dat di oare ien duit kriget*, Ang. *It 's one beggars woe to see another by the door go.* — *It is better ien bidler to stedrren as to libjen as ien bidler*, Ang. *Better to die a beggar than live a beggar.* — *Lien dyn hynzer oan ien bidler ind hy fliucht er mei ut 'e fjouweren*, Ang. *Set a beggar on horse-back and he'll ride a gallop*, asperius nihil est humili cum surgit in altum. — *Biddelers bitelje mei lüsen*, Ang. *A beggar pays a benefit with a louse.*

Digitized by Google

BIDEKKE, vb.a. obtegere, occultare. *Di grouw is biditsen mei snie*, obtegunt nives terram. — *Ik stéan di man nat; hy is bidekt*, diffido homini; occultator est. — F.v. *bithekka*, vb.a. cooperire; unde *erthe bithacht*, terra coopertus. *Th* redit in F. *thekken*, stragula lecti.

BY-DEL, adv. deorsum juxta vel prope. *Di leppel is er by-del fallen*, cochleare cecidit de mensa. Confer *by-ien*.

BIDELA, vb.a. F.v. decernere; quod judicis est, Nl. *bedéling van 't recht*. F. *bidele*, partiri quid in alios, erogare necessaria egenis, Ang. *deal out to*. Ags. *bedælan*, dividere, separare.

bideling, cg. partitionis distributio.

BIDEST, adj. timidulus. *Stil ind bidest*, placidus et pudibundus. Nl. *deysen*, *deynsen*, retrocedere in pedes, tergiversari. Nl. *bedeesd*.

BIDIBBERJE, vb.a. animi motus reprimere. *Him bidilberje*, se compescere.

BIDYE, vb.a. et n. lucrari quid, prospere succedere. *Hy bidyt neat mei syn unfrommens*, nihil lucri dolis malis facit. *Hy bedyt*, bene rem gerit suam. *It bedyt goed*, bene succedit. *Di béam hat al thrije jier stien, mar bidyt net*, arbor sata ante hos tres annos nihil incrementi cepit. Nl. *bedyden*, *bedygen*, Kil. augescere, bene provenire, rem facere. Antiquitus *bedijgen* e crescendi notione transibat in affinem „fieri" apud Flandros. Dicebant enim *die boom bedijgt groot*, *dat velt bedijgt groen*, *die os bedijgt vet*, pro *wordt groot*, *wordt groen*, *wordt vet*. Kil. *bedijden*, vet. fieri, evadere. Burman, aenmerkingen. I. 152. Ags. *theon*, prosperare. Ang.v. *betheed*, prospered, Verstigan. F. *bedyd*, idem. Confer *dye*.

BIDIKERJE, per tubum telescopii intento oculo speculari res in longinquo positas. Confer *diker-kykje*.

BIDYKJE, vb.a. munire agros, præsertim prata, contra aquas surgentes aggeribus. Ags. *bedician*, scrobe vel fossa munire. — *It lân' bidykje*.

BIDIMPE, vb.a. compescere. *Him bidimpe*, suam iram reprimere. Confer *dimpe*, fossam injecta terra obturare. Ang.v. *damp*, afflictatio, dejectio animi.

bidompen, adj. (coelum) obnubilum, madidum et remissum.

bidompeld, adj. hominum exhalatione inquinatus; sc. aër in conclavi nimio hominum cœtu repleto, pectus opprimens. Alias *bidompt*; *bidompte kéamer*. Conf. *dompe*, deprimere; *dompelje*, mergere, mergi. Kil. *bedompen*, fumigare.

BIDJERRE, vb.n. et a. depravari, corrumpi; depravare, corrumpere; præs. *ik bidjer*, *dou bidjerste*, *hi bidjert*, pl. *wi*, *jimme*, *hja bidjerre*; pf. *ik bidoar*, *dou bidoarste*, *hy bidoar*, pl. *wi*, *jimme*, *hja bidoaren*; pf.p. *bidoarn*, pr.p. *bidjerrende*, ger. *to bidjerren*. In his omnibus *f* post *r* more solito assimilatur; confer F.u. inf. *bederwe*, præs. *ik bederf*, *dou bederfste*, *hy bederft*, pl. *wy*, *jimme*, *sy bederwe*. pf. *ik bedürf*, *dou bedürfste*, *hy bedürf*, pl. *wy*, *jimme*, *sy bedürwen*. pf.p. *bedürwen*, pr.p. *bederwende*, ger. *tü bederwen*. Veteres F. jam elidebant f, F.v. *thura*, *dura*; *thora*, *dora*, opus habere, egere; præs. *thur*, *thoer*; pf. *thorste*, pl. *dorsten*. Ags. *thearf*, pl. *thurfon*; pf. *thorfte* pl. *thorfton*, opus habere. Ags. *thearfhlaf*, panis azymus, qui egestate vel temporis angustia cogente coquitur. Wycklyffe *therf-looues*, Ex. XII. 8. *therfbreed*, Gen. XIX. 3. Ang.v. *therfbreed*; Nl. (Kil.) *derf-brood*, Ang. Bor. *derfboord*. E notione egendi, carendi, fluxit vicina egenum miserumque reddendi, corrumpendi, depravandi. Nl. v. *bederuen*, carere, Nl. *derven*, carere; *bederven*, corrumpere. F. *Di fisk bidjert*, *di moalke bidjert mei dit mylde waer*, corrumpuntur pisces capti, corrumpitur lac tepida cœli temperie.— *Beppe bidjert di bern*, avia indulgentia pueros corrumpit. Prov. *Ién soan ind dy bidoarn*, filius unicus isque amore parentum cœco perditus.

bedarwe, F.o. necesse esse. *We bedarwen de koop nich to holden*, Stür. nil nos obligat emtionem habere ratam.

biderf, n. tantum quantum egeo, satis cibi. In epulis rusticorum convivator convivas sæpe premit ut ultra vires se onerent cibo et vino, cui conviva respondere solet, *Gréaten thank foàr my! Ik hab myn biderf*, Gratias ago maximas! Bene, abunde est mihi. *Di boer hat yn hea ind gærs syn biderf*, rusticus pastus in usum pecoris sat habet. Ags. *betheorfath*, necesse est; *betheorfte*, necessitas, quibus vocibus Etmullerus caret, p. 582.

biderf, n. corruptio. *Dær komt biderf*

Digitized by Google

BIDJUPT.

oan it lyk, rancere incipit cadaver. Alias *bidjer'*.

biderflyk, adj. foetorem redolens. *It flæsk is al biderflyk*, caro tetrum putredinis odorem spirat. Confer formam vocis Ags. *thearflic*, utilis.

bidjerrens-waer, n. temperies cœli tepida, qua pisces, carnes, atque lacticinia cito in putredinem vergunt. *Bidjerrens* pro *bidjernes*; eadem forma quæ vocis Ags. *thearfedness*, f. paupertas. — Omnia Anglis desunt.

BIDJUPT, BIDJUPT, adj. participiale, animo confusus, perturbatus, circumventus. G. J. II. 100, 108.

bedüpe, vb.a. F.o. decipere. Stür. Confer *dippe*. Nl.v. „*duypen*, verticem capitis demittere; *Duypen*, *duyper*, homo prono capite spectans terram et submisse se gerens." Kil. — „*Eenen duypen*, un niez, lourdaut. Homo insulsus." Plantijn. — E fonte Francorum fluxit Gal. *dupe* et *duper*.

BIDOBJE, vb.a. in terram infodere. *Di koun bidòbbet di bunken*, canis terra obruit ossa. — *Dòbbe*, scrobs.

BYDOEKJE, vb.a. addere quod deficit. *Di boer makket di hier nat; hi mat bydoekje*, colonus locarium non efficit e proventibus agrorum; ex suo supplere debet. Confer Nl. *docken*, dare, erogare, F. *opdokke*.

BIDOLKJE, vb.a. armis potiri, pugnando acriter acquirere. G. J. I. 91. *Ho Friezne fruechtljue lânfrye eerpreal bedolckne*. Isl. *dolg*, pugna; *dolgstrangur*, acer in pugna; *dolgs*, fortis adversarius, hostis; *Frisa dolgr*, inimicus Frisiorum. Egilsson. F.v. *dolch*, vulneratio, vulnus. F.o. *dulcken*, verberare; *dolje*, deverberare. Hol. *de koe dollen*, sica vel securi cerebro bovis vulnus mortale infligere, mactare.

BIDOLLE, vb.a. defossa terra cooperire, sepelire; infodere, defodere in terram. Figurate, *bidold yn druk*, sepultus, oppressus doloribus. — *Bidòlle* assimilatis literis pro *bidolwe*. F.v. *bidelva*, Ags. *bedelfan*; F.v. pf.p. *bidulven*, Ags. *bidulfen*, *bedolfen*; ex pf. *bidolf* est F. *bidolle*, pf. *bidolde*. Hodie valet

bidòlle, circum-fodere, quaquaversum fodere. *Di junges habbe di hele tûn bidold um angel-wjirmen*.

BIDOTTE, vb.a. decipere. Nl. *bedótten*, Ang. v. *bedote*, decipere. Chaucer.

BIDRIPPE.

BIDOUWJE, BIDAUWJE, vb.n. rore irrigari. Ang. *bedew*, idem. Ags. *deav*, ros.

BIDRAGE, vb.a. decipere; pf. *bidroeg*, pf.p. *bidrein* (ex *bidregen)*, Sueth. *bedraga*, Dani *bedrage*, fallere. Ags. *dragan*, pf. *drog*, pf.p. *drægen: bedragan*, Ang. *to draw by*, decipere. Sueth. *draga*, trahere, decipere. B. L. *trahere*, prodere, Gal. *trakir*. Isl. *draga*, trahere. Genuina consonans tamen est *th*, ut patet ex lex. Run. *thraga*, quod plane respondet Lat. *trahere*, Germ. *thragan*. „Aliquem fune tracto circum capere;" hæc notio primitiva verbi *bidrage* redit in F. *bitrekke*, decipere, proprie, trahere circum-circa, Lat. *circumvenire*. Kil. *betrekken*, attrahere, allicere. Ang. *betray*, (bethrage) prodere, Kil. *bedragen*, deferre, accusare.— Nl. *bedriegen*, Hd. *betrügen;* poeta Gysbertus Hollandissat in verbo *bedriegje*. Jun. Et. *draw*.

BIDRAYE, vb.a. in varias partes et variis modis circumagere, involvere. *Di mem scil dat sa wol bidraye dat di dochter oan 'e man komt*, mater variis artibus collocabit filiam.

BYDRAYE, vb.n. sistere navis cursum ut appropinquet alteri navi; figurate, mittere postulatum, obsequi.

BIDRIPPE, vb.a. stillicidio madefacere. Hol. *bedruppen*, Ang. *bedrop;* Milton, *Not so thick swarm'd once the soil Bedropt with blood of Gorgon:* F. *bidript mei bloed*, Nl. *bedrupt met bloed*, guttis sanguinis aspersus. *Myn boeken binne bedript ind bidoarn*, mei libri stillicidio depravati sunt.

Figurate, *Hwat my bidript ken dy bireine*, dedecus, quo mea familia notatur, forsan in te majore opprobrio cadet. Alias, *Dat di eine bireint ken di oare bidrippe. — Lokkich ky dy him selme bidrippe ken*, felix qui se et familiam propriis viribus sustentare valet, qui non pendet ab aliis. Metaphora est ab aspergendo cibum adipe. — Frequentativum verbum

bidribbelje, vb.a. inquinare merda liquida. *It bern bedribbelt him*, infans se concacat. *Di poekoánne dòckt ien steil wird, mar ky bedribbelt him fen bangens az it op 'e neil byt*, Thraso jactans ingruente periculo trepidat. — Ang. v. *bedrabylyd*, dirtied, wetted; *drabbletail*, a woman whose petticoats are wet and dirty. Halliwell.

Digitized by Google

drabbel-koeke, cg. scriblita forma similis vermium se convolventium glomeri; nomen habet a filo pultis farreæ, quod coquus stillat in butyrum ebulliens, ubi indurescit. Confer *dribbelje*.

BIDRIBBELJE, vb.a. cursitans moliri, ut vetulæ omnia curantes solent. Nl. v. *drabben*, cursitare, itare; *drabbers*, calcei. Kil. Mhd. *bedraben*, cursu aliquem attingere. Benecke, I. 388.

BIDRIUWE, vb.a. agere, patrare; inhonesti quid committere. pf. *bidreau*, pf.p. *bidreaun*, ger. *to bidriuwen*. F.o. *bedrift*, committere. C. M. 172.

bidriuw, n. negotium, opificium, opera, omne quo quis victum quærit.

boere-bidriuw, n. agricultura, tum aratio, tum cura rei pecuariæ.

stiunk-bidriuw, n. commissa foeda.

BIDROAWJE, vb.a. contristare; (G. J. male *bidroafje*) pf.p. *bidroaft*, contristatus.

bidrûwd, (bidroed) proprie contristatus, lamentabilis, in usu, perversus, malus. *Ien bidruwde junge; ien bidruwd famke*, puer protervus, puella molesta. *Ien bidruwd wirk*, factum perversum, iniquum, aliis onerosum. — *Men kat ien bidrúwden arbeid um junges yn stokken to hálden*, pueri protervi difficillime compescuntur.

bidruwde, adv. valde, vehementer, plurimum sensu malo. *Bidruwde kâld*, sæve frigidus; *bidruwde éarm*, pauperrimus; *bidruwde lilk*, valde iratus; *bidruwde pynlik*, dolore acerbo plenus. Fere simili sensu Latini usurpant *tristis, Tristiora remedia, triste lolium*.— Notione fausta; *bidruwde jern*, cupidissime, libentissime (F.o. *bedreuwt gæren*. Stür. 11.) *bidruwde moai*, pulcherrimus; *bidruwde swiet*, suavissimus. Eodem sensu usurpant *unfuch*, enormis, incompositus; *iselik, oerlibel*, horrendus, cæst. quæ vide. Lat. *misere cupere, misere amare*, i. e. valde.— *Oa*, duabus licet literis scripta, proprie una est vocalis longa in *droawje*, ut *ó* in Goth. *dróbjan*, turbare.

BIDRUGJE, vb.n. siccari. *Mei di noardewyn bidrugje di klaeiwegen al*, boreas siccat vias argillosas. *Bidruye* et *bidrugje*, siccescere, æque valent in usu.

BIDUCHTJE, vb.a. metuere. *It stiet to bidüchtjen dat it jild nock iendris di wrâld rejerje scil*, metuendum ne

parati nummi tandem mundi imperium teneant. *Ik bin bidücht foár di éarme minsen, dy nin wirk hábbe*, metuo pauperibus, qui quo victum quærant non habent.

BIDUNGJE, BIDONGJE, vb.a. stercorare agrum. *Di finne bidungje*. Figurate, *bidonge yn freámd-lánt ful*, G. J. inquinatus sordibus terræ peregrinæ. In reliquiis Ags. non mihi occurrit; sed reatat in Ang. *to bidung* notione propria et figurata; *(Goliath) leaving all but his head to bedung that earth, which had shaken lately at his terrour*. Hall, Resolutions. Dec. 1. — *They will appear in the streets soundly bedunged with calumny and filth*. Pullers, Moderation. p. 485.

BIDUST, adj. F.o. stupens. *Dy néa net 'ris yn 'e bocht springt rekket er bidust under*, sine ulla remissione animus tandem hebescit. — F.v. *dusia*, deliquium animi pati, freq. Ags. *dysigean*, ineptire. Vox Anglis ignota.

BIDWAEN, vb.a. peragere. F.o. *bidoon wæze*, occupatus esse in aliqua re. F. *Hwat bidôchste dær docht?* Quid tandem ibi agitas, moliris? — Relative, *him bidwaen*, F.u. *him bedoen*, F.o. Sax. l. *sik bedoon*, sese concacare, per euphemismum. *It bern bidocht him*, F.u. *It kyn' het him bideend*. F.o. *bemaken (hum)* se conspurcare ut solent infantes. A.v. *bedone*, wrought, made up. B. N. L. I. 226. Stürenberg, 11. F.u. *bedoen*, præs. *ik bedoen my*, pf. *bedeed*, pf.p. *bedeend*.

BYDWAEN, vb.a. addere. *Wolsthou hwat jild by dyn seinemsinsen dwaen?* Adde quid argenti, quæso, tuis votis. — *Bydwaen*, miscere veritatem additamentis fictis: *Is dat allegearre suwer wier? Ne! Hy hat er hwette bydien*.

BI-EAGJE, vb.a. oculis assequi. *Fen Rawier ken ik Inkhusen biéagje*, e clivo rubro Stauriensi Enkhusam prospicio. Hollandi tropice *be-ogen*, in scopum tendere, velle. Confer *éack*, oculus.

BI-EARSKJE, vb.a. circumcursitans multa moliri, *Hwat biéârsket it âld-wyfke docht de god-gânskelike dei?* Quid vetula per totum diem circumcursans tandem molitur? Vetulæ cursantes frequenter clunes agitant; inde ex *éars*, vb. *éârskje, bi-éârskje*. Eodem sensu fere F. *bidribbelje*.

Digitized by Google

BIEDE.

BIEDE, vb.a. pretium pro merce offerre. præs. *ik bied*, pf. *béa* (ex *béad*), pf.p. *béan*, pr.p. *biedende*, ger. *to bieden*. Ags. *beodan*, pf. *bead*, pf.p. *boden*. F.v. *biada;* præs. *ik biede*, pf. *ebad*, *bad*, pl. *bedon;* pf.p. *ebeden*, *beden*, (Saterl. *baden.)* ger. *to biedane*, jubere, offerre. *Is hit ac thet hi iefthe sine friunda thenne ield biade for then datha*, si ille vel consanguinei offerunt pecuniam pro occiso. F. *Mei loawen ind bieden rekket di kéap kléar*, petendo et offerendo pretium fit coemtio. Confer *loawe*, liceri de pretio, cum Isl. *lofi*, m. vola manus; venditor et emtor vicissim dextras plaudunt.

bâd, Saterl. jussum. F.v. *bod*. Het. 228. Ags. *bad*, pignus.

forbiede, vb.a. vetare. *Forbéane tiid*, tempus quo magistratus vetat quærere ova (ex. gr. vanellorum), piscari vel venari, ne proles pereat. *Forbéan wetter*, aqua in qua jus piscatus uni soli est. Figurate, *Hi fisket yn forbéan wetter*, concubat cum uxore alius. — Ags. *forbeodan*, prohibere; F. v. *urbiada* et *forbiada*, Isl. *fyribióda* vetare. Ang. *to forbid*, vetare, interdicere;

Thy throne is darkness in th' abyss of (light,
A blaze of glory that forbids the sight;
O, teach me to believe thee thus con- (ceald,
And search no farther than thy self (reveal'd.

Dryden.

opbiede, vb.n. et a. licitari, liceri contra in auctione.

BIELD, n. imago, pl. *bylden*. *Ien bield fen ien faem*, virgo pulcherrima. Scot. *beelde*, model of perfection or imitation. Jam.

bield, scheda papyracea imaginibus typographis ornata, infantum crepundia. Ylst, Uretherp et alibi; cæteri F. *heiling:* sed Hindelopiæ

bîlkede ex *bildked*.

bileth, n. F.v. imago. Contracte *byld*. *Israhel! Dyn god scheltu neen byld makia*, 438, 9, vulgat. „Non facies tibi sculptile." Ex. XX. 4. Hæc verba, postquam concilium Nicæ imagines in templa introduxerat, in decalogi versionibus medii ævi sunt omissa, excepta tamen vetere versione Frisica. — Sax.v. *bilithi*, *bilidi*, signum, exemplum, parabola, imago.

BIEN.

Isl. *bildr*, m. scalprum, telum. Vox Anglosaxonibus et Anglis deëst. Lege *blithe* pro *bilithe*, Cædmon 232, 7.

byltnis, n. imago.

byld-houwer, cg. cuneus ferreus quo deceptor acumina cornuum boum in speciem juvenilem conformat; etiam annulos cornuum, indicia ætatis, pro lubitu lima minuit, ut anni octo, exempli gratia, decrescant in numerum quaternum. *Di byldhouwer*, (proprie statuarius) et *di Frysce diwel*, (diabolus Frisicus) sunt synonyma. Annuli sive orbes isti, quibus anni singuli cornua vaccæ cingunt, vocantur *kernen*, et *kerwen*.

foárbyld, n. exemplum.

foárbyldsel, n. institutio moralis proposita exemplo.

okke-byld, n. pupa infantis. *'n Moai okkebyld!* pulchra pupa; per sarcasmum, virgo teterrimæ formæ.

byldje, vb.n. nitere ornatu. *It wiif byldet as ien apel op di poátkast.*

biletha, vb.a. F.v. formare, formam addere. Accentus est in *bil*. *Dat kind an thera modere bilethad*, 240, 22, 27, infans formatus in utero.

forbyldje, vb.a. exprimere, repræsentare quid vel quem sculptis vel pictis imaginibus.

ynbyldje, vb.a. opinari, fingere animo et cogitatione. *Domenys ind scoálmasters byldje hjar ien bülte yn*, sacerdotes et ludimagistri nimis sibi placent.

ynbylding, cg. imaginatio. Prov. *Di ynbylding is slimmer as di threddeis keáld*. pl. *ynbyldingen*, somnia, phantasmata.

utbyldje, vb.a. exprimere imagine. G.J. *Di Frysce tonge mei letters utbyldje*, præf. XXIX, Ang. *to figure the Frisian tongue with letters*.

utbylding, cg. effigies, repræsentatio.

BIEN, n. os. pl. *biénnen*, *bjinnen;* diphthongus *ie* accentu, quo caret monosyllabus singularis, in bisyllabo plurali indurescit et brevis fit; poeta Gysbertus minus recte *bienen*, lege *biénnen*, ossa. *Biénnen* præcipue notat ossa piscium; elliptice pro *fisk-bjinnen*, idem quod *fisk-bonken*.

bíen, F.u. os et crus; Nl. *been*, os et crus, sed pl. *bénen*, crura; *beenderen*, ossa. F.b. *biak*, n. Joh. 100, os et crus F.u. *Jou kenne op tén bien niet gaen*, (uno pede ambulare nequis) duo

Digitized by Google

pocula vini tibi sunt haurienda. F. *Men kenne op tén sconk nat rinne*, idem.

bên, n. F.v. os, crus. gen. *benis*, *bens*, dat. *bene*, acc. *ben*. plur. gen. *bena*, *benena*, dat. *benum*. Ags. *bán*, pl. *banu*, gen. *bana*. Ang.v. *Bynd thine tonge with bonene wal*. Reliq. Antiq. I. 112; *bonene*, gen. plur. sequitur F.v. *benena*. Ags. *à* peperit Ang. *o* in *bone*, et *á* peperit *é* in F.v. *bén*.

Er nin bien yn fine, nulla re gravari, nulla causa retineri; proprie, non invenire ullum os in carnibus quas manducamus, i. e. difficultatem. Angli *to make no bones*, to make no scruple. Ang. *Perjury will easily downe with him, that has made no bones of murder*, F. *Dy ien moarth dien hat fynt eák nin bien yn ien falsce eed.*

Twa konnen our tén bien
Komme selden wol our tén,

Burman. 69, qui dispertiunt inter se prædam raro congruunt.

Like Aesops hounds, contending for the (bone,
Each pleaded right and would be lord (alone.

Dryden.

benene-burch, F.v. (ossium receptaculum) matrix. (Confer *burch*). Ags. *ban-beorh*, ocrea, (crurum receptaculum).

ben-breke, F.v. ossis fractura. Ags. *ban-brice*.

ben-frotha, F.v. ossium attritus. F.o. *fröten*, *wröten*, F. *wrotte*, versare terram. Ags. *wrotan*, subigere, versare rostro. Gal. *frotter*.

bianlangh, F.b. tibialis pars crus tegens. Johan. 133. F. *fuótling*, pars inferior tibialis. F.b. *fœitling*, idem.

been-laper, F.o. chirurgus; dictio ludicra, ut et Gysberti *buwk-laper*, medicus. F. *laepje*, resarcire.

bjin-roas, cg. dolor ossium rheumate laborantium.

bjin-scaef, cg. idem quod *benfrotha*, sed Ang.v. *bone-shave*, sciatica, (runcina ossium).

bien-setter, cg. alias *lidsetter*, chirurgus, præsertim qui luxata reponit membra. Ang. *bonesetter*, idem.

ben-skredene, F.v. ossis læsio.

bjin-wirk, n. conformatio lineamentorum pedum. *It kynzer hat ien moai bjinwirk*.

bienen, bjinnen, adj. osseus. *Lit di man ite mei 'n bjinnen knüf*, (Ang. *Let the man eat with a knife of bone?)* homo puerilis et obtusus; proprie, cultrum ferreum ab eo amove ne se vulneret. *Bienen mæsheft*, cultri manubrium osseum. F.v. *benen*, osseus.

been-setich, adj. F.o. agglutinata ossi (cutis post vulnus sanatum.) F.v. *seta*, *setta*, ponere.

bjintich, adj. crassis ossibus præditus. *Ien bjintige kou*. Ang. *bony*, (F. *bonkich*).

Burning for blood, bony and gaunt (and grim
Assembling wolves in raging troops (descend.

Thomson, Winter, vs. 394.

Thycke man wel yboned and strong. R. Gloucester. p. 414. Nl. *wel gebonkt*.

bien-druch, adj. Ang. v. *bone-dry*, valde siccus.

ben-fest, adj. F.v. ossi concrescens (caro vulnerata).

bien-hird, adj. perdurus.

bjin-itich, adj. macer sed ossibus giganteis instructus. *Bjinitige keerdel*, Ang. *big-boned man*, Nl. *zwaar gebonkte kerel*. Alias, *bjinbitich*. *Screder kou*, vacca ossibus magnis, fere synonymum est.

ben-sechtich, adj. F.v. ita vulneratus ut os cadat sub oculos.

ben-stallich, adj. F.v. idem quod *benfest*.

brust-ben, F.v. os pectoris, os ensiforme, F. *boárst-bien*.

hense-ben, F.v. os sacrum. Rustici Transisalani, *Et been doar de hàke van de konte an hengt*. F. *stuit*.

hreg-ben, F.v. spina dorsi. F. *ræckbonke*, *kjetting*.

nose-ben, F.v. narium interfinium, isthmus. F. *noas-bien*.

quam-ben, F.v. *quem-ben*, costæ nothæ. F. *koárte ribbe*. — Goth. *vamba*, Ags. *vamb*, venter: forsan ex *hvamb*, et *h* = *ch* = q ut Scoti *quha* pro F. *hwa*, Ang. *who*, qui; *quhig* pro Ags. *hvæg*, Ang. *whey*, Nl. *wei*. F. *wai*, serum; *quhit* pro Ags. *hvæte*, Ang. *wheat*, F. *kweet*, cæt. Jamieson. Douglas. Aen. gloss. *qu*. Ergo proprie, ventris ossa.

ribbes-ben, F.v. os costæ, costa. F. *ribbe-bonke*.

skulder-ben, F.v. scapulæ. Hind. *schölderbunke*, F. *scouderbonke*.

Digitized by Google

BIER.

widu-ben, F.v. clavicula.

biente, n. ossium compages. F.v. *benete*, n. idem. Nl. *gebeente.*

bjinke, *bjintsje*, n. ossulum, crusculum. *Bjintsje brekke*, fultus conto inter crura intermedio saltu superare fossam. F.u. *Ieman by 't bientje krye*, decipere, emungere quem. F.o. *hum bi 't been krígen*, idem. F. *Immen 't bjintsje lichte*, idem, proprie inter luctandum adversario levare crurum alterum; supplantare, *ὑποσκελίζειν*,

F.u. *It beste bientje foar*, (promove pedem faustum primum, i. e.) nil desperandum; bene rem gere tuam. De fausto et ominoso pede vide p. 194.

bjintsje-kóu, cavea lapidea in coemeterio turri contigua, in qua asservantur mortuorum ossa. Lat. *ossarium.*

bonke, cg. os. *Di bonken dogge my seer*, dolent mihi ossa. *Di houn gnouwt op ien bonke um*, canis arrodit os. — *Di bonken*, pedes, tibiæ; notio ex trivio: *Ik scil dy di bonken stikken kneppelje as-tke hjir werkomste.* — Confer Ang. *bone*, os, et *bunch*, tuber, gibbus. Ang.v. *bonket*, coxæ os. — Prov. *Ho nyeer oan 'e bonke, ho swieter flæsk*, Ang. *The nearer the bone the sweeter the flesh.* — *Di rike lin kleye stien ind bien dat hja nat oerwinne*, divites clamant et lamentantur quod nil lucri accedat suis bonis.

bonkich, adj. ossium plenus, ut ex. gr. inter pisces lupus: *Di snoek is bonkich.* — *It flæsk is bonkich*, caro bovis vetuli habet ossa majora.

BIER, cg. feretrum. E lingua veterum Francorum Gallis restat vox *bière*, cercueil. F.b. *beor*, Joh. 100. Ang. *bier*, Ang. v. *bere*, *beer*, *ber*, Saterl. *bere*, Ags. *bær*, f. Hind. *berrie.* Aliæ dialecti plene *deá-baer*, feretrum quo cadavera portant in tumulum. F.v. *bera* ferre. — Nota cadavera puerperarum et aqua mersorum manibus portari, cæterorum mortuorum humeris. — Kil. „*baere*, vacuum sepulchrum, tumulus honorarius." Forsan Gal. *catafalque.*

Feretrum commune in eo differt a feretro ferali, quod hoc munitum est extantibus lateribus, inter quæ loculus ponitur; illud vero planum: inde poëta G. J. mortuum non collocat (super) *op 'e bier*, sed (in) *yn 'e bier*, G. J. I. 54.

BIES.

Kiemste joed dijn krolle-holle-kier,
Moorn, muwlck, reckeste ynne bier.

Wassenberghius *biere* hic loculum ipsum valere putat adeoque veteres suos mortuos non loculis inclusisse, sed feretro impositos in sepulchrum tulisse et sic intectos terra obruisse. Frisii veteres contra ea cura summa cavebant ne cadavera a lupis lacerarentur, et ea, tum querceis, tum lapideis capulis inclusa, ponderosis saxis tegebant. Confer Wassenbergh. I, 48.

Ang. v. *broght on bere*, mortuus. *Horse-bere*, lectica equo trahenda. *Yef any horse-bere wolde hym bere.* Robert of Glocester. p. 163. Confer omnino glossarium Boucherii *(bier)*, qui annotat apud veteres Anglos quamque paroeciam suum commune habuisse feretrum, quo ipsius mortui efferrentur, adeoque nullum feretrum unius fuisse dominium privatum. Idem mos usque adhuc viget apud Frisios.

bier-fet, n. loculus, capulus.

bier-klaed, n. pannus major quadratus niger ex lana, quo tegitur loculus et feretrum. F.u. *baerkleed.*

ber-wêd, n. F.v. idem.

bierje, vb.a. mortuum in capulo ponere; elliptice pro *bierfetje.* Nl. v. *baeren.*

BIERUM, nomen quorundam vicorum, ex *bérum*, in Ommelandia *Bierum.* *Aster-berum*, hodie *Eáster-bjirrum*, F.u. *Oosterbierum.* *Sexberum*, hodie *Sex-bjirrum*, F.u. *Sex-bierum.* *Piters-berum*, hodie *Piters-bjirrum*, F.u. *Piters-bierum.* Sub judice lis est num *berum* dicatur pro *werum*, cujus nominis aliquot sunt vici Oudh. en gesticht. van Vriesland, 175, 176, 177. Confer *Aster-Werum*, hodie *Eáster-Wjirrum*, F.u. *Ooster-Wierum* in Baerderadela. Verisimilius *Berum* constat ex *Bere*, n.p.v. et *ham.* Ambitus agrorum circum vicos *Eáster-*, *Sex-* et *Piters-bjirrum* vocantur *di Bjirrumen; hy wennet yn 'e Bjirrumen.*

BIES, cg. juncus, botanistarum „scirpus paluster." Hall. 235. Collective *di bies*, scirpi. *Di bies wirdt jár*, scirpi fiunt cariores. Tota Frisia, cujus partem nunc tenet Hollandia, in innumeris stagnis et lacubus juncis scirpisque scatebat, quibus lectum sternebant incolæ et plectebant mattas; inde Frisiis et Hollandis phrasis solennis *syn biezen pakke*, colligere

Digitized by Google

sarcinas. *Biezen ind liezen*, scirpi et gladioli aquatiles. *Biezen*, unde fiunt mattæ; dum crescunt in aquis, vocantur *kokels; kokel-snyer*, operarius secans scirpos ex aqua. Scirpi, e quibus fiunt sellarum sedilia, virentes in aquis, *popels* dicuntur.

bjiezom, *bjizzem*, cg. scopæ. pl. *biezoms, bjizzems*. F.v, *besma*, virgæ quibus cæduntur malefactores. Prov. *Nye bjizzems feye scjin*, Burm. 51. Ang. *New brooms sweep clean*. Ags. *byrm, besma*, m. virga, virgula: *mid besman swingan*, virgis cædere. Oros. II. c. 5. Collective, *besma*, scopæ. Ang. *besom*, Nl. *bezem*, m. Sax. l. *bese*, juncus, scirpus.

bjiezem-ries, n. virgulæ unde fiunt scopæ.

bjizzem-stirt, cg. gallus cauda cristata, pennis erectis, non undulantibus.

bjizzem-stoak, cg. scoparum manubrium. Hol. *bezemsteel*. Figurate, homo dorso rigide erecto incedens. *Di thjoensters ride op ien bjizzemstoak ta di scoárstjin ut*, in manubrio scoparum sedentes sagæ equitant per caminum in auras. — *Di jeugd moát er ut, sei it âld wyfke, ind hja ried op ien bjizzemstoak*, proverbium ridet catulientes vetulas. *„Dat giet er throck," sei it âld wiif, ind hja ried op ien bjizzemstoak*. Antiqua muliercularum superstitio fert vetulas vectas baculis volitare per auras.

bjizzem-stürke, F.u. *bezemstüverke*, (stuverus scopis signatus) respublica Batava cudebat numulos argenteos, quorum viginti faciunt florenum, eosque signabat fasce septem telorum, quæ referebant scopas, in notam septem regionum unitarum.

bjizzem-scjin, adj. mundus in quantum everrunt scopæ sordes; *scjin* contra cum lavando, fricando, gypsando omnia in domo nitent.

heide-bjizzem, scopæ ex ericeti ramulis.

plüeske-bjizzem, scopæ ex plumis. *Di rike moike mei plueske-bjizzems âffeye*, divitem amitam adulari. *Plomke-bjizzem*, idem.

riezen-bjizzem, scopæ ex virgulis alni.

âfbjizzemje, vb.a. præverrere scopis.

BIESTER, hirudo. Insula Borkum. Stür.

BIFALLE, vb.n. collabi, eventum sortiri, accidere, parere, placere. (Lat. *accidere* ex *ad* et *cadere*, ut *bifalle* ex *bi, be* et *falle*, cadere). Ags. *befeallan* Ang. *to befal*, contingere alicui, cum dat. accidere. Nl. v. *bevallen*, accidere, evenire casu. Hol. *bevallen*, placere. Kil. *beuallen*.

bifalle, vb.n. collabi. *It hus bifoel yn ienen*, domus improviso collabebatur.

bifalle, evenire. *It waeit hird, mar it ken bifalle mei rein*, ventus sævit, sed forsan exitum habebit in pluvia. Alias *it ken bislaen mei rein*.

bifalle, partum edere. *Myn wiif is bifallen fen twalingen, ien famke ind ien jonge; ien rikelius winsce*, uxor mea peperit gemellos, puellam puerumque, divitum desiderium. Nl. v. *bevallen van kinde*, quæ peperit, proprie, infante obruta, oppressa. — F.v. *bifalla*, cadere in dominium alicujus, obnoxius esse.

bifalle, placere, cum dativo. *Us faem is nat moai, mar hia bifalt us oars bæst yn it gebruk ind dat is it fornémste*, nostra ancilla non excellit forma; sed quod præcipuum est obsequio.

bifalle, F.o. *befallen*, rubigine laborare ut seges. Stür.

BYFALLE, vb.n. subire, in mentem venire. *Ynfalle*, vb.n. idem. — F.o. *bifalle*, idem, et assentiri, adstipulari; Hol. *bijvallen*, transire ad partes alicujus.

BIFANGE, vb.a. et n. obruere, opprimere, conficere, pf. *bifyng*, pf.p. *bifinzen, bifingd, bifongen*.

fange, vb.a. capere. Anglosaxones sensu proprio pf.p. *befangen*, (F. *bifongen*) comprehensus, circumdatus, contectus: *lichaman the hi mid befangen wæs*, corpore quo complexus erat.

Di keáld bifong him, frigus eum corripuit, sensus ejus obtudit. *Di sliep bifangt it bern*, somnus opprimit infantem, *bifingd fen sliep*, Nl. *bevangen met slaep*, correptus somno. — *Di weiden bifange*, prata ob nimiam æstatem flaccescunt et colorem mutant. *It gærs iz bifinzen*, herbæ flos correptus est.

bifang, m. F.v. jurisdictionis ambitus. *Thet di pawes tha Fresan mith tha gastelika riuchte welde bifa*, ut papa vellet complecti Frisios sub jure canonico. Hinc *bifang*. Nl. v. *bivanc*, regio suburbana in qua valet urbis jurisdictio

Digitized by Google

BIFARA.

F.v. *bifa*, comprehendere, deprehendere (malefactorem), obtegere, obruere, impetum facere in aliquem, pf.p. *bifangen*. Ags. *bifon*, pf.p. *befangen*. Ang.v. *befawn*, circumdare, apprehendere, quam vocem Wright omisit. Confer Lye *befangen*. Halliwell *befawn*.

BIFARA, præp. adv. F.v. ante (tempus.) *Bifara S. Maria dei*, ante diem festum S.M. *Bifara* (absolute), antea. — Ags. *beforan*, Ang. *before*. Nl. *bevorens*, adv. antea.

BIFEARJE, vb.a. assequi, exsequi. *Goads befelne befearje*, dei præcepta exsequi. G. J. I. 119. Nl. *Gods bevelen nakomen*, idem; *nakomen*, proprie, sequi, venire post. Ags. *befaran*, (venire circum, intercludere, peragrare, Nl. v. *bevaren*) assequi quem. Confer Ags. *began* (ob-ire) incumbere, colere, observare. Angli *to befare* perdiderunt.

BIFELLE, vb.a. jubere. pf. *bifoel*, pf.p. *bifellen*. F.v. *bifella*, jubere; mulctare; præs. *ik bifele*. pf. *bifêl*. pf.p. *bifelen*.

BIFELLINGE, cg. sepultura mortui. Ten Kate, II. 476. F.v. *to der molda bifela*, vel *bifæla* vel *bifella*, mandare terræ. Goth. *gafilhan*, abscondere, sepelire. Isl. *fela*, condere, collocare, abscondere; Lat. *pelire*, in *se-pelire*, ut *se-pono*, *se-movere*, cæt. seorsim *pelire*. *Bifeling* proprie occultatio; Nl. *bedekking*, *begraving*.

BIFETJE, vb.a. includere, comprehendere. F.v. *bifatta*. *Ien fjirder buter bifettet* 80 *poun*, quarta pars tunnæ butyri comprehendit 80 libras. Ags. *befeht*, includit. Figurate, mente capere; *Hwat ik nat bifetje ken is foár my nat iepenbiere*.

BIFIELE, vb.a. pertractare, figurate, animadvertere, comperire. — *Ien kou lifiele*, manu pertractante vaccæ pondus explorare. — *Su gau ik bifielde, dat di feint nat trou ind eerlik wier, makke ik Maeye mei him*, ut comperi famulum esse furacem eum dimisi.

BIFIFELJE, vb.a. circumducere aliquem per dolos, artibus defraudare. Confer Ags. *befician*, decipere; *facen*, fraus; Alam. *feihan*, idem. Ags. *ficol*, versipellis, Ang. *fickle*. Hd. *ficheln*, adulari. *Befichelje* = *befifelje*. — Ab Ags. *fifle*, πέλαγος, mare, F.v. *fival*, *Fival-go*, *Fivel-go*, pagus maritimus

BIGAFFELJE.

Frisiæ, si trahis *bi-fifelje*, ut ex Nl.v. *séuwe*, mare, *beséuwen*, (Kil.) madefieri aqua marina, sensus prodit minus commodus.

BIFYKJE, vb.a. cultro circumcidere utensilia lignea ut pueri protervi solent: vide *fikia*. Tropice Ags. *befician*, circumvenire, emungere?

BIFIZELJE, *bifizelje*, vb.a. redimire, obvolvere. *Ien tou om'e tonne bifizelje*, dolium vile et fragile aliquot flexibus funis cingere. Sax.l. *fisse*, spira filacea; *fisselband*, filum talem spiram constringens. B.N.L. I. 398. Inde Gal. *ficelle*.

BIFJUCHTJE, *bifjochtje*, vb.a. pugnando potiri. G.J. *Di frede bifjuchtje*, parere pacem bello. Nl. *bevechten*, oppugnare, Ang. Surrey, *befight*, certare. Ags. *feohtan*, F. *fjochte*. pugnare.

BIFLAPPE, vb.a. injecta manus vola, linteo sive reticulo superjecto, tegere et capere. *Ien flinter biflâppe*, papilionem capere. Metaphorice, tegere rem, *Di soan kaem drunken thus, mar di mem biflapte it*, filius domum redibat ebrius, sed mater patrem id celabat. Ang. v. *biflappe*, plaudere manibus; (Ang. *to clap*) Wycklyffe, Lam. II. 5.

BIFRYE, vb.a. ambire, procari. *Ien unsjoch faem mei jild bifrye*, virginem deformem sed divitem ambire. Goth. *frijon*, amare. — *Bifrije*, sensu liberandi apud G. J. est Hollandismus.

BIFRIEZE, vb.n. congelari. pf. *bifrear*, pf.p. *bifærzen*, ger. *to bifriezen*. Ags. *frysan*, *freosan*, pf. *freas*, pl. *fruron*; pf.p. *froren*. F.u. *frieze*, pf. *froor*, pf.p. *froren*.

BIFRIUNE, adj. sanguine vel amicitia junctus cum alio. Ang. *to befriend*, complecti aliquem amicitia, gratum alicui facere.

BIGÆRSJE, vb.a. *Gærs*, gramen; *gærsje*, gramine pasci; *bigærsje*, proprie, gramine pascere. Nl. *begrazen eene weide*, depasci. — Figurate *Him bigærsje*, bonam sibi sumere partem, cutem curare. *Dy di pung fen it lân yn 'e hân hat bigærzet him selme earst*, qui fiscum publicum tenet ante alia sua curat. *Ien junge, dy yn ien apelhoaf komt, bigærzet him*, puer in pomarium admissus poma sibi carpit.

BIGAFFELJE, vb.a. hiante ore quid complecti; figurate, satis nummorum habere ad quid solvendum. *Hy wol*

Digitized by Google

jern ien kynzer hâlde, mar dat ken er nat bigaffelje, amat alere equum, sed non habet quo solvat. Eadem figura Frisii de sumtibus, qui excedunt reditus, dicunt, *Dat byt wier him to grêat; dat koe er nat bigaffelje;* prov. *Di bek nei di byt sette* (os aperire secundum offæ magnitudinem) sumtus moderari secundum reditus.

bigaffelje, astute et secrete aliquid efficere, vafris verbis litem sedare, illicita in meliorem interpretari partem. *Gaffel*, proprie, furca, tropice notat os apertum vel oscitans, et hoc sensu commutatur cum *waffel;* hinc *gaffelje* et *bigaffelje*, proprie, aperto ore prehendere; conformare.

BIGALE, BIGALJE, (bigâlje) vb.a. plorare rem calamitosam. *Dat schil mennich moers-bern ietle begalle*, Burman. 8, hoc multis exprimet lacrimas. *Bigâlde wangen*, genæ lacrimis suffusæ. Confer *gale*, lacrimare. Ags. *galan*, cantare; *begalan*, incantare. Ang.v. *gale*, plorare, exclamare, quod elegans verbum rejecit hodiernus genius linguæ Anglicæ.

BIGAPJE, vb.a. ore hiulco comprehendere. *It bern ken di apel naet bigapje.* — Prov. *Men matte nin greater stik nimme as men bigapje kenne*, adæqua inceptum tuis viribus.

bigapje, vb.a. hiante ore et importune intueri, avide spectare. Isl. *gapa*, idem. Ang. *to gape*, oscitare, aspicere attente et cum admiratione, irreverenter aliquem tractare oculis. Alam. *kapkjan*, intueri. Ags. *gappan*, irridere.

BIGÉAN, vb.a. inire, obire, committere. pf. *bigong*, pf.p. *biginzen*, *bigien*, et *bigongen*, Ags. *began*, pf.p. *begangen*. F.v. *bigunga*, *bigan*. — *Di wei bigéan*, insistere viam. *Bigéan it goede paed*, insiste semitam virtutis. *Di paden binne bigien*, semitæ (niveæ) pedibus euntium tritæ et commodæ sunt.

bigean, decurrere, percurrere spatium. *Di âldman fen tachtich jier ken di thrije uren nei Liuwert noch bigéan*, octogenarius ille senex viam trium horarum pedibus ire potest. *Hy ken it ein net bigéan*, metam attingere nequit: penuria nummorum eum in medio cœpto sistit. — Figurate, in re nautica *bigéan*, Sc.o. vento transverso pedem facere et eodem cursu attingere certum locum, F. *bisile*, Nl. *beseilen*, *bereiken*. — *It lân, it fjild bigéan*, obire et curare agros villæ ut rustici solent. Ags. *se the æcer begæth*, Ælf. gr. 7, Alam. *accar-bigengiro*, agricola. *Syn gued bigaen ende bistaen*, F. v. 420, 6, suum fundum obire, circumire, colere. Phrasis accurata et elegans, proprie significans possessorem non tantum ire per suos agros, sed et hic illic sistere gradum ut agenda et instauranda observet. — Tropice, *Misdieden bigean*, committere facinora. Ags. *he begæth unætas*, Deut. XXI, 20, Vulg. „commissationibus vacat." *Began plegan*, obire ludos; *begangan forligra*, fornicari. Lye. F.w. *kwaso nachtis bigheed en raef*, qui nocte furtum committit. — Deprehendere, capere. F.v. *ene boma begunga*, deprehendere homicidam. — *Mei di earmoede is eltse frumme siel bigien*, omnes animi ingenui misericordia erga pauperes capti sunt. *Eable is op moaye Réonix bigien*, Eabla captus est amore pulchræ Reonixæ. Ang. *woe-begone*, (quem obit dolor) tristitia afflictus; *His sad mother seeing his sore plight was greatly woebegonne*, Spencer. F. Q. b. III. c. 7. Ang. v. *begynge*, adj. careful, (Halliw. 159), ex perf. *beging*, vb. Nl. *begaen*. *Bijgien man die selden goe kaepenschip*, Burm. 5. raro quis bonam facit coemtionem animo commoto vel commotus misericordia. — *Bigien*, peritus. *Dy yn di kinsten bigien binne kawwe méast neat op 'e buwse*, artium liberalium periti vulgo premuntur difficultate rei nummariæ. Ags. *bega the sylfre to arfæstnysse*, Tim. IV. 7. Vulg. „exerce te ipsum ad pietatem." — *Bigéan*, exequias sequi, ut solent in Frisia consanguinei consanguineæque, amici amicæque mortui; pompam funeris ire.

bigangel, cg. exequiæ, series virorum et fæminarum, qui in funus prodeunt. *Hwat ien graten begangel!* quantus numerus hominum funus ducentium! Hd. *begangniss*. Nl. (Kil.) *beganckenisse*, exequiæ. F. *umgong*, idem, proprie circumitio, quod pompa funebris ducitur circa templum.

bigangel, (Warns.) fantasma exequiarum, quibus quis medio die obviam fit. Videt homines, qui feretro subeunt, idque ante pedes ipsius deponunt; videt multitudinem funus ducentium, qui de via coguntur paululum abscedere. Sæpe

Digitized by Google

audivi homines antiqua fide tale phantasma se vidisse narrantes, licet ea religio non minus frequens sit in Anglia, si Anglos ipsos audimus. Luculenter de hoc argumento disserit Brand, Popular antiquities, Ellis, III. 155. Appellant autem tale phantasma *a funerals second sight*. Puer ex ore vetularum audivi inter animalia solos equos tale funus animadvertere, quin et distincte videre et territos gradum sistere, dum auriga cum suis nihil videt. — Cum pompa in honorem mortui vel divi juncta est notio observandi, quam Ags. assignant vb. *bigan*. F.v. *achtenda bigaen*, octavam celebrare.

bigaen, agere pro arbitrio. *Lit my bigean*, permitte mihi agere ex animi sententia. *Ien gnap man mat men mei syn wirk bigéan litte*, permitte homini perito suum in arte sequi arbitrium. Ad puellam G. J. I. 18, *Mocht ik mey dy begean, 'k schoe ney nin heayheit stéan*, tecum agere pro arbitrio si mihi liceret nullam ambirem dignitatem.

BY-GEAN, vb.n. F.o. *bigaen*, ire, accingere se ad. Idem quod F. *kinne-gean*. F.o. *Ga bi un schrief hūm*, F. *Géan kinne ind scriuw him*, abi et scribe ad eum. — F.o. *It is him mar 'n bigaen*, dummodo se accingat res facta est.

BIGEPJE, vb.a. Hind. deplorare. Ags. *bevepan*, Ang. *beweep*. (G = *W*).

BIGERDEL, F.v. pasceolus de zona pendens. Ags. *bigerdel*, Nl.v. *bijgordel*, Kil. F. *búgellas*.

BIGÊRE, BIGERJE, vb.n. (bi-gêrje) fermentatione subsidere, subsidere, contrahi. *Bigeerd biar*, cerevisia defæcata. *Bigeerde wei*, via recens exaggerata adeoque mollis, quæ pluvia, curribus, jumentis, viatorumque pedibus subsidit. Idem fere quod *bilegerd* et *bilüne*, quas voces vide. Nl. Sax.l. (Kil.) *gheren*, in fæcem converti. Plant. *Dat bier will niet geren*, cerevisia hæc non fermentescit. *Geren* idem quod *gesen*, unde F. *gæst*, fermentum. Alam. *gesan*, *jesan*. Ags. *gor*, Sueth. *gorr*, excrementum.

bigêrje, subsidere, penetrare et fermentare. *It sālt mat earst ien dei twa yn it flæsk bigérje foár dat it bret wirdt*, penetret sal per duos fere dies carnem antequam assetur.

BIGERJE, vb.a. (bi-gerje) cupere, inhiare. F.o. *begeri*, C. M. 174. *Ik bigerje net mear*, Bene est! nihil cibi amplius desidero. — Goth. *faihu-geiro*, f. avaritia; *faihu-geironjan*, avare cupere. Ags. *geornjan*, desiderare, Ang. *yearn*, cupere. *He would make the libbard stearne leaue roaring, when in rage he for revenge did yearne*, Spenser. F. Q. I. 6. Forma *yearn* est Scandinavica; Isl. *giarn*, libenter. *Y* = *j* pro *g*, ut F.v. *ierne*, F. *jern*, libenter, pro *gern*.

bigérich, adj. immodeste cupidus postulansque, rapax. Nl. *begerig*, cupidus. W.o. *bigereik*, E. I. 88, avarus.

bigêrlik, adj. idem.

bigêrte, cg. voluntas mortui non scripta. *It wier memme bigeerte un bi kjar folk bigrawen to wirden*, mater optavit sepeliri inter majores suos.

BIGGE, cg. porcellus. F.o. *bigge* et *birge*. Vacillat consonans initialis inter *b*, *v* et *p*; Nl. *bigge*, Nl.v. *vigge*, (Kil.) Teuth. *pugge*, *pegken*, (in voce *coedken*). Ang. *pig*. Kil. „*Bagkele*. Hol.j. *vigghe*, porcellus." Ags. *pic-bred*, glans. *Ien téam biggen bringe*, edere partum porcellorum; figurate, vomitare præ ebrietate.

bigge-fanger, cg. F.o. homo concavis genubus (porcello capiendo aptus).

bigge-mar, cg. lacus parvus prope Grouwergam boream versus; plene *Antje-bigge-mar*, idem quem Schotanus in Tab. Geogr. vocat *Tjaerda-mar*.

biggich, adj. cui palpebræ ut porcellis albescunt. Ang. d. *pig-eyes*, very small eyes.

bigje, vb.n. edere porcellos. Ang. *to pig*.

biggelje, vb.n. frequenter edere partum porcellorum; vomere. *Dær waerd set ind spile, súpt ind biggele*, ibi ludebant alea, perpotabant, et vomebant. — *Di such* (Ags. *sug*) *biggelt*, scrofa parit porcellos. — *Di boer is oan 't biggeljen*, colonus adjuvat scrofam parturientem.

BIGINNE, vb.a. incipere. pf. *bigoun*, pf. p. *bigoun*, ger. *to biginnen*. Verbi simplicis *ginne* restat pf. *gounde*. F.v. *biienna*, (bi-jenna) *biginna*, pf. *bigonste*, *begunde*, *bigonde*, pf.p. *bigunnen*. Semel occurrit *gondt*, pf.p. verbi *ginna*. Nl.v. (Kil.) „*ghinnen*, vetus, ordiri." Ang.v. *gin*, to begin. Sax.l. *im ginn*, initio. B. N. L. I. 72. Goth. *du-ginnan*, incipere. Ags. *agennan*, Ang. *to begin*.

Isl. *gina*, hiare, inhiare. præs. *gin*, pf. *gein* et *ginda*, (F. *bigoun*, *bigounde*)

Digitized by Google

BIGLURJE.

pf.p. *ginit*. Egilsson. *(Gheenen*. Campin. subridere." Kil. proprie distringere os.) Hiare, aperire, aperire viam, iter incipere. — *Di groun ginne*, (aperire terram, i. e.) Gal. *defricher le sol*, Nl. *ont-ginnen*, ex. gr. *heide*. Contra *it boulân tameitse*, (claudere arvum, i. e.) arvum mutare in pascuum (gramine obsitum). Cum *ginne* synonymum est vb. *it lân brekke*, frangere pascuum. Nl.v. *'t castel ontginnen*, Nl. *'t kasteel afbreken*, demoliri castellum. Nl.v. *die scortse ontginnen*, delibare corticem. Nl. *de schors afschillen*. Nl.v. *Sijn kuut ontginnen*, Fergut 3461, draconis cutem incidere. *Sijn hoeft ontginnen met minen swerde*, ib. 3565, gigantis caput diffindere meo gladio, Nl. *zijn kop kloven*. — *Di ky kenne di stikels nat ginne sa lang az se grien binne*, vaccæ carduos admordere nequeunt dum virent. — Terra argillosa, dura vel lenta si circumfodienda est, colonus fossorem rogat, *Kenste di groun ginne?* potesne domare istam terram? — Prima notio igitur est in hiando, aperiendo et frangendo, non autem in secando. — *Hwat biginne*, opificium, agriculturam vel professionem aliquam tentare. *Ik wyt noch nat hwat ik biginne scil*, nondum scio quid agam, ut me meamque familiam sustentem. — *Di minscen kenne néat tsjin us biginne az Goad foár us is*, si deus pro nobis quis contra nos? *Hy is wol lilk, mar ken neat tsjin us biginne*, vanæ sine viribus iræ.

bigin, n. initium. Prov. *Ien goed bigin is di helfte fen it wirk*, dimidium facti, qui bene cœpit, habet.

oanbigin, n. primum initium rei. Ags. *angin*, n. F.v. *onbiien there wralde*, initium mundi, (ôn-bi-jen).

biginner, cg. inceptor, novicius in arte. F.v. *biiennere*. *Di biginner hat it slimst*, inceptor arduum habet opus.

BIGLURJE, G. J. *begljoerje*, vb.a. attente quasi e latebra contemplari. Ang. *to gloar*, to look askew. Ang. v. *glare*, *glore*, to stare. Isl. *glyrna*, oculis lucifugis spectare.

BIGNAUWE, BIGNOUWE, vb.a. corrodere. *Di dögge bignauwt ien bônke*, molossus arrodit os. Ang. *begnaw*, corrodere. *The worme of conscience still begnaw thy soul*. Shak. Richard. III. 3. *W* ex *g*; Isl. *gnaga*, Ang. Linc. *gnag*,

BIGRAWE.

Ang. *gnaw*. Ags. *begnagan*, Ang. *to begnaw*.

BIGNEURE, F.o. *sükk warin begnöre*, sese ita implicare in re ut se expedire nesciat. Inversis literis pro *bigreene*, Ags. *begrynan*, illaqueare. Nota formas Hd. *sükk warin*. Stür. 12.

BIGNIZE, vb.a. (be-gnîze) oculis semiclausis contemnentibus obtueri. Adi *gnîze* et Stür. *gnisen*.

BIGNORJE, vb. a. objurgare, morose increpare; proprie, voce grunniente improbare. *Dy âlde fekke bignoret di fammen die hele dei*, vetula rixosa quaque hora increpat famulas. Ags. *gnornian*, moerere, murmurare: *begnornian*, lugere quid, ingemiscere. Ang. *to gnar*, frequent. *to gnarle*, *gnarl*, ringi et fremere canum more, ut et Nl. *snáuwen*, freq. *snauweren?* (Kil.) *snarren*, Ang. *to snarl*, jurgare.

Gnarling sorrow hath less power to bite
The man, that mocks at it and sets
(it light.

Shak. Richard II.

BIGOARJE, (bigoárje) *bigorje*, vb.a. sordida parcimonia reparare parva damna, tenuiter et misere vivere, victus angustiâ luere aliorum avaritiam. *Di feinten ind fammen matte it bigoárje dat di heer ien min jier hawn hat*, negat herus famulis necessaria vitæ quod annui reditus pauciores sunt.

BIGREATJE, vb.a. et n. æstimare magnitudinem, pretium; nimis constare. Alias *bigrütje* ex *greut* ut *greatje* ex *gréat*, magnus. F. austr. *bigrate*. — *Ik bigréatje it ynkommen fen di faem op thuzen goune, dærom fleane di feinten er sa op ta*, taxo virginis reditus annuos mille florenis. *It wirk is my al bigrütte; mar it is my untsetten*. — Nimis constare, *It bigruttet my alle wiken to slampampjen*, quemque septimum diem comissari mihi nimis constat. Prov. *Men tart wol ienris tsjin ien heer, mar alle dagen wyn bigreatet my*, unum diem homini plebejo magnifice vivere licet, sed per dies perpetuos meas opes excedit. — Exspectationem superare, *Hwat di rike liu foár dyn kinst oaf witenscip jane dat scil dy nat bigreatje*.

BIGRAWE, vb.a. sepelire, sepelire mortuos. — Sax. v. *bigraban*, sepelire, Ang.v. *begrave*, insculpere, sepelire. (Ags. *byrigan*, Ang. *bury*, *burry*, sepe-

Digitized by Google

lire. Nl. *bergen*, seponere et servare in loco tuto). — *Hwat scilsthou nock fen bigrawen kostje!* (Quantum tuæ demum constabunt exequiæ!) Dicti aut facti protervi jocosa castigatio. *Di koun bigraeft di bonken*, canis terra obruit ossa.

bigraffenis, cg. exequiæ. Exsequiæ apud Frisios hoc modo fiunt.

Oculis clausis et naso compresso depositum cadaver primum collocatur in stramine, deinde lavatum et veste ferali indutum in loculo querceo (F. *déa-fet)*, qui apud veteres Frisios et Hindelopenses non infectus adeoque albicans, hodie nigro colore tinctus est. Loculus apud Hindelopenses terram ipsam tangit; unde phrasis *it lyk stiet oer ierde*, (solo cubat cadaver, i. e.) nondum sepultum est; apud cæteros fulcitur duobus firmamentis, isque in cubili ita dirigitur, ut pedes mortui tendant in orientem, caput in occidentem. Caute omnia specula tum in cubili funerali, tum in cæteris domi conclavibus, linteis obtegunt, quod et apud incolas Orkneyarum insularum et Scotos in more est. (Brand. Ellis. II. 232.) Cadaveris, per ostium proprium elati, loculum tegit pannus laneus niger, cui supersternitur linteolum album, si puerperæ est. Loculum feretro impositum portant duodecim viri ramulum rutæ graveolentis in ore tenentes; cadaver puerperæ vel aqua suffocati ulnis, cæterorum humeris. Efferre Frisiis audit *opdrage*, (sursum ferre, i. e.) in collem templi *(it hoaf)*, ubi sepulchra sunt. *(Auke wirdt opdrugen*, vel *to hoaf brocht*, effertur cadaver Aukonis.) Campanæ pulsantur dum funus celebratur. Procedunt per viam certam a proavis mortuis determinatam et sancitam, quæ *lyk-wei* vel *tejerke-wei* audit. Qui mortuo suprema solvunt premunt feretrum; sacerdos agmen ducit; sequuntur agnati et affines secundum gradum consanguinitatis, adeoque primi qui proximi sunt; deinde amici et vicini magna frequentia, quippe longe lateque invitati. Post viros eodem ordine sequuntur mulieres totæ quantæ, capite non excepto, involutæ nigris pannis. Uxor sacerdotis, vel hac absente mulier nupta et honesta, ab hæredibus selecta, agmen ducit. Omnes, tum viri tum fæminæ, lente procedunt singuli alter post alterum, non bini, et hoc ordine memini centum sexaginta-tres homines funus matris meæ pientissimæ deduxisse. Ubi ventum est in cœmeterium ambiunt templum, quod in eo medium est, antequam adeunt sepulchrum; unde fluxit vox *umgong*, circuitus, circuitio, notans exequias. Ad istud cum advenerunt, vespiliones demittunt loculum in fossam proxime adstantibus consanguineis, terramque, qua obruitur loculus, in tumulum aggerant acutum. Nunc per eandem viam et eodem ordine regrediuntur, dum campanæ indesinenter ut ante sepulturam pulsantur. Totam stipationem in domum mortui reversam hæredes panibus cruce notatis *(kruske-boalen)* ex farre triticeo uvis corinthiacis mixto, panibus triticeis, caseo, butyro, cerevisiaque tepida excipiunt, quod prandium sacerdos inaugurat precibus et claudit gratiarum actione. Affinibus, mala valetudine domi retentis, hæredes mittunt panes ferales. Aliis locis Frisiæ hæredes comitatum exequiarum excipiunt pernis et calidis ferculis; harum omnes reliquiæ erogantur pauperibus, qui corvorum lethalium instar vagantur circa domum mortui. Hanc misericordiæ significationem, quam nostri coloni, ut viros liberos decebat, in Anglia continuabant, descripsit Walterus Scottus in fabula milesia Ivanhoe. Illa exequiarum justa, quibus sæpe puer interfui, hodie partim obsolescunt. Weinhold, A. N. L. 474, 489, 497.

Cum Frisii inter Scandinavos et Germanos lingua et moribus medii sint memoratu dignum est duos fratres Islandos ad funus patris invitavisse mille et ducentos homines, quos per quatuordecim dies laute habebant. Memoriæ produnt alium Islandiæ incolam per eundem dierum numerum aluisse nongentos homines, quos insuper donis auctos domum mittebat, et hæc munificentia exequialis non tantum in Islandia, sed in Norwegia et per totam Scandinaviam Germanicam solennis erat. Quo numerosior exsequiarum stipatio, eo majorem mortuo honorem tribui putabant. Percy, Northern Antiq. p. 261.

In Italia ut in Frisia fæminæ affines suorum mortuorum exequias pedibus sequuntur, cujus moris testis oculatus

Digitized by Google

eram Neapoli anni 1859 media æstate. In cæteris Europæ partibus viri sibi solis hoc jus arrogant, cum fœminæ illos longe antecellant pietate erga mortuos.

Die Saturni Frisii justa exequiarum non solvunt. Hoc enim die purgant domos mulieres Frisiæ, et eodem die cum sordibus domo efferre dilectos amicos et consanguineos desideratos indecorum habent.

BIGRIEMJE, BIGRIEME, vb.a. linere spurcitie, maculare, foedare. *Di junge hat di hele throánje mei sjerp bigriemd*, puer totum os sirupo inquinavit. Flandri *begremen*, *begriemen*, (Kil.) maculis inficere. Ang. *begrime*, to soil with dirt deep impressed.

My name, that was as fresh
As Dian's visage, is now begrimd and (blacke
As mine owne face.
Shak. Othello. III. 3.

BIGRIPE, vb.a. attingere, prehendere manu; comprehendere, intelligere; decernere. Prehendere, *It aei leit to fier yn 'e koer op; ik ken it nat bigripe.* — Intelligere, *Geleerde liu, dy men nat bigrypt, bigripe jamk hjar-selme nat*, docti, quos non capimus, sæpe non capiunt se ipsos. — Constituere, *Ik haw bigrepen um néat to kéapjen as mei rée jild, men matte nin jild utjaen dat nock nat yn 'e buse is*, decrevi nihil emere nisi paratis nummis. — *It bigripe op*, bene vel male velle alicui. *Dy koun hat it op my bigrepen*, canis ille me infestus servat. *Hy hat it bigrepen op ien rike boeredochter*, animum adjecit divitis coloni filiæ. *Di Ingelscen habbe it nat op di Fransce keizer bigrepen*, Angli diffidunt imperatori Gallorum. *Dy doagenet hat it forkeerd bigrepen*, nebulo iste mala fovet consilia. — F.o. *begripe*, quod cadere minatur arripere. *Ik begryp mi*, muto consilium.

bigripa, F.v. apprehendere; deprehendere, manifeste tenere; continere, ex. gr. in edicto; decernere, sive plebiscito, sive sententia judicis. Nl.v. *begripen*, arripere, occupare, potiri, opprimere, reprehendere, accusare. Annot. in tom. IV. Maerlant, Spiegh. Hist. p. 24, cæt. (Nl. *riepen*, vellere, *beriepen*, vituperare. Nl. *grijpen*, arripere, Nl.v. *begripen*, culpare. Lat. *prehendere*, *reprehendere.)* Ags. *gripan*, Ang. *to gripe*, cum *be-* compositum non invenio.

bigryp, n. ambitus (Hol. *omvang)*; sensus quo res vel verba accipimus. *It læste hús fen di minsce is al ien lyts bigryp*, ambitus ultimæ sedis hominis haud ita magnus est. — *Ien nuwer bigryp, mei di iéne foet yn it græf ind den nock ien jung wiif to nimmen*, vesanum propositum senis effœti nuptias ambire florentis virginis. *Foár syn tweintichste jier mei nimmen fen uwe kylkje, dat is sa'n bigryp fen keit*, ante annum vigesimum matrimonio operam dare vetat patris arbitrium. *Nei myn bigryp*, ex mea sententia. *Ik ken beppe net yn it bigryp krye*, aviæ hebescenti lucide definire quid velim nequeo. — F.b. *bigrip*, institutum, præceptum.

BIGROYE, vb.n. crescente herba tegi. *Mei ien warem reinteje scil it lán wol gâu bigroye. Mei gærs bigroid*, gramine novo virescens (solum). Figurate. *It bern is alleheel bigroid*, infans neglectus et illotus totus quantus spurcitie tegitur; synonymon *o'ergroid.*

BIGROUWE, vb.a. voce aspera increpare. Inde restabat apud Hol.v. *begraeuwen*, increpare. Ex *grouwe*, intonare, quod vide, fluxit frequent. vb. Ang. *to growle*, hodie *growl*, ringi, hirrire. — Latini veteres literam *R* ut Græci asperabant, cui aspiratæ respondet Germanorum *G*. Lat. *rugire*, *krugire* = Germ. *grugan*, *gruwan*, F. *grouwe*. Lat. *ringi*, *kringi* = Germ. *grindzan*, Nl. *grijnzen*. Lat. *rana*, *ranula*, *kranula* = Gal. *grenouille*. Aliquando *K* valet pro G; Lat. *repere*, *krepere* = Ags. *crypan*, F. *krippe*, Ang. *creep*. Lat. *ruga*, *kruga* = Nl.v. *kroke*, cincinnus, Nl. ruga; Hol. *kreuk*.

BIGRUSJE, vb.a. manibus illotis conspurcare; in genere, contaminare. Nl. *bekruysen*, (Kil.) oblinere fuligine. Ang. *begrease.*

BIGUCHJE, vb.a. illudere, subsannare, ludibrio habere quem. Confer *guch.*

biguchelje, vb.a. vafris artibus deludere, proprie, fascinare: forma frequentativa vb. *biguchje;* Hol.v. *beguyghen*, (Kil.) illudere. — *Ik lit my nat biguchelje*, non patior me circumduci dolis. *Hja scille it wol under ien-oár biguchelje*, astuta arte cuncta rite inter se ornabunt.

Digitized by Google

BIHAYE.

biguffelje, beguffele, vb.a. irridere; frequent. forma verbi *biguf je* pro *biguckje*. *F = ck.*

BIHÂYE, BIHAEIJE, vb.a. metere prata messumque fœnum in horreum vehere. *Myn lân is bihaid*, foenum e meis pratis demessum est. — *Jo hattet herres al behaeyd*, Burman. 37, illa jam sua absumsit.

BIHALDE, (bihàde, bihoade) vb.a. retinere, conservare, servare, liberare. *Dy syn bern nat bihálde mei, hat er eák nin fortkriet fen.*

bihâlder, cg. conservator, (princeps) servator (reipublicæ), servator (mundi Deus), homo frugi. Prov. *Nei ien bihâlder folget ien spâlder* patrem intentum rei familiari et tenacem sequitur filius decoctor.

BIHALWEN, adv. præter, (exceptus). F. v. *bihalva*, pro quo etiam *bihala*, ut F. *héal'* pro *héalf*. Proprie „ad latus;" Sax. v. *halba*, latus, pars; *an halba hwerbian*, in latus vertere, i. e. removere. *Halwen* in *bi halwen*, est dativus; *bi-halva* item sequitur dativus, F. v. *bi halva fif wendum*, sed in Leowerdera Bota genitivus; *Thi brand also stor bihalva thes that hi*, p. 32. *Thi brand also (scoer lege) stoer bihalva des that*, p. 33. Confer Nl. *ter zijde stellen*, (ad latus ponere) removere.

bihâld, n. salus. *Nin bihâld as yn friheit ind riucht*, nulla salus nisi in libertate et justitia.

BIHARKJE, vb.a. clanculum auscultare, observare. Nl. *beluisteren*. Confer *harkje*.

BIHÆGJE, BIHEAGJE, BIHAEGJE, vb.n. placere. Absque *bi* viget simplex *hægje, heagje*, ut F. v. *hagia* et *bihagia*, eodem fere sensu Prov. *Huet ien minsce iens bihage het, dat mey him naet wer mishagje*, MS. Gal. *L'on revient toujours à ses premiers amours.* — Isl. *hagr*, m. commodum, utilitas, vitæ vel agendi ratio; status, conditio: *hagr*, adj. dexter.

bihægje, n. F. v. *bihach*, lubentia, voluptas.

BIHÉAPJE, vb.a. circulo vimineo vincire, includere. F. *hûp*, circulus vimineus. Ags. *behyped*, tali circulo circumdatus.

BIHEFT, adj. obnoxius, subjectus. *It wyfke is biheft mei swymjen.* muliercula animi deliquio obnoxia est. *Di minsce is biheft mei ien lichem*, homo corpore

BIHELPE.

circumdatus eique subjectus est. Confer Nl. *onderhevig*, obnoxius.

BIHEIND, adj. aliquo corporis vitio laborans, cujus membrum aliquod vitiose se habet; ex. gr. claudus, mancus, mutilus, cæt. *Biheind minsce*, muliercula clauda. Ags. *hynan*, impedire, nocere, lædere. F. v. *hena*, lædere, vulnerare. — Prov. *Wachtje jimme foár di biheinden*, cave a membra corporis vitiatis. Vetularum superstitio ferebat e concubitu satanæ cum sagis nasci infantes vitiosis membris, qui inde in nullo honore erant et ludibrio vulgi expositi. Superstitiosis membrorum vitia, quæ infantes in utero matris contraxerant, stigma erat vindictæ divinæ; quare Hollandi, *Wacht u voor degenen, die van God geteekend zijn.* Hoc hominum infelicium genus, quod illiberales aliis deridendum propinant, inde irritabile et amarum mordere solet omnes.

BIHELIA, BIHALA, vb.a. F. v. velare, celare, tegere. Ags. *behelian*, cooperire, tegere. Ang. v. *behelied*, tectus, celatus. Ang. v. *hele*, celare, tacere. *We women connen nothing hele*, Chaucer, nos mulieres hac illac perfluimus, F. *Wy froulin binne gatje-pannen.* Ambabus vocibus carent Angli; *hele* viget hic illic in dialectis municipalibus.

BIHELJE, vb. a. acquirere. *Di priis bihelje*, præmium reportare.

F. v. *bihala*, aggredi, 494, 37. 498, 7. *Hwaso en kus utwardis bihalt*, quisquis domum foris occupat, aggreditur. Nl. *behalen*, acquirere; *de overwinning behalen*, potiri victoria.

bihelje, trahere quem in litem alienam; ejus nomen immiscere causæ alienæ. *Yn rûsjes, dy my nat oangéane, wol ik nat bihelle wirde.*

BYHÊLJE, vb.a. adducere, arcessere, *It seil er by helje*, (velum subducere ad malum) vela facere. — *It hoárnwíf er by helje*, arcessere obstetricem ad parturientem.

BIHELPE, vb.a. relat. expedire suas res remedio inopi, deficiente meliore. *Di earme liu' matte hjar bihelpje yn lytse krótjes*, pauperes vivere coguntur tenuiter et incommode in parvis tabernis.

bihelp, cg. G. J. *behelp*, quod pro tempore locum tenet rei melioris, quod

Digitized by Google

non plenum præstat auxilium. *It is ien bihelp fen ien faem*, vices ancillæ supplet, sed non plenas. *Ien wiif is nin minsce, it is mar ien minsce-bihelp;* proverbium jocosum. Gen. II. 18, 20.

bihelpa, vb.a. F.v. suis rebus adesse, suas res curare, proprie, adjuvare. *Hoersar is mon iefta wif also kronc, that hiase selua nawt bihelpe ne muge.* — Adesse alii ut optata obtineat, cum gen. *dyn clager riuchtis bihelpa*, Nl. *den kluger aen zijn recht helpen. Tha berne this liues bihelpa*, infanti vitam servare.

biholpsam, adj. adjuvans, auxiliaris.

biholplyk, adj. idem.

unbiholplik, adj. inexpeditus, iners, non dexter et sibi non sufficiens.

BYHELPE, vb.a. debilem juvare ut accedat. *Help it bern by di tefel*, admove puerum ad mensam. — *Byhelpe*, in re læsa vel fracta supplere defectum.

BIHERRE, vb.n. F.v. *bihera*. F.u. *behore*, oportere; pertinere. *Alles bihert, seit keápman, as dær jild mei to forthjinjen is*, mercator, Omnia, inquit, decent quibus parantur nummi. — Pertinere, proprius alicui esse: *Dy it lán bihert, hat my eak. — Hwat ien oar bihert wol ik nat ha, mar mines.*

tabiherre, vb.n. F.v. *tobihera*, alicui jure proprium esse.

tabiher, tabiherren, n. quæ ad rem pertinent, appendix necessaria rei et ejus partem constituens. *Ien wein mei syn tabiher* vel *tabiherren*, currus cum omnibus quæ ad currum pertinent. F.v. *to-biher*.

bihoorlik, adj. adv. F.u. conveniens, ut decet. *It is bihoorlik genoach*, convenienter sufficit. *It is behoorlik*, idem.

BIHINDERJE, vb.n. incommodo esse. *Bihinderje ik jimme eák? Oars géan ik*, si vobis aliquid incommodo abeo. Nl.v. *behinderen*, (Kil.) cohibere, impedire.

BIHINDICH, adj. compendiosus, in parvo compendio usui aptissimus. Nl. *behendig*, dexter. Confer F. *handich*, Ang. *handy*, promptus.

bihindich weintje, currus haud ita magnus sed commodus et magno usui. *Ien bihindich ding*, puella haud procera sed dextra. — Angustus, *Domeny hat mar ien bihindich ynkommen ind dær mat er mei wiif ind seiz bern fen libje*, stipendium presbyteri mediocre est, quo tamen uxorem et sex liberos alat oportet.

BIHINGJE, vb.a. convelare, velare pendente veste, ornare. G. J. I. 53, *oerdwéalsk bihinge*, fastuose vestitus. F.v. *hingia*, *hangia*, pendere. F. *Bihirgje*, pf. *bihung*, pf.p. *bihinge*, *bihungen; bihongen;* Ags. *behangen bion mid bellum (Iye)*, F. *bihongen wæze mei bellen*, circumdatus esse pendentibus tintinnabulis. Ang. v. *to bekung*, idem de equo phalerato. Halliwell.

BYHINGJE, vb.n. et a. pendere apud, pendere de. *It hinget er raer by*, negligenter, inculte, sordide vestitus est.

BIHIRDJE, vb.a. et n. indurare corpus, animum. *Throch lyen is hi bihirde yn it leed*, ejus mens calamitatibus (contra mala) indurata est. *Hy is bihirde yn keáld, yn weitsen, yn hungerboaljen*, patiens algoris, vigiliæ, inediæ. — *It hynzer is noch nat op 'e wei bihirde*, equus juvenis nondum ita in via fictus est ut nullo strepitu, nulla specie terrificetur.

BIHIZELJE, vb.a. et n. pruina glaciali circumdare (ex. gr. ramos). Figurate, *it hert bihizelje*, obdurare cor, Nl. *het hart met ijs omschorsen. Bi-hizelje* pro *bi-izelje* propter hiatum, sed confer Kil. „*hijsel*. J. *ijsel*, pluvia glaciata."

BIHLIA, vb.a. F.v. decernere, statuere. Confer Nl. *belijden*, confiteri.

BIHOAFJF, vb.n. opus esse, necesse habere, F.v. *bihovia*, idem. *Wy bihoafje naet to éangjen foár di déad*, nobis non opus est timere mortem. Ags. *behofan*, indigere, egere. *Ve behofath hlafes*, (F. *Wy bihoafje hleau); behofath*, oportet. Sommer. Ang. *it behoveth* vel *behoves*, decet, necesse est. — Frisii magis frequentant simplex *hoafje* quam *bi-hoafje*.

bihof, F.v. commodum, emolumentum, res judici certo competens ad disceptandum. Nl. *behoef*, egestas, necessitas, ventris exoneratio.

bihoaf, n. necessitas, necessaria vitæ. *Myn deel is nat rom, mar it is noach foár myn eigen bihoaf. — Syn bihoaf dwaen*, exonerare alvum.

bihofte, F.v. auxilium, emolumentum quo quis indiget ad victum.

bihof, adj. F.v. utilis, necessarius.

behoaflik, adj. necessarius. Ags. *behoflic*, necessarius, Ang. v. *behovely*.

Digitized by Google

BIHONG.

BIHONG, BIHANG, n. jubæ et cauda equi; fæx populi. *Ien hynzer mei bihang ind swang*, equus bene jubatus. *Bihang*, proprie quod circumpendet et tegit; inde Nl. *behangsel*, velum, aulæum. *behangsel der peerden*, phalerae. Ang. *hangings*, aulæa, Hol. *behang*, idem. — *Swang*, libratæ comæ caudaque.

BIHOUWE, vb.a. securi circumcidere, formare. *Dy jonge hat ien fine kop, mar hy is mei di bile behouwen; di scaef mat er noch oer*, adolescens mentis est acutæ sed impolitus limamque opperitur. — Ags. *beheavan*, amputare; Ang. *to behew;* Ags. *beheavon heafde*, decollatus, Boeth. *beheovian*, abscindere, Cædmon.

unbihouwen, adj. rudis, enormis. *Ien unbihouwen scepsel*, femina inculta, pondere et statura enormis.

BIHUD OAF BIHJIRRE, F.o. *He is to mi nich behud't noch behaerd*, (neque cute neque crinibus mihi affinis est) mihi prorsus alienus est. Vocibus *hûd ind hier*, cutis sive pellis et crinis, Frisii totum animal designant; a nulla parte me attingit. F. *Di kat friet di roat mei hûd ind hier op*, felis murem talem qualem (totum quantum) devorabat. Stür. 13.

BIHUDJE, vb.a. (bihûdje) protegere. F.v. *bihuda*, occultare, protegere, curare, cavere, asserere. *Thi bona inna bihuda*, homicidam in domo abdere Ags. *behydan*, celare, Ang. *hide*, Nl.v. *behuut*, tectus, absconsus. F.v. *God bihude us*, deus nos protegat.

bihude, *bihode*, F.v. cura bonorum pupilli vel insanientis. F. *bihûd*, protectio.

bihodene, F.v. munus. *Een gastelick bihodene*, munus ecclesiasticum; proprie curatio, quod medio ævo verterunt Lat. Barb. *cura*, munus sacerdotis; *curatus*, sacerdos; Ang. *curate*, Gal. *curé*.

BIHUSJE, BIHUESJE, vb.a. alicui domum parare, sedem in domo accommodare. — *Folle boeren binne sa goed nat bihuze as kjar ky*, stabula boum aliquando præstant domicilio coloni (propter munditiem et curam summam Frisii coloni).

bihûzinge, cg. domicilium. *'n Bihûzinge mei hiem ind tûn*, domus cum fundo et horto.

BY-IEN, unâ. *By-ien-oár*, omnes congregatim. *Di gemeinte is by-ien*, concio congregata est. *It hea by-ien bringe*, corradere fœnum dispersum in pratis demessis. *By-ien-oar*, in unum collecti. *Feinten ind fammen hokje jimmer by-ien-oar.* — *Di man is ryk; mar oars scoene se sizze, Hy hat se alle fiif nat by-ien-oar*, delirat. Nl. *bij elkander*.

Nl.v. *reeuwen*, cadavera curare. Cadaver postquam veste ferali erat indutum (F.b. *birewalt)*, ut apud nostrates, collocabatur in stramine, ibique manebat usque dum transponebatur in loculum, quod Frisii boreales appellabant *kast-leyangh*. *(Kast*, Nl. *kist*, *dood-kist*, loculus. *Leyangh*, Ang. *laying*, *laying out*, *laying out in a coffin;* Shakespeare *laying forth;* ex. gr. *Embalm me*, *then lay me forth..... inter me.* cf. Johnson.) — F. *As hja my op it strie lizze*, (cum me collocant in stramine, i. e.) cum mortuus sum, F.b. *üeb stre*, idem. — Post transpositum in loculum cadaver stramen colligant in mergitem *(lik-skuf)*, quæ die exequiarum solvitur et ad utrumque loculi latus in feretro dispersum, dum itur in sepulchrum, clanculum surripitur et aliquo in sulcum aquarium abjicitur. Joh. 117.

Cæterum inter Frisios boreales eadem de exequiarum phantasmate regnabat superstitio quæ apud nostrates, quamque hi appellabant *bigangel*, illi *likejune;* Joh. 117: supra p. 260. Sunt quidam homines, quorum caput in partu pelliculo erat tectum (F.b. *m'en hâtj aur't kaed*, F. *mei ien helm bern)*, quibus solis ut fausto omine natis datum credebant ista exequiarum phantasmata videre. Vident exequiarum comitatum ex domo quadam procedere et pergere usque ad sepulchrum, quod certum omen est habitatorem brevi diem supremum esse obiturum.

Terminatio inf. F.b. *i* in *bireewli* locum tenet F.v. *ia* et F. *je;* ex. gr. *üsi*, implere; *am-teurni*, sese convertere ad alia sacra; *apki*, osculari; *bâlki*, negligenter tractare quid et inquinare; *bidaragi*, F. *bidarje; bilunnagi*, appellere terram (ut navita), F. *bilânje; bidobbi*, tegere, contegere, F. *bidobje*. Joh. 35, Eadem *i* sæpe claudit infinitivos linguæ Frisiæ orientalis, ut exposuit Cadovius Muller (A° 1691.) ex. gr. p. 67, *eeri*, F.v. *eria*, F. *earje;* p. 85, *gungi*, F.v. *gunga;* p. 221, *siingi*, Isl. *syngia; springi*, F.v. *springa*, F. *springe; macki*, F.v. *makia; kryti*, clamare, F. *krite*, plorare; p. 60, *heri*, *hera*, F.v. *hera*, F. *herre*, *hjerre*, *heare*, *heârre*. Autor p. 60 asserit fere omnes infinitivos verborum F.o. desisse in *i* vel *a*. Frisii Helgolandiæ ut

Angli plurimis verbis totam abscindunt terminationem, ex. gr. F. *bidde*, *buge*, *heârre*, *ite*, *liede*, *thinke*, *sije*, *sliepe*. Ang. *to bid*, *bow*, *hear*, *eat*, *lead*, *think*, *sew*, *sleep;* Helgoland, *bed*, *büüg*, *hiâr*, *ît*, *lied*, *thénk*, *sei*, *sliap*, cæt. In vita navali strepentes venti et undæ, ingenia alacria nautarum, nec non celeritas, qua jussa rectoris sunt exsequenda, respuunt omnia sesquipedalia verba, et gentes maritimæ præcipitante lingua ex voce sæpe nil retinent nisi vocis syllabâm præcipuam. Inde fit quod Anglorum, Frisiorum, et Scandinavorum verba nautico usui cæteris sunt commodiora.

Johansen p. 36 citat *biaki*, die festo S^{ti} Petri (22 Febr.) in collibus insularum magnos accendere et alere ignes, quibus alii aliis nuntiant salutem, ut variarum insularum incolæ sibi invicem solent. (Confer F.b. *bîken*, Ang. *beacon*, quod efferunt *bî-ken*, hic p. 200.) Porro p. 37 terminatione tota abjecta *biar*, magno hiatu ejulare, jactare, idem quod nostrum *bere*, 223.

BIRIDE, vb.a. *Ien hynzer biride*, fingere equum. *Ien biriden hynzer*, Ang. a dressed horse. *It hynzer is yn alle tuch biriden*, equus omni vehiculo assuetus. *Di wei biride*, viam asperam argillosam curru transire et planare; *ien biriden wei*, trita et parata via. — *It lân mei modder biride*, spargere terram fertilem argillosam super pascua, quod fit plaustro unde huc illuc acervuli dejiciuntur. Ags. *beridan*, circumvehi equo. Nl. *berijden*, perequitare. Kil. Nl.v. *berijden*, incursare.

biride, grallis incedens semitam aperire per glaciem. *Forsichtich! Er is nock nin biriden paed*, Cave glaciem recentem! Nondum semita notata est cursorum grallis.

biride, vb.a. lapidibus superstructis tegere. *Di muûrre biride*, parieti laceræ agglutinare alteram struem lapideam. Ags. *beridan*, præcingere, Benson. Plin. Ep. *parietes testaceo opere præcincti.* Isl. *rydia*, sternere; *at rydia veg*, sternere viam. — Confer *birape*. Ang. *to beray*, inquinare, huc non pertinet; sed ad Ags. *reodan*, pf. *read*, illinire. Isl. *ryda*, *rioda*, illinire, cruentare.

BIRIEDE, vb. reflex. pf. *birette*, pf.p. *biret*, præs. p. *biriedende*, ger. *biriéden*.

Digitized by Google

F.v. *birada*, (Ang.v. *berede*, Ang. *to advise)*, consulere, deliberare; testari, arguere, probare; criminari, compellare aliquem. *Beried dy goed, ind den di kànnen ut 'e mouwen*, rite consule, et ubi consulueris mature facto opus est. *Ik scoe trouwe, mar ik hab my biret*, constitueram ducere uxorem, sed mutavi mentem.

(birede), F.o. *berade*, collocare (filiam suam.) Kil. *beraeden*, Sax. Fris. Hol. connubii fœdus inire; elocare, viro tradere. Confer G. J. I. 6.

Hy liet di ádere even plachtje,
Het se oan eltse ig joegen mey.

Confer *rât*, Nl. *raed*, in Alam. *hi-rât*, connubium. Hd. *kei-rath*.

bireda, vb.a. F.v. instituere, parare, *een meeltyt bireda*, parare (alicui) convivium. Nl. *een maeltijd bereiden*.

biriede, vb.a. parere, efficere. Nl. *berokkenen*. *Dat tupen ind fretten hat di rike man ien iere déa biret*, gula hominis divitis multata est præmatura morte. Nl.v. *beraden*, idem.

Ay! vule vrouwe, dorper ende quaet,
Wat ghi mi al leets beraet.

Maerl. Sp. Hist. II. 251. Confer insuper M. Stoke, I. 163. Velth. 277.

biried, n. consilium, deliberatio. F.v. *bired*. *Ik stéan yn biried*, dubius hæreo. *Ik hâld it op myn biried*, quid agam mecum consulam. *Ien koárt birie', ien goed birie'*, cito et bene consule. *It is nin biried wirdich*, Burm. 66, acceptio rei tam commodæ nulla deliberatione eget. *Ik scil it yn biried nimme âz ik ien konnegiseler oaf ien domeny fen us Sjouke meitse scil; it is beide ien tsjerke-ambt*. F.o. *in beraet un berau nemen*. Stür. 14. O. L. R. II. 292, circumspecte deliberare.

biret, adj. promtus; promptus manu. *Ien berette keerdel*, vir paratus. Gal. *c'est un vrai determiné*.

unbiret, adj. inconsultus, dubius.

unbiriedich, adj. inconsultus, temerarius.

BIRIKJE, BIRYKJE, vb.a. et n. fumo denigrare, et denigrari, pf. *birykke*, pf.p. *birike*, ger. *to birykjen*. Vide *reek*, *rîk*, *ryk*, fumus.

BIRIKKE, vb.a. extensis brachiis sursum versus attingere, assequi. (Nl. *beraken.)* pf. *birikte*, pf.p. *birikt*, ger. *to birikken*.

BIRINNE, vb.a. eundo attingere, acquirere. — *Hwa di sted yn ien ure birinne wol mat tastappe*, qui urbem una hora vult attingere ei celeri passu eundum est. G. J. I. 7,

Is 't lock jiette for 'e stjuwn,
Ick berinn 't licht oppe juwn,

(forte bonam fortunam, si illa meam proram antecedit, hac vespera assequar.) *Di man hat nuwere bigripen, mar dy it mei him birinne ken, hat it oars sa slim nat*, qui metam cum eo attingere novit, i. e. dare paululum scit ejus phantasiis. — *Birinne*, vb.a. supervenire. *Rinne*, currere, fluere. *It wetter biroan us fen efteren wylst wy fen foaren oan it dykjen wierne*.

birinna, vb.a. F.v. aggredi, obruere, assequi; *dae worden hya mitta gaelika daed byronnen*. F. *Fen 'e galike dea beroan*, morte subita oppressus. — *Hy is oppe fuole biron*, Burman. 31. (Kil. „*vuyle.* j. *klippe*, scopulus)."

BYRINNE, vb.n. juxta ire, comitari. *Hy rint dær by as it thredde laem*, aggregatur in numerum, sed flocci penditur. Trium agnorum eodem partu natorum una a matre fere negligitur.

BIRISPJE, vb.a. reprehendere, Lat. *carpere* verbis. F. *rispe*, carpere fructus; proprie, vellere, ut Ang. v. *ríste*. F. *raspje*, radere, atterere; Gal. *rasper*, *râper (du sucre, du tabac)*. Hisp. *raspar*. F. *rasp*, radula, Ital. *raspa*.

BIRIUCHTJE, vb.a. alicui suum tribuere, sacramenta ecclesiæ Romanocatholicæ morienti administrare, *(geriucht*, ferculum); mulctare. — *Ik scil him biriuchtje*, debita ei infligam verbera. — *Ien frommiske biriuchtje*, inire feminam. — *Biriuchtje*, certiorem facere. F.v. *Disse ting wil ic biriuchta*, hanc rem enarrabo. Nl. *berichten*, idem.

biriuchta, vb.a. F.v. jure decernere. *Ene seke biriuchta*, causam dirimere. *Hwersar en iuncfrou kir selue biriucht*, ubi virgo ut homo sui juris agit. — *Den keerwei biriuchta*, viam publicam restaurare; proprie, justa præbere viæ publicæ.

BIROASTJE, vb.n. (biroástje) rubiginem contrahere. *Myn redens binne biroáste*, calopedia mea ferrea æruginem contraxerunt. — Figurate, ingenio vel consuetudine mala in vitium insanabile duci; *It pòchen ind bliesen is yn 'e poepen biroáste*.

Digitized by Google

BIROID.

BIROID, adj. turbatus. Prov. *Ien biroide holle, ien lege pong*, (post bacchanalia) consternatus animo vel turbatus cerebro, et marsupium inane. Nl. *berooid*, pauperatus. — Sax. v. *birouuon*, spoliare. Confer Ang. *row*, series, cum Hol. *rooi*, similesque mutationes literæ *u* vel *w* in *i*.

unbiroid, adj. valde turbatus. *Un* intensivum ut in *unquea*, malum, lolium, noxa; *quea*, malus. *Unbiroide holle*, caput inconsideratum, caput confusum, perturbatum, præcipue commessationibus in longam noctem.

BIROPPE, vb.a. voce attingere aures alicujus ita ut audiat et intelligat. *Di âldman is sa doaf, ik ken him nat biroppe*, senex me alta voce acclamantem præ surditate audire nequit. Figurate, *Dat is naid, dat di iene stek di oare hast nat biroppe ken*, leviter consutum est longe distantibus punctionibus acus. *Di iene krint ken di oare yn 'e kruskeboale hast nat biroppe*, in hoc pane triticeo uvæ corinthiacæ passæ sunt rarissimæ.

biroppe, vb.a. nominare. *Ta scoâlmaster biroppe*, nominare ludimagistrum. F.v. *bikropa*, vb.a. certa die convocare in concilium; alto ululatu persequi malefactorem; appellare a minore tribunali ad majus: *Ic byrope an dene byscope*, appello ad episcopum. *Hyt byropa fon da myra to da marra riucht.* — Ags. *behropan*, appellando, compellando vexare; Luc. XVIII. 5; ex pf. *hreop*, *hrop*, verbi *hrepan*, clamare. F. *roppe*, pf. *roap*.

birop, n. nominatio (i. e. vocatio) ad munus quod; officium ipsum, professio ipsa.

biropinge, f. F.v. appellatio ad judicem majorem. Nl. *hoger beroep*.

biroppinge, cg. professio.

BIROUWJE, vb.n. pœnitere. Ags. *berovsian*, idem, pro quo Angli habent Gallorum *to repent*, Gal. *repentir*.

birou, n. pœnitentia. *It birou komt as it to let is*, sera venit pœnitentia.

BIRUCHTIGET, BYRUFTIGET, adj. verbale, F.v. famâ suspectus. *Beruchtiget mit tiufte.* Nl. *Gerucht*, pervagata fama, præcipue, infausta. Neerlandi distinguunt inter *beroemd*, celeber, spectatus, et *berucht*, famosus, infamis. Nl. *beruchtigd*, Hooft. Wb. I. 121.

BIRURD, (biroerd) adj. verbale, apoplexia ictus; tropice, dei fulmine ictus. *It is birûrd!* Quod deus perdat! *Ien birûrde keerdel!* Quem deus perdat homo! Ante hos sexaginta annos adhuc exsecratio dirissima, quam parentes severe reprehendebant in ore liberorum, nunc ex Hollandia in usum quotidianum ducta et licita.

BYS

BYS, bîs, cg. (biis) scurra, qui lascivit in illudendis aliis, Hol. *spotvogel*, Gal. *espiègle*. *Ien scrândere junge is meast ien biis*, puer argutus plerumque scurra est. Nl. *Biis*, erro, Bracht, Mart. Spieghel. II. 159. a.

biiske, n. F.o. puella ferocula, Gal. *qui se donne des airs.* — *Biiske*, n. scurra hilaris. Hol. *guitje. Hy boârtte biiske*, derisorem agebat.

bys-feint, cg. scurra; sed, per meiosin Frisiis solennem, plerumque, deceptor, dubiæ integritatis homo, quamvis speciem honesti habens.

bys-jeyer, cg. viator sive lictor judicis pagani, qui abigit mendicos nebulonesque circumforaneos. F.o. *biesejager*, idem, F. *byejagger*, idem.

bys-jonge, cg. scurra puer.

bîze-perte, cg. dolosum consilium. G.J.

bîze-stik, n. scelestum facinus. G. J.

bîzich, adj. jocularis, scurrilis. *Bizich lâitse*, illudens ridere.

bîze-bàuwje, vb.n. inter se ridere, susurrare et ludere alios, jocos agitare, ut fit inter juvenes et puellas. Gal. *folâtrer*. Confer Ang.v. *to baw*, balare, latrare. F.b. *bawwan*, ejulare, Joh. 100. Ags. North. *beafa*, *beofa*, lamentari. *Nei-bóuwe*, effingere, imitari sonum vocis alicujus ad eum irridendum. Kil. „*bies-bout*, scarabæus alis strepitans et maximo cum impetu ac stridore volans. q. d. stridulum telum. *Biesbouten*, discurrere cum impetu et stridore."

biis-bóuwer, cg. scurra, illusor.

biizje, vb.n. illudere vel vexare, exercere alios joci gratia. *Di âlde liu hiingen aleur géar fen biizjen*, veteres multum amabant facete et jocose exercere alios. — *Biizje*, vb.n. dolosa consilia inire; G. J. Prov. *Laitsen ind giizjen is folle mar biizjen*, risus et ludibria plerumque non carent vitio.

bîzerye, cg. ludibria, vaframenta.

Alam. *biejan*, *bison*, lascivire instar vaccæ (Graff. III. 216), fremere, consternare. Nl. (Kil.) *bijse*, furens aeris

Digitized by Google

impetus, tempestas horrida, pestis. Sueth. *busa*, impetu ferri, irruere. Alam. *bisa*, boreas, Graff. III. 216. Sax.l. *bissen*, instar vaccæ stimulo venereo agitatæ per prata discurrere; sectari virum, de virgine. Kil. *biesen*, j. *byesen*, æstu agitari. F.u. *byster weêr*, Ang. *boisterous weather*, tempestuosum cœlum; *a boisterous man*, homo tumultuans et inconditum clamans. Ang. East. *boist*, a swelling. Ang.v. *boister*, a boisterous fellow. Suethi *Lopa i biss*, catulire; Sirenius. Nl. *Als ouwe koeijen bissen steken zij de staert hoogst*, J. Zoet, 242. Nl.v. „*Als die oude koyen bijsen so clappen hem die clauwen*, dum trotant vacce veteres sonat ungula quoque." Proverbia communia. Delf in Hollandia, p. 2. Ambo proverbia innuunt senilem amorem esse turpem. — Angli *busz*, susurrare instar apium volitantium, strepere; susurrare in aurem, *(büster waer.)* Sax.n. *kisse-bissen*, huc illuc in domo discurrere et satagere in nugis, ut sedulæ mulierculæ solent. — Frisii orientales *bisen* et *bissen* promiscue habent, cursitare huc illuc vesane, absque scopo; præsertim vaccæ æstuantis instar. F.o. *It weidfé kriggt de birs in de stært*, F. *it fé kriget di bâuw under di stirt*, œstrum sub cauda armenti hærere incipit, i. e. pecus æstuari incipit. *Birser*, armenta œstro agitata. Stür. 18. Mhd. *birsen unde jagen*, venari. Isl. *birr*, n. ventus, tempestas, impetus.

Nl. *biesen*, æstu agitari. Isl. *biastra*, molesto labori insudare, summis viribus niti; *biástr*, n. ardens nisus, labor improbus. Ang. *bias*, præponderans ingenii æstus, causa movens mentem in hanc vel illam partem. Ex *biesen* Neerlandi habebant *bies-bout (bolt*, sagitta) scarabæus alis strepentibus, impetu et susurro advolans, F. *hynste-biter;* Alam. *bise-wurm*, œstrum; Graff. III. 216. *Biesbouten*, discurrere cum impetu et strepitu instar vaccæ œstro agitatæ caudamque erigentis. F. *bâuwje*, idem, ex *bâuw*, oestrum.

BISAKJE, vb.n. subsidere, in minus volumen redigi. *It héa bisakket hird*, cito subsidit fœni meta. *Nat hird rinne oar it iten kwette bisakke is*, post prandium a cursu devolanti abstine donec cibus subsidit.

BISAUWJE, vb.n. confundi animo, impallescere eventu. *Sâuwje*, idem. *Hi sâuwde* vel *bisâuwde fen di thongerslach*, impallescebat fulminis ictu. *Ho Friez nea moed besauwe*, G. J. I. 91, (historiæ scriptor narrat) quomodo Frisii numquam animum desponderent. — *By di tynge fen kjar soans déad bisâuwde di mem*, nuntio mortis filii audito mater decidebat, (animæ defectione.) — *It ding is bisâuwe*, res in nihilum interiit. West-Fr. *beseeuwen*, pavere; *beseeuwd*, pavidus, pauper et afflictus. Post captam Brielam dux Alba *beseeuwde*, impallescebat, confundebatur. Predicatie van D^e^ Koster te Hoorn. — Aliud est v. *beseeuwen*, (Kil.) madefieri aqua marina, a Nl.v. *seeuwe*, (Kil.) mare, Goth. *saivs*, idem.

sauwje, est ex *saegje*, ut Ang. *saw*, serra, ex Ags. *saga*. Nl. *sagen*, *versagen*, pavere. Nl.v. (Kil.) *saegh*, *tsaeghe*, pavor, pusillanimitas. Nl. *versaegd*, territus; *onversaegd*, *onverschrokken*, intrepidus. *Sagen*, tremulo motu concuti, ut territi solent, quæ notio restat in *saghe*, (Kil.) febris, ut Nl.v. *rede*, febris, Ags. *hriddel*, cribrum (tremulum), F. *ridel yn 'e hánnen*, manuum tremor. F. *Sige-saegje*, serratum motum sequi, serratam ducere lineam. Gal. *sic-sac*, hodie *zigzag*, linea serrata; *tranchée en zigzag*, cuniculus serratus; *chemin en zigzag*, qui va en serpentant. F. *saegje*, Nl. *sagen*, serrare, i. e. vicissim detrudere et attrahere serram. Notionis primitivæ vestigium manet in *sauwje*, *souwje*, glaciem debilem agri inundati trepidantibus pedibus sursum deorsum tentare.

BISCAËDJE, vb.a. opacare, velare, prætexere. (Confer *scaed*, umbra.) Ang.v.

The hyge tre the grounde beschadelk
And every mannis herte gladelk,
Gower, MS. F. *di keage beam biscadet di groun*. Halliwell.

BISCAMJE, vb. pudescere, cum pron. reflexivo. *It bern biscammet him*, pudet infantem (præsente extraneo), timidulus est. *Biscamje dy nat oer earmoede mar uneerlik jild*, ne te pudeat paupertatis, sed divitiarum male partarum.

biscamsum, adj. pudibundus, pudendus. *Ien biscamsum famke*, puëllula pudens. *It is foár di bern ien biscamsum wirk as di âlder him gek oanstelt*, pudet liberos stultitiæ parentum, stul-

Digitized by Google

torum morum. *Moánne to wirden is biscamsum wirk*, de debito solvendo moneri pudor est.

BISCATTE, vb.a. F.o. nimium poscere tributum, præter jus petere; proprie, adærare, tributum imponere. Confer Nl.v. *schatten ende scheren*, vexare censura, tributis. — F.v. *sondir byschatte pachte ende sondir simonye*, Chart. b. 375, absque injuste stipulata pensione et corruptione. Nl. *ongeoorlofde uitkeringen*.

BISCEADIGJE, vb.a. nocere, lædere. Ags. *sceathian*, lædere, furari. *Di storm hat di diken biscéadige*, tempestas nocuit aggeribus marinis, hic illic eos delaceravit. — F.v. *him bescadigia*, culpam commereri erga legem: *of him deer ymmen oen biscadiget*, si quis erga præceptum istud offendit, Nl. *Indien iemand zich daer aen vergrijpt*. Hollandi in sermone quotidiano *zich daar aan brandt*. F. *bisceadje*, quod citat cl. Richthofen, non existit.

BISCEAN, vb.n. obtingere, G. J. I. 94, *So men immen det al folle yen ney beschean schil*, malum, quo alios affecimus, fere habebimus. — *Scean* ex *scian*, accidere, contingere. *Scian* pertinet ad ea verba monosyllaba, quæ infinitivum claudunt *n* finali, ex. gr. *gtan*, ire; *sjæn*, videre; *stéan*, stare; *jaen*, dare, cæt; F.v. *gan*, *sia*, *stan*, *ia* vel *ian*.

biskia, F.v. idem.

BISCELDE, vb.a. convitiis obruere, aggredi. F.v. *biskelda*, accusare in judicio, culpare de injuria.

BISCERE, vb.a. circumtondere novacula, ex. gr. mentum barbatum; *biknippe* contra fit forfice. F.v. *biskera tha mone*, attondere jubas equi; *syn haud biscera*, ejus caput attondere; Ags. *besceran*, privare; *gescerian*, ordinare, destinare. Has figuratas notiones verbi *to shear* Angli rejecerunt. — *Di haech biscere*, attondere sepis frondes. — Prov. *Hy mat heel sinlyk wœze di ien aei biscære wol*, MS. valde mundum esse oportet eum qui ovum tondere tentat.

biscere, biscare, dispertire. *Yn it delen fen di buwt hat er him goed bisceerd*, in dispertienda præda sibi bene multa vindicavit. Inde Neêrlandi *het bescheer des hemels*, ordinatio dei; *het bescheer*, fatum. F. *Yn alle saken is ther*

en bisceyre, MS. in omnibus rebus regnat præfinita quædam ordinatio. Nl. *Wat lot is ons beschoren?* quænam vitæ sors nos manet? Sax.v. *Scerian*, disponere, ordinare, destinare. Ags. *scerian*, ordinare. — In hac notione partem distribuendi, dispertiendi, plurimum valet *him biscare*, sibi partem vindicare. Ags. *scaru*, *scearu*, pars, proprie segmentum, Ang. *share;* Ags. *scerian*, secare, tondere. Confer Nl. *bedélen*, (cuique partem suam tribuere) erogare necessaria egenis; *deel*, pars.

bisciria, vb.a. F.v. sibi rapere quid; *that hyt hath beskireth in da riuchte deer di rawer on sitten is*, quodque ille istud rapuit in ambitu jurisdictionis cui prædator est subjectus; 486, 21. Ags. *bescyrian*, fraudare, spoliare. Bouterwek, Angels. Glossar. 22. Confer *biscere*.

biscere, obtendere funem, fila. *(len line scere*, restem tendere.) *Di hakken fen di hoázzen biscere*, filis assutis obtendere et firmare tibialium calces.

BISCERMJE, vb.a. protegere, F.v. *biskirma*, idem. *Dat riucht biskirmet da onschield ande dine erma*, jus protegit innocentem et pauperem.

biskirmense, f. F.v. protectio, tutela orphani ejusque bonorum. Ex *biskirmnese*.

biscirming, cg. protectio.

biscermer, cg. protector. Sax. v. *bescermon*, protegere; *bescirmere*, protector. Alam. *piscirman*. Vox Anglosaxonibus, Anglis Helgolandisque ignota.

BISCERNSLINGERJE, vb.a. conspurcare, contaminare, afficere contagio (ex. gr. pestilentiæ.) *Scern*, fimus; *slingerje*, jactare; jactare merdam liquidam, quod boves et vituli faciunt cauda excrementis madida.

BISCIEDE, vb.a. sejungere; gubernare, sibi partes judicis arrogare, moderari, regere; destinare in commodum vel in tentationem alicujus. — G. J. I. 53,

Lit ik di hynxt fen stál aefliede
Az ien folle wol bisciede,

si distringo cultrum, cum aliquis multa sibi arrogat. *Hynxt*, equus bellator, qui e stabulo ducitur ad pugnam, symbolum certaminis. Signa sive vexilla Anglosaxonum albi equi imaginem præferebant. Thierry, Hist. de la Conq. de l'Angleterre. I. 129. Fr. Junius in annotationibus MS. (quas

Digitized by Google

servat Bibl. Bodleyana) in poetam nostrum hunc locum rite explicat, *Laet ick het ruyntjen eens van stal springen of besta ick eens 't mes te trecken, als iemand veel snaps wil hebben.* Plura vide Naoogst, p. 289. — Prov. *Goad bisciedt us néat as goed*, nil nisi fausta deus nobis destinat.

F.v. *biscetka*, decernere, decidere, dirimere; pf.p. *biskat*, definitus. F. *bisciede*, pf. *biscaet*, pf.p. *biscaet*, ger. *biscieden*. E præterito verbi primitivi, *scaet*, *biscaet*, fluxit.

biscaeye, vb.a. se immiscere, quæcumque moderari imperiose. *Beppe wol alles biscaeye ind fiert neat ut*, avia omnia tentat moderari et nihil præstat.

bisketh, F.v. pactum.

biscie, bisceid, n. observantia; nuntius respondens. *Bisceid sizze*, respondere per nuntium. *Bisceid dwaen*, e poculo bibere quod alter tibi propinat. Kil. *bescheed doen*, æquum justumque præstare.

Ont de houn comt te hére
Soo wyter besché noch eere;

Burm. 58, cum canis (plebs) surgit in dominium omnem exuit observantiam et decori sensum. *Al thingh hat sijn beschie*, Burm. 2, in omni re decorum est observandum, quæque res aliquid quod decet sibi privum habet.

bisceiden, adj. vel *biscaet*, sejunctus a similibus juxta positis, non coalescens. *Alle wirtels fen sipelgæs binne biscaet*, singulae radices conglomeratae allii schoenoprassi suam sibi privam habet plantam. Nl. *bescheiden*, modestus. — *Besceiden*, adv. perspicue, clare. *Hy koe di fleugel fen heite scip bisceiden* (vel *bisceidenlyk*) *siæn.*

bisciedenlyk, bisceidenlyk, adv. distincte: *Elts ken sjæn, mar nat bisciedenlyk sjæn*, quisque videt, sed non distincte. — *Men kenne di bergen yn 'e moánne bisceidenlyk siæn.* F.v. *beskethelik*, adj. distinctus, definitus, clarus; *cortera ande beskethelikera riucht*, jurisprudentia concinnior et distinctior.

BISCIFFA, vb.a. F.v. creare (judicem, prætorem, cæt.) Nl. *aenschaffen*, Ags. *scyffan*, *scyan*, suggerere, suppeditare. Nl. *schaffen*, suppeditare, curare; *raed schaffen*, consilium dare et consilio juvare (in rebus adversis.)

BISCIKJE, BISCIKKE, vb.a. disponere; impetrare quid pro alio in ejus commodum. Prov. *Dy alles biscikke wol, biscikt neat*, omnia qui tentat disponere dispouit nihil. — *Di man wier forlegen; ik hab him jild biscikt*, in angusta erat re; argentum pro eo impetravi. *Teate hat my ien feer-kou biscikt*, Teate invenit mihi vaccam biennem. — F. *scikke*, adaptare.

biscik, n. molitio. *Ien bulte biscik hawwe*, se multis immiscere rebus.

BYSCIKKE, vb. admovere. *Scik kwei by di hird*, admove te propius foco. Figurate *Hy ken er him aerdich byscikke*, belle se suaque commoda insinuare scit. Vide *opscikke*, paululum cedere ut alii sit locus; *ut-schikke*, sedens paulisper cedere; *wei-scikke*, removere; et *scikke.*

BISCILDIGJE, vb.a. accusare. F.v. *biskildigia*, (ex forma simplici *biskelda*,) idem. Ags. *bescyldigan*, Ang. *to accuse.*

BISCINE, vb a. illucere. *Ik scil dy yn ien gat sette, dær dy sinne ouf moánne biscine ken*, te in carceris cavum detrudam ubi nec sol nec luna te illustrent. Ang. *She was as fair a creature as sun might beshine.* Urrysch. p. 603. F.v. *biskina*, idem: *neen sonne to beschinene*, ne sol sonti affulgeat. F.v. *biskina*, (illustrare i. e.) luce veritatis convincere; *Hua so des bischinen wert*, quicumque ejus (maleficii) convincitur.

BISCITE, vb.a. cacando inquinare; plurimum figurate, decipere. Stercus Germanis erat symbolum contemtus, ludibrii, fraudis, quare neque Anglosaxones neque Frisii in morum simplicitate illud habebant inurbanum. Contra Hollandis *beschijten*, decipere, vox est spurca. Ags. „*besciten*, caca„tus: nostratibus hodieque notæ satis „significationis." Somner. Euang. Northumb. Matth. II. 15, *bisuicen* sive *bilyrtet*, deceptus, illusus; F. *lurte*, *lorte*, stercus rotundum. — Prov. *Dy ien oar biscyt biscyt op it læst him selne*, alium qui decipit decipiet tandem se ipsum. Ironice, *Better ien goe frioun beschijten as de man selm*, Burman. 7.— *Dat scil him biscite*, hoc factum ejus spem fallet. — Prov. *Immen lit him naet twaris fen de selfde man biscite*, nemo facile bis delabitur in fraudem ejusdem hominis; asinus in lapidem non bis offendit eundem. — *Biscite*, pf. *bisciet*, pf.p. *bisciten.*

Digitized by Google

BISCOAGJE.

bisciter, cg. fraudator, impostor. Prov. *Bisciters dye naet*, fraudatorum auctoramentum haud ita magnum est.

BISCOAGJE, BISCOAYE, vb.a. contemplari. F.v. *biskawia, biskowia, biskoia*, contemplari, spectare, examinare. *Hwerso di dyck biskowat wirt to wanwirk*, ubi agger marinus spectatus et examinatus videtur esse male constructus. Confer F. *lek-scoaye*, vituperare ut rem vilem. Ags. *besceáwian*, contemplari, circumspicere, considerare. Ags. *eá* ex F.v. *a*. Angli hoc verbum commutaverunt cum extraneis *to contemplate, to consider*.

BISCOEIJE, vb.a. tabulis coässatis vestire parietem, canalis ripam, cæt. *Di wālen biscoeije*, palis et tabulis crepidines canalis firmare, ne terra interatur et ripa laceretur. — Ags. *besceadan*, vestire; *scyccels*, m. mantelum. Nl. *schoeien*, calceare.

BISCRASSE, vb.a. acie quadam inscalpere et turbare politam superficiem. *It iis biscrasse*, glaciem grallis ferreis radere, arare. Ang. *to bescratch*, unguibus arare. Richardson citat exempla. Vide *scràsse*.

BISCRIEME, vb.a. deflere. Ex simplici F.v. *biskria*, ploratus ululatu attingere locum ubi auditur. Confer *biroppe*.

BISCRIUWE, vb.a. describere, aliquem certiorem facere literis, portendere, efficere. *Homerus hat di oarloch fen Troayen biscréaun*, Homerus descripsit bellum Trojanum. Frequent. vb. Ang. v. *bescrawle* et *bescribble*, idem. — *Immen biscriuwe*, proprie, aliquem scribendo assequi, i. e. literis certiorem facere. *Roppe*, clamare; *immen biroppe*, (clamando quem assequi ut audiat) e longinquo inclamare quem ut audiat. — *Dær is wer ien jungfaem fordrunken. It is biscriuwt hwat!* Iterum virgo aqua suffocata est. Glacies scatet ærumnis. *Di comeet scil hwat biscriuwe*, cometa calamitates portendit. F.v. *biskriva*, describere: inscribere (mulctam), mulctare: *biskriva hi achte ponden*, mulctare sontem octo libris. Ags. *bescrifan*, confesso pœnitentiam poenamque injungere; pf.p. *bescrifen*, cui confesso poena injuncta est. Lye. Plerumque valet Ags. *scrifan*, inscribere (mulctam confesso et poenitenti). Aliquando plene cum *bote*, mulcta: *tkrovige thær sva bisceop him scrife be ælcre misdæda tha bote scrife*, quod Lye vertit, „juxta singula peccata compensationem exigat." *Scrifan* quoque in genere notat confessionem accipere, Ang. *to shrive*. — Ags. *scrift*, confessio; *scrift (-man)* elliptice *scrift*, confessor. — Ags. *scrifan*, æstimare pondus rei, curare. Lye. Sax.v. *biscriban*, curare; *ni biscriban*, flocci pendere. De homine, qui res familiæ in omnibus curat, Frisii perhibent, *Hy is dær scepper ind scriuwer*, ille ibi est curator et scriptor, i. e. omnitenens, proprie, perscriptor actorum et agendorum.

Olim omnia tum in judicio tum in rebus sacris viva voce agebantur, ejusque solius fidei, præsentibus testibus, securitas pactorum et promissorum et auctoritas jussorum committebantur. Primi, qui arte scribendi utebantur, fuere pontifices et judices, qui mulctas una cum decretis et sententiis in acta referebant. Inde scribendi notio apud maiores nostros in aliam castigandi, monendi, reprehendendi, peccata confitendi vel puniendi sensim gliscebat. Præterea bene tenendum est hanc notionem non τῷ *vritan*, Ang. *to write*, verbo antiquo et vere Germanico usuque quotidiano trito, esse propriam, sed soli verbo Romano *scrifan* ex verbo Romano *scribere* formato. Cum enim confessio et mulcta ecclesiastica a supremo Romano pontifice ejusque apostolis esset introducta, hunc ritum non verbo communi et quasi *paganico*, sed voce, e sacra lingua ecclesiæ oriunda, designabant.

BYSCRIUWE, vb.a. adscribere, juxta scribere.

BISCROBJE, vb.a. increpare: confer *scròbje*. Nl. (Kil.) *scrobben*, scalpere, scabere, radere. Ags. *screopan*, idem. Ang. Sussex. „*shrape*, to scold." F. *scrape*, strigil, (Jun. Et. *scrape.)* Suethi *skrape*, Ags. *screope*, f. idem, Prov. *Dy ien oar biscròbje wol mat selme suwer wæze*, turpe est doctorem cum culpa redarguit ipsum.

(BISCUBJE), F.o. *bescubli*, decipere. Stür.

BISCUDSJE, vb.a. septo ligneo circumdare, includere. Figurate Nl. *beschutten*, protegere. F. *scüd, scod*.

BISCULE, BISCUL, (bescoel) adj. tectus, ex hominum aspectu semotus. *Hy sit*

Digitized by Google

(BISCUMMÉLJE).

biscûle, hæret in latebris. *It bern leit biscûl under di wrine*, infans latet sub stragulis. — *Biscûl boârtsje*, Gal. *jouer cache-cache*. Hol. *Verstoppertje spelen.*

(BISCUMMELJE), F.o. *bescummeli*, decipere. Stür.

(BISCUNTJE), F.o. *bescuntje*, decipere. Stür.

BISEKA, vb.a. F.v. inficiari, negare. Confer *bisiikje*.

bisekinge, f. F.v. inficiatio. Ags. *besacen*, in controversiam vocatus. Somnerus. Benson. Lye. *Besacen* deest Etmullero, 620.

BISEKA, vb.a. F.v. conquirere, investigare. Vide *bisiikje*.

BISÊN, F.o. subula bidens qua sutor margines corii in suturis extantes absecat. Stür.

BISENA, vb.a. F.v. conciliare. *Een stryd bisena*, componere litem osculo, *een soen bisena*, reconciliationem osculo obsignare. Sax.v. *bisuonan*. Nl. *verzoenen*, in gratiam redire cum.

BISERJE, BISERJE, BISÉARJE, vb.a. leviter vulnerare. Plurimum reflexive; *It famke hat hjar mei ien kniif biseerd*, puella se incaute cultello vulneravit. Ags. *sâr*, vulnus, dolor, cura; Ang. *sore*, ulcus; Ags. *besargian*, misereri. Ang.v. *besore*, vexare. Sax.v. *serian*, afficere dolore.

bisêrje, vb. reflex. conspurcare merda. *Bisêrje dy nat!* Cave merdam. Hol. *zich bederven*, se perdere, fig. se concacare; *Je hadje bedurven met lachen*, School voor jaloerschen, 39. F. *syn eigen quéa*, sua ipsius merda; proprie, malum.

BISETTE, vb.a. circumdare, intersepire, coärctare, proprie, ponere circum. Ags. *besettan*, obsidere, collocare, Ang. *to beset*. F.v. *bisetta*, circumdare, sepire, occupare, satisdare, decernere, *It lân mei pjellen bisette*, agrum palis sepire, F.v. *mit pelem bisetta*. *Di pine bisette*, tactu magico pollicum dolorem membri afflicti coarctare et mederi. Milton,

The only righteous in a world perverse
And therefore hated, therefore so beset
With foes, for daring single to be just.

Incingere, Ang. *Follow him that is fled. The thicket is beset: he cannot scape.* Shakespeare. Ags. *besæt*, obsidebat. — *Biset, bisetten*, oppressus. *Biset*, multis obrutus negotiis, *Throch*

BISIBBE.

minsjochtme is miin hert beset om dy, G. J. pectus amore mihi oppressum propter te. *'k Wird fen wriid in spiil besetten*, G. J. mihi cor uritur invidia. In angustias compulsus, Ang. *Now, daughter Sylvia, You are hard beset.* Shakespeare. — *Nàu biset*, (arcte obsessus) tenacissimus, sordidus, Lat. *angustiæ pectoris* (avari). — *Di boârst is di man biset*, peripneumonia laborat. — *Bisette*, occupare locum. *Dyn finne is nat goed biset*, tuum pratum (non rite est occupatum), idoneum est pluribus vaccis pascendis. F.v. *Werua biset meta huse*, fundus occupatus domo; *tsiurke bisetta*, obsidere templum. — *Bisetta*, satisdare. F.v. *mit londe bisetta*, satisdare alicui agris. Nl.v. *beset*, hypotheca; (Kil.) *besetten ende beslaen den pand*, percludere pignus. — F.v. *bisetta*, decernere, statuere. *The bisetta meide*, merces coloni statuta. *Wi* (biskop) *bisetta*, nos statuimus. Nl. *inzettingen*, institutiones.

biseting op e' boârst, cg. peripneumonia, difficultas spirandi.

BYSETTE, vb. apponere. *Kenstke my eâk hwat jild bysette?* Potesne mihi mutuos dare nummos aliquot? — *Alde liu habbe nat folle um by to setten*, vires senum gravi morbo non pares sunt. — *Ik hab byset*, febris me emaceravit. — *Bysette*, suum nummulum in ludum apponere. cf. Kil. *bijsetten.*

BISGJE, BYSGJE, BÎSGJE, vb.a. uti. Ags. *bisgian, bysgian*, occupare, occupari.

âfbîsgje, detercre. *Hy hat it hynzer yn ienen âfbîsge*, equum nimio labore penitus attrivit.

Héal-bisige luiwagen, peniculus semitritus. *Héal-bysge fammen*, virgines haud integræ, sive quod ætate provectiores sunt, sive quod deformes, sive quod delibatæ pudicitiæ. De re ita valet quoque *heâl-sliten:* ex. gr. *tsjettel, leppel, mæs.* Prov. *Ien heâlsliten tsjettel is so goed nat as ien nyjen.*

BISIBBE, adj. junctus a paterno maternove sanguine, consanguineus. F.v. *bisibbet*, idem. *Di faem is oars myn sin, mar hja is my to nei bisibbe om er ien sib fryster fen to meitsen*, puella mihi valde placet, at consanguinitas impedit quo minus me ei despondeam. Nota Frisium haud facile suam ducere neptim. — *Bisibbe*, tropicc, *bisibbe faem*, puella deamata et pene

Digitized by Google

desponsata. — Junctus necessitudine creditorem inter et debitorem: *di bûr is mei di koukeaper riu bisibbe*, boum mercator plus quam satis est debet rustico. Confer *sib*, cognatus.

BISIDE, BISÍDEN, adv. ad latus, seorsim, clam. *It jild foel bisiden it boart del yn it welter*, crumena juxta latus navis gliscebat in aquam. — *Liz di briif biside*, sepone literas in loco secretiore. — *Biside krupe*, latenter abire seque abscondere. *It bern kroep biside yn memmescirte foár di sòldaten*, infans metu militum se immergebat in matris sinum. *It bern is biside under di wrine*, infans latet sub stragulo. F.o. *in bóken beside*, sepultus libris. — *Biside boártje*, Gal. *jouer cache-cache*. Confer *biscule*.

bi-siden elkoárren, Nl. *zyde aen zijde*, ambo lateribus junctis. F. *side*, Ags. *side*, latus; dat. *sidan; be sidan*, ad latus. Ags. *He (Didimus) mid hondum hælend genom sylfne be sidan, thær he his svat forlet*, ad latus unde suum fundebat sanguinem. Cædmon, 299, 5. Bouterwek, p. 184. r. 547. Ang. *besides*, ab latere, Gay, Pastorals, *Fair is the kingcup that in meadow blows, Fair is the daisy that beside her grows.* — Quod excipimus ad latus, i. e. seorsim ponimus; inde Ang.v. *beside*, Ang. *by the side of*, Ang. *besides*, exceptus, præterea. Confer Ang. *be-time*, *be-times*, F. *bi-tiid*, *bi-tiids*, bene mane. — Nl. *besijden*, a latere et seorsim. Kil. Franci suum *bi sidan* ad verbum verterunt Barb. Lat. *ad costam*, Gal. *à coté*, *auprès*. *Donner à coté*, s'éloigner du but. Teuth. *besyden*, *beneffen*, prope, circa. Hd. *beiseit*, a latere; *beseit*, seorsim.

BISIIKJE, vb.a. periculum facere, F.u. *besoeke*, idem.

Bisiikje it net um tejin di wet op to steau, ne tentes rebellionem contra leges. — *Men matte alles bisiikje ind it goede bihâlde*, omnia tentanda sunt et honesta servanda. Prov. *Bisiikjen is it neiste riucht*, in re dubia periculum facere proximum est. Nl.v. „*Besucken eest naest*, docet experiencia cuncta." Proverbia communia. — *Wy scille it mei 'n oár bisiikje*, agel certemus de victoria. — Ex *bi*, *be* et *siikje*, quærere; analogice Ags. *findan*, investigare, pf. *fand*, Nl.v. *vanden*, visitare, Ang.v. *to founde*, to go towards, Ags. *fandian*, tentare, Ang.v. *to fande* et *found*, to try, to attempt, Ags. *bisecan*, adire, Leg. Edg. Ang.v. *beseek*, Ang. *beseech*, (adire precibus) implorare, Nl. *aenzoeken*, idem. Nl. *verzoeken*, petere, *bezoeken*, visitare, sed F. *forsiikje*, visitare, *bisiikje*, periculum facere. — F.v. *biseka*, perquirere, pf. *bisocht*, pf.p. *bisocht*. Contra verbum F.v. *biseka*, negare, infitiari, pf. *bisók*, non est ex *seka*, quærere, sed ex Ags. *sacan*, increpare, pf. *sóc; ætsacan*, negare; *onsacan*, negare; *othsacan*, recusare; *withsacan*, negare, cæt. F.v. *sek-wird*, infitiatio.

bisócht, adj. affectus morbo lento et fere insuperabili. *Hij het di kanker yn 'e ljisken; di man is wakker bisocht.*

bisîking, cg. calamitas a deo inflicta, grave malum. ex. gr. improbi liberi, ebrius maritus, pestis pecoris, cætera.

BISIJE, vb.a. Hind. acu pingere linteum. F.v. *sia*, Sueth. *sye*, Lat. *suere;* Goth. *siujan*. Ags. *siwan*, Ang. *sew*. Ags. *besiwian;* pf.p. *besiwed fether-geveorc*, opus plumarium, plumæ acu pictæ, Somner. Lye. Hind. *beside knotte*.

BISIKERIA, vb.a. F.v. cavere, defendere, in tuto ponere.

BISILE, vb.a. pernavigare. *Di sea bisile*, navigare mare. pf.p. *bisyld; ien bisyld scip*, navis velis habilis; *bifearn siler*, expertus nauta, Ang. *an expert sailor*, Hol. *bevaren matroos*. *Bisile* pede unovelificans attingere scopum cursu navis non obliquato. *Ik lei oan op Heech ind ik koe Smelbræge nat iendris bisile*. Tropice, attingere alium ingenii dotibus, formâ, decore, cæt. G. J. I. 13,

Nin faem, ho moy, dyn glanz' bisylt
(op thuzen mile nei.

Gens navigatorum a re nautica metaphoras mutuatur. Hollandi *voorbijzeilen*, præternavigare, tropice, antecellere. Sartorii adagia, cent. IV. 56, *vert* (lege *verde*) *voorbyzeylen*, *te boven gaen*. Nl. *De loef afsteken*.

BISIPERJE, vb.a. et n. lente et minutim cadente aqua suffundi; vb. frequentativum ex forma simplici F.v. *besipa*, (oculos) perfundere liquore lacrymali; *het age nat biseppen*, oculus aridus. F. *sypje*, manare, stillare; *syp-éach*, lippus; *syp-éagje*, lippire. Ags. *sipan*, stillare; *sipen-ege*, adj. lippus.

Digitized by Google

BISITTE.

Hol. *sip zien*, i. e. dolenter. Ang. North. *to sipe*, to ooze or drain out slowly.

BISITTE, vb.a. insidere in aliqua re. *Dou bisitste my*, insides meæ vesti. *Dy hin bisit tolef piken*, gallina ista incubans tegit duodecim pullos. Figurate, possidere; qui enim rei insidet vel obsidet eam possidet. (Confer Lat. *posne-, pone-sideo*, unde *possideo) Bisitte*, pf. *bisiet*, pf.p. *bisitten*, obsessus a malo dæmone, furibundus, effusus. F.v. *bisitta. Thet alle Frisa an fria stole bisitte and hebbe fria spreke and fri ondwarde*, Frisii omnes insideant libera sede, i. e. possideant liberam sellam (ac tribunal) et habeant liberam accusationem et liberum responsum. *Oppa tha erue bisitta*, insidere fundo, i. e. possidere et uti. Cum accus. sine præp. *an* vel *op*, *syn ayn eerwe bisitta mit aller Fresena riucht*, F. *syn ein erw bisitte mei aller Friezen riucht*. Ags. *besittan*, obsidere, cingere; possidere. Lat. *ob-sidere* propriam notionem vb. *be-sittan* accurate indicat.

bisit, n. possessio. *Bisit is nin riucht.*

bisitma, F.v. idem.

bisitter, cg. possessor, homo dives. *Hy is bisitter*, est locuples homo.

BYSITTE, vb.n. assidere. Prov. *Dy thichst by 't fiúr sit waremt him bæst*, qui proximus apud carbones assidet optime focillatur. F.v. *bisitta*, *biseita*, assidere; judex „assidet" i. e. jurisdictionem habet in omnes, qui in ejus jurisdictionis ambitu degunt. Hoc vb. *bisitta* accentu in *bi* rite distinguas a *bisitta*, possidere, quod accentum habet in penultima.

bysitter, cg. assessor in judicio pagano. F.v. *bisitter*.

BISIUCHT, adj. furiis agitatus. *Bisthe bisiucht?* Anne te dementia cepit? Nl. *Zijt gij bezeten?* Aliquando *bisiucht* commutatur cum *bisetten*, Nl. *bezeten*. *Dy bisiuchte minsce!* O homines lymphatici! F.u. *besükt*, idem. Hilarides, MS. Hindel. *bisiocht*, ebrius. Nl. „ *Uijtsinnich, rasende, dul, besiecht en beseten.*" Broer Corn. Serm. I. 69. Nl.v. *besiecht*, morbo affectus in genere; speciatim, comitiali. F. *siuchte*, morbus; G. J. *siuchtme*, idem.

siucht-nead, cg. morbi angustia. G. J.

BISIUNGE, BISJONGE, vb.a. celebrare cantu, Nl. *bezingen*. *Di affears bisiunge*, canere proavorum laudes. F.v. *bisinga*.

BISJITTE.

Ags. *besingan*, incantare. F.v. *singa*, *sionga*, canere Missam; *tha haudsloed bisinga*, celebrare missam in templo Cathedrali, (proprie, totum templum cantu implere), in usu, præesse sacris in templo praecipuo.

BISJÆN, vb.a. (G. J. *besjean)* spectare, pf. *bisèach*, imperat. *bisjuch*, *bisjoch* et *bisjæn!* pf.p. *bisjuwn;* Nl.v. imperat. *besich!* Leven van Jesus, 241. *Di merke bisjæn*, nundinarum tabernas spectare. *Sjæn*, videre; *bisjæn*, contemplari; *Haste dy tsjeppe faem sjuwn? Wol sjuwn, mar nat bisjuwn.* Figurate, experiri, ad finem ducere; *Dou seisthe, ik mat bitelje. Dat scille wy noch ris bisjæn*, tu asseris me tibi debere nummos. De hac re contestabimur litem. — *Di feint is thige siik; ik léau nat dat hy it ein bisjæn scil*, morbo capitali juvenis affectus est; timeo ne eo absumatur; proprie, ne finem morbi non videat. — *It bouwen fen sa'n keámerke ken ik foár ien byttsje bisjæn*, parvis sumtibus tale cubiculum extruere possum.

bisjuch, n. Hol. *bekijk*. Prov. *Hanswoársten op 'e stoel habbe it measte bisjuch*, ad sanniones in cathedra maximus est concursus populi.

bisjæn, spectare; *bekykje*, intentis oculis spectare; F.v. *bikike*. Hol. *bekijken*, Ang.v. *kyke*, to look steadfastly.

Ags. *beseon*, circumspicere, contemplari. Ang.v. *be-sé*, Wyckliffe, imperat. *bise!* vide, Matth. XXVII. 4, Ang. *to see to*, F. *ta-sjaen;* Nl. *toezien*. F.v. *bisia*, intueri, cernere; nota solitam apocopen nasalis *n*, quæ hæret in inf. F. *bisjæn*, et proprie forma gerundii est; F.v. *him ne aegh neen man to bysyaen*, 424, N° 1.

BISJITTE, vb.a. jactu teli vel globi attingere. præs. *bisjit*, pf. *biscéat*, pf.p. *biscetten*, præs. p. *bisjittende*, ger. *bisjitten*. *Di fugel is to fier; ik ken him nát bisjitte*, avis nimis procul hinc est, sclopeti jactu eam assequi nequeo. — *Ien scip bisjitte*, contabulare cubiculum navarchæ in puppi. Nl. *een kamer met wagenschot beschieten*. cf. Kil. *beschieten. Biscetten tkek*, tectum sub tegulis contabulatum.

bisjitte, vb.n. prospere succedere. Prov. *Di kriich bisjit nat folle*, bellum non multum salutis adfert.

biscot, n. proventus. *Di noarde-wyn*

Digitized by Google

BYSKJE.

jowot wos ien goed biscot fen koarn, aquilo nobis parat largum hordei proventum. Confer *bislaen*, obtegere, et *bislach*, totum armentum fundi. Nl. (Kil.) *beschot*, proventus, pollen, contignatio intermedia. Citat Kil. Hd. *beschuss*, proventus, vox hoc sensu apud Grimmium non obvia, qui interpretatur *beschuss*, paries medianus.

bisjitte, mutare colorem. Nl. *verschieten. Jæ bescheat in laey ijnn' swijmme az dea*, illa (Reonixa) impallescebat et jacebat in animi defectu mortis imago, G. J. I. 15. — Ags. *besceotan*, præcipitari.; *on grund besceotan*, Luc. VIII. 31, in abyssum præcipitari. Etmuller, 600, „abire, mitti." *Besceat*, Oros. 33. tit. 3. præcipitavit se. *(As ien snoek ut 'e doar sjitte*, lucii instar propelli foras).

BYSKJE, vb.n. occupatus esse in levi negotio, sive opere. Ags. *bysgian*, occupare, occupari. Ang. *to busy*. Inde vb. frequentativum

bîzelje, idem. Nl. *beuzelen*, nugari.

bibîzelje, vb.a. *bibjeskje*, cursitando, actitando frivola agere. *Hwat bibîzelt it âld-wyfke?* quid nugarum agit vetula? Ang. *to bustle about*, in concerns of little worth.

beuzich, adj. occupatus. Ags. *bysig*, Nl. *bezig*, Ang. *busy*.

beusicheit, cg. occupatio, Ang. *business*. Ang.v. *besiship*, Gower.

bissing, cg. nundinæ vici Ommen. Ags. *bisegung*, *bisgung*, negotium, occupatio, Ang. *business*.

BISLABJE, vb.a. delambere.

bislabberje, vb.a. F.o. inter edendum ex ore stillantibus guttis amictum pectoralem conspurcare. Nl. *beslabben*, lambendo inquinare, cibo liquido contaminare, Ang. *to beslubber the garments with blood*. Shakspeare, 1 part, Hen. IV. Act. II. sc. 4. Ang.v. *beslabbere* et *beslobbere*, se inquinare saliva. Piers Plouhman, p. 110.

bislobberje, more anatum sorbendo despumare lemnam minorem fluitantem super aquam. F. *slobberje*, sorbillare.

BISLAEN, vb.a. occupare, circumdare; proprie, palma feriente occupare. pf. *bislûch* (besloeg), pf.p. *(bislegen) bislein*; F.v. *bisla*, ger. *bislaen*, F.v. *een dada bisla mith hondum*, manibus plangere mortuum. *Dyn âters, o leafde, binne bislein mei myn offers*, G. J. mea dona occupant altaria tua, o amor. *Ien kening fen gréate riken bislacht yn it ein nin tsjien foet romte*, rex terrarum amplissimarum tandem non majus spatium occupat quam decem pedum. — F.v. *syn schield mitta rada golde bisla*, suum scutum includere auro rubro. F. *Ik scil myn bîbel yn goud bislaen*, mea biblia sacra auro includam. Figurate, *Ik scoe dy wol yn goud bislaen*, te, meum decus meæque deliciæ, auro includere velim. — *It hynzer bislaen*, soleam equo induere. Ang. *to shoe a horse*. Prov. *Men ken nin rinnende hynsten beslaen*, Burman. 46. — *Ien sceppe bislaen*, palæ extremitatem induere ferro acuminato. *Bisleine sceppe*, pala ferrata. Inde subst. *bislack*, lamella metallica tegens, includens. *Bislein hynzer*, equus rite calceatus. Tropice, *Wi binne bislein; meitse gàu dat jimme op it scerp komme*, ornate vos, nos sumus parati. *(Op it scerp*, calceis acuminatis ne gliscat equus in glacie.) *Kom nat unbislein op it iis*, (ne tenta stagnum glacie duratum sine calceis ferratis) nihil attentes imparatus. — *Goed bislein*, bene armatus (sc. parte virili.) — *Yn îzeren bislaen*, alicui catenas ferreas injicere. — *Ien pléats bislaen mei fé*, fundum pecore ad numerum sufficientem occupare. *It lân mei scjippen bislaen*, prata depascenda dare ovibus.

bislaen, tegere. *Wolste myn griene side bislaen* (visne tegere meum latus viride?) Amo te; asside mihi. — F.v. *Under eke and under erthe bisla*, condere corpus querceo loculo et terra. — *Mei gikheit bislaen*, seria ludicre tractare, culpam jocis tegere. — *Bislaen*, vb.n. circumdari, tegi, *Di glæzen bislaen fen di wazem*, vapore aquæ calidæ obfunduntur fenestræ specularia.

bislaen, miscere pultem. *Pankoeken bislaen*, macerare far lacte et ovis ad coquenda lagana. *Pankoeken yn supe bislaen*, subigere farinam lacte agitato.

bislaen, vb.n. evenire. *Hi hat it yn 'e lottery bisocht, mar dat bislûch forkeerd*, tentavit aleas publicas, quod tamen ei male evenit. Prov. *Di dingen bislaen faek better as it thocht wier*, res fere melius cadunt quam timent homines. *It ken wæze, dat di hirde wyn bislacht mei rein*, forsan procella solvetur in pluviam. Confer varias no-

Digitized by Google

tiones verbi Hd. *beschlagen* apud Grimmium. Lex.

bisla, vb.a. F.v. dirimere. *En kempa schil it bisla*, certamen singulare decidet controversiam. Nl. *beslechten.*

bislach fen di sceppe, n. ligonis acies ferrea. *Houten amers mei eren bislach*, situlæ ligneæ copulis æneis. — Nl. *beslach omtrent veroude basten*, vimina lenta circumvoluta ad ramos continendos; Cats, poëta, qui idem repetit phrasi synonyma, *muer schoon ick dien omvang met honderd taeie wisschen.*

boere-bislach, n. per ellipsin *bislach*, n. armentum fundi. Ita et *réau* pro *boere-reau*, instrumenta operis rustici. *Réau ind bislach*, instrumenta rustica et grex fundi. *Bislach*, proprie, quod totum fundum occupat, nec plus: inde *it bislach is to lyts*, vel *to great*, numerus pecoris pro capacitate fundi inferior est vel eam excedit. Eodem sensu commentatores versionis Nl. Bibl. SS. in notis ad Genesin *beslach* utuntur. — Nl. *beslag*, omnia instrumenta quibus chirurgis opus est. Winkelm. Fr.Wb. Cf. Sax.l. *bestik*, Bnl.I. 82.

bisleek, bislach, n. puls farrea ex qua fiunt lagana, placentæ, liba. *Géarslach*, *n.* lac mixtum cum cremore.

BISLANTERJE, vb.a. negligenter offundere. *It bern bislantert him*, puer pulte, quam sorbet, se offundit. *Slanterje*, cibum liquidum fundere negligenter, Ang. *to slander*, calumniari. Ang. West. *slent*, a puddle.

bislanterje, decipere. *Lit dy nat bislanterje*, ne te sinas in fraudem injici. Hol. *beslenteren*, idem.

BISLEATJE, vb.a. circum prata et arva fodere sulcos aquarios. *Lán bisleátje*, F.v. *lond bislata.* F. *sléat*, Nl. *sloot.*

bislótte, vb.a. sulcos aquarios liberare cœno quo sunt obstructi.

BISLEUR, n. sensus sui. — *Bij syn bisleur komme*, ad se redire. *Syn bisleur hálde*, sui compos manere (inter pocula, rixarum iras, cæt.)

BISLIEPE, vb.a. inire feminam, F.v. *bislepa*, idem, proprie, somno obruere, opprimere, sopire, Lat. *concubare cum femina.* Nl. *beslapen*, idem. Ags. *beslepan*, somnolentus esse; *beslep*, adj. somnolentus; ex F.v. *slépa*, F. *sliepe*, dormire. Ags. *svefan*, dormire; sopire; pf. *svæf*, Ang.v. *swive*, futuere aliquam. Isl. *sofa*, dormire, Suethi *besofva en qvinna*, concubare cum femina. *Ve* in *svefan* est ex *u* in ὕπνος (hupnos, supnos) somnus; *u* transit in *o* Lat. *sopio*, *sopor.*

bisliepe, vb. relat. *Him bisliepe*, proprie, sese obruere somno, i. e. maturare propositum somno peracto. *Dou wolste my mei hawwe nei Eastynjen; dær scil ik my op bisliepe*, Tu me vis comitem in Indias; te mei consilii post somnum certiorem faciam. *It bern is tízich; it is nat goed bislept*, infans murmurillat; somno non est recreatus. Prov. *Bisliepe jo to beste, bitinse jo to beste, biriede jo to beste.* MS.

BYSLIEPE, vb.n. in eodem lecto cum aliquo dormire. — *It bern sliept by di faem*, infans condormit cum ancilla.

bysliep, cg. qui dormit cum alio. Nl. *bijslaep*, coitus; concubina. Hol. dial. *mijn slaap*, mea uxor, Nl. *slaepgenoot.*

BISLIKJE, vb.a. lambere, circumlambere. *Di bear bislikket it kéal*, ursa vitulum delambit. F.o. *beslakkere*, idem.

Digitized by Google

pallida facies. Ags. *blican*, albescere; pf. *blac*, unde adj. *blak*, pallidus, Ang. *bleak* (bliik). *Blîk fen keald*, frigore pallidus. *Kel ind blîk wirde*, percelli et pallere.

bleek-fyst, cg. homo enervis pallido vultu. Sax.l. *bleek-fust*, idem. *bleek-fustig*, pallidus, morbidus. Confer Sax.l. *stink-füst*, Hamb. *slink-fyster*, qui pigre circumit plateas. *Fyst*, lenis ventris flatus absque crepitu, languoris indicium; inde et Sax.l. *stink-füst*. Bnl. I. 97, 470. IV. 832. Isl. inverse *fisbleikur*, præ timore pallidus. Verelius in voce. Ihre. I. 204. *Fiskbleikr*, Jonsson. Isl. *fysa*, pedere.

blîk, bleek, cg. area graminosa, ubi insolantur vestes, præsertim lineæ.

after-blîk, cg. talis area post domum.

foár-bleek, cg. eadem ante domum.

blikke, blykje, vb.a. expandere pannos lineos sub dio, aspergere aqua et insolatione candefacere. *Linnen blikke*, Ang.v. *to bleak*, Ang. *to bleach linen*. Unde et st. *linnen-blîk*. Isl. *bleikia*, album mundumque reddere lavatione et insolatione.

blikker, cg. qui insolat et candefacit vestes lineas. Ang. *bleacher*, *whitster*.

forblikke, vb.n. colorem amittere vi luminis, præsertim solis, Nl. *verkleuren*, *van kleur verschieten*, mutare colorem, decolorari. Nl. *verbleken*, pallescere.

BLIK, n. tenuis lamina ferri albicantis; proprie *blik-yrsen*, album ferrum; ab *it yrsen* pendet genus neutrum vocis *blik*. Nl.v. „*blick. vetus.* j. *blanck*, candidus." Kil. Ang. *whiten iron*. — *Blik*, moneta ex tenui ferro albicante, bractea. Prov. *Better ien goe' blik as ien quéa' daelder*, maritus pauper sed frugi præstat diviti decoctori.

blikken, adj. ex lamina tenui ferri factus. *Blikken amer*, situla ex ferro albicante. Figurate *blikken panne*, (patella bractea) homo instabilis, nunc incalescens, mox repente frigens.

blîk, n. potentilla anserina. Nl. *zilverschoon*, *zilver-kruid*. Per ironiam *Earnewâldster klawer*, trifolium in pratis uliginosis, quæ nullum ferunt trifolium, ut illud Eernewaldæ, vici in aquosa et uliginosa parte Frisiæ, ubi potentilla frequens est. A candore argenteo foliorum dicitur *blik*, albicans, elliptice pro *blik-krud*.

blikert, F.v. moneta quedam. Confer *blank* supra p. 380.

BLIK, proprie, micatio, coruscatio. Inde

eagen-blik, nictus, nutus oculi, (Nl. *blik*, obtutus) momentum temporis. Ut ex *bliksem* fit *blitzem*, sic ex *blik* fit

blits, cg. momentum temporis. *Gean hinne, mar kom mei ien blits werom*, abi, sed momento citius redi.

BLIKE, vb.n. patere, præs. *it blykt*, pf. *bliik*, præs. p. *blikende*, pf.p. *blykt*, F.v. *blika*, præs. *blikth*, præs. p. *blikande*, apparere. F.v. *En frouue ur enne benc euurpen thet hiu binitha gerdel blike*, 224, 23, mulier supra scamnum resupinata ut infra cingulum nuda et conspicua fiat. Feminæ quippe Frisicæ et Anglicæ non erant braccatæ. *Blike*, patere ex documentis, *Hy is sa sterk as ien hynser*, equum viribus equat; *Dat scil blike*, experientia docebit. Ags. *blican*, coruscare. Nl.v. *blikken*, coruscare, Nl. *Hij weet van blikken noch blozen*, neque pallere neque rubere novit, impudens est.

blyk, n. indicium. *Ik bin nat bang foár dîwel oaf déa, seit di soldaet. Dat scil bliken dwaen yn 'e slack*, in prœlio thrasonis fortitudo tentabitur. *Abe hat di faem to nei wæst. Dat docht bliken; want hia mat yn 'e kréam.* Nl.v. *Ghy sultet selven sien bij blijcken en gheschriften*, Bred. 4, 11.

blikje, lumen debile. *Ien blikje fen di dage*, prima lux auroræ. *Blinkje*, idem.

BLIKE, BLÎKE, n. p. fem. elliptice pro *Blictrud*, nurus Pipwini Heristallensis, Sec. 8. Först. 266. *Bleke*, n. p. v. unde *Blekma*, n. patronymicum. *Blekma-state*, villa vicina vico Rinsumageest. — Ags. *blican*, fulgere, stupefacere, pf. *blac*; Isl. *blakki*, m. candor.

BLIKEN, pl. prata uliginosa, neque pastui neque arationi utilia. Smid, de agro Biltano, p. 16, 22. (Dissertatio academica ab Ordinibus Frisiæ suppressa et non edita). Extant hujus nominis prata ad oram fluminis Grouwæ, e regione vici Grouwergæ ad occidentem; itidem prope Sytse-burren, villam apud sinum borealem lacus Ee. Schotanus in tabulis geographicis hæc nomina omisit. In mappa quadam Hulstæ obsessæ, *Blieken die onder lopen*; ex quo liquet hanc vocem eadem notione adhuc XVII seculo floruisse inter Nederlandos. Sax.l. *blek*, spatium

Digitized by Google

stillicidii inter duas domus contiguas. Bnl. I. 98. Confer F. *blok*, paluster.

BLYN, adj. cœcus. F.v. Ags. Sax.v. Ang. *blind*. Prov. *Ien blyn' minsce is ien êarm minsce*, cœcus miserrimus hominum, Isl. *blindr madher, thurfa madhr. It riucht is blyn'*, jus cœcum est; proverbium alludit ad statuam justitiæ, virginis perstrictis oculis. et ad vacillantem juris acceptionem, qua hic judex abjudicat quod prior adjudicavit. *Men mot al sjaende bliin wesse ende herrende doaff*, Burman. 46, ne te sollicitent malefacta vel stultitia hominum. F.v. *da wird oen-fuchta mey blynd-syande aegen*, veritatem oppugnare oculis quasi cœcis licet videant esse veritatem, caligare in sole, adulterare verum.

blyn', irritus; cum in ludo tentamen pueri casu inopinato fit irritum hoc „cœcum" sive *blyn'* appellant et nullius habent valoris; *Dat is blyn; dat hâldt net*, lege ludi non tenetur.

blyn', victus et in nihilum redactus. *Ik scil dy blyn' sile*, ego te cursu navis velificans longe superabo.

(blind, East-Ang. abortivus, de flosculis qui tabescunt sine fructu. Eadem figura F. *doaf*, surdus; *doawe prikken*, ramuli sicci; *doawe bukels*, semina fagi inania, sine nucleo. Cæcitas et surditas sunt symbola cujuscunque defectus. Voc. East-Ang. p. 28. Ags. *blind-nettle*, Ang. *dead-nettle*. Ang. *blind-side*, weak part; indolis quædam infirmitas. *He is too great a lover of himself; this is one of his blindsides: the best of men, I fear, are not without them.* Swift.) Huc faciunt

bline dobbelstien, alea sine punctis. *Blyn smite*, jacta alea nullum punctum ferre.

blyn-doek, cg. velamen oculorum.

blyn-kape, cg. capitium oculos perstringens equi molarii.

blyn lân, pascuum large sparsum humo fertili ut gramen lateat.

bline-man, cg. homo captus oculis. *Blineman bodrtje*, Ang. *to play at blindmans-buff*. Tropice et ironice *'n bline-man di êagen ultraepje*, (cæco excutere oculos pede gradiente) incauto pede incidere in stercus rotundum. Ang. *blindman*. Confer Ags. *blinda-man*, palpo, parasitus, (homo foedus, Anglis et Frisiis quam maxime despectus).

bline muórre, paries absque fenestris. Isl. *blindr*, cœcus, præclusus.

bline neâring driuwe, G. J. I. 67, (mercaturam cæcam agere, in occulto prostare) quæstum corporis facere (meretricis more.) Ang. *to make a blind bargain with a man*, idem.

blyn-rinne, cæce currere, i. e. sine exitu). *Di steech rint blyn*, angiportus caret exitu. Hol. st. *keer-weer*, Gal. *cul de sac*, Ang. *turn-again-alley*.

blyn, n. pl. *blinen*, fenestra veterum constabat ex duabus partibus, superiore et inferiore. Hæc ante noctem extrorsum claudebatur parvis foribus, illa intus operculo pendulo, in quo foramen, quod primum lumen, nuntium diei renati, admittebat. Hæc opercula dicebantur *blinen* (obcœcantes) et inde nota phrasis *Di rike moike hat di blinen thicht*, dives amita mortua est; proprie, nocti æternæ clausit fenestrarum opercula, i. e. palpebras, oculos. Nota fenestrarum opercula claudi in domo ubi aliquis e familia obiit.

blinens, cg. cœcitas. Ags. *blindnesse*, Ang. *blindness*, inversis literis F.u. *blindens*.

blenda, F.v. cœcare. Ags. *blendian*, Ang. *to blind*, idem. F. *blyn meitse*.

blynje, vb.a. perstringere oculos.

blyn-doekje, vb.a. idem, linteo velare oculos. Nl. *blinddoeken* et *blindhokken*. *Hok*, cavea obscura.

BLYNDEROM, in levi execratione, *Dy blynderom!* Ang. *Confound you!* Ang.v. *to blunder*, to disturb.

BLINK, cg. nomen villæ rusticæ prope Rauwerdam in Frisia; itidem villæ vicinæ vico Velsen in Hollandia.

BLINKE, vb.n. fulgere; pf. *blonk*, pf.p. *blonken*, pr.p. *blinkende*, ger. *to blinken*, ex Sax.v. *blican*, splendere. Ang.West. *blink*, glimmering, intermittent light; Ang.North. *to blink*, to smile; to look kindly, generally applied to females. Halliw. Prov. *Al hwet dær blinkt is nin goud*, (quidquid fulget non aurum est) ne te capiat species. — *Di apels blinke yn it hoaf*, poma nitent, elucent e frondibus malorum in horto.

blinkje, n. nitor debilis, signum vel vestigium languidum (vitæ), *Ien blinkje fen libben is er noch oer*.

blinkje, n. lenis risus. *Ien friunlik blinkje*, dulce ridentis facies. *Dær ken fen it bern nin blinkje âf*, minimus

Digitized by Google

risus fugit os infantis morbidi. Ang.v. *blink*, a smile. Halliwell.

BLINKE, vb.n. verbum solenne in ludo, quo pueri sudarium vel crepundia quædam in loco secreto abscondunt, quæ unum eorum quærere oportet: hic autem, ne latebras sciat, cubiculum linquit dum res quærendæ removentur. Ante omnia igitur ludi socii rogant, *Hwa mat blinke?* quem se a nobis removere oportet? Abit ille, et ubi redit quærere incipit; si appropinquat rei quærendæ dicunt, *Dou wirdste fet*, pinguescis; sin contra inde discedit, *Dou wirdste méager*, macescis. Ang. v. *to blench*, to start or to fly off; to flinch, to draw back. Forsan ab Ags. *blinnan*, desinere. Confer Norw. *blingra*, interrumpere alicujus sermonem vel opus. (Cic. *hos interruptos esse*, i. e. separatos.) Aasen, 38. Ang. Staf. *blench*, to impeach.

BLIUWE, BLJOUWE, vb.n. manere. Vide supra *biliva*, 290. — *Dy kou briuk op, mar dizze bliuwt by di bolle*, vacca illa abortum patiebatur, hæc vero fœtum servat. — *Goeden dei, dy bliuwt!* Valete, qui manetis: formula salutandi in ore abeuntis ex circulo. — *Bliuwe*, perire; Prov. *'T is ien quae krijch deert al bliuwt*, Burm. 65, malum bellum est in quo omnes cæduntur.

bliuwers, pl. infantes vegeti, qui inter vivos manent.

BLYXEM, cg. fulmen; Nl. *bliksem*, *i* brevi. Veteres commutabant *blixem* cum *blaxum*, Sax.n. *blaxum*. More Anglo-Frisico *(ks* pro *k)* aliquando auditur (blits-sem) *blitsem*. *M* est ex *n*, F. v. *bliksen; mit tonghere ende mit blixen*, F. *mei thunger ind blixem*, tonitru et fulmine. F.o. F.b. *blixen*, Stür. 20. Outzen. Ags. *lixan*, fulgere, de luce, clipeo, cæt.

Di blixem! per dæmonem fulguratorem, fulminis jaculatorem; forma execrandi in ore plebis. Veteres jurabant per phenomena aeria sive potius per deos, qui eis præsidebant; ex. gr. per fulmen *Blixemsk;* per tonitrua *Dondersk;* per grandinem *Hagelsk;* per fulgura *Wjerliáchtsk;* per procellam *Stormsk;* adjectiva ex subst. *blixem*, Nl. *donder*, F. *hagel*, *wjerliácht*, *storm*. *It is blixemsk*, *dondersk*, *hagelsk*, *wjerliachtsk*, *stormsk! Dondersk* est Hollandismus.

blîxemsk, adj. fulmineus; figurate, execratus. *It is ien blixemsk spil!* Execrabilis est agendi ratio! F.o. idem, idem; Stür. 20. In ore proletariorum.

blitsum, mutata *k* in *ts*, pro *blixem;* formâ *blitsum* execratio mitigatur. Ludimagister quidam vici Hitsumi singulis nundinis hebdomadalibus visitare solebat Franekeram, et inde semper madidus rediens ultimum obolum expendebat in caupona extra muros, cui insigne *di lætste stiwr*, ultimus obolus, et cujus cauponi nomen erat *Ids*, *Ids-om*. Ludimagister, ut ibi ultimum haustum biberat, cauponam linquens cauponem salutabat his versiculis,

Ilsom, blitsom!
Seit maester fen Hitsom,
Di læste stiwr,
Hwat is dy djûr!

blîxemje, vb.n. et a. fulminare. *It blixemt yn it east*, fulgurat in oriente cœli plaga. — Active: G. J. I. 188, *oergreate Og*, *Baeans kaed*, *blisme hy oon gruwz*, *to naet*. — Prov. *Di pastôr, dy thungert mei wirden, mat earst blixemje mei syn eximpel*, ut fulmen tonitrum exemplum doctoris præcedat ejus admonitionem.

BLOARRE, cg. (bloárre) juvenis vel puer mitis et fatuus, plerumque genis obesis et rubescentibus, imbecillis, (Ang.v. *blore*, flatus, flandi acito; *to blore*, Lat. *plorare.)* Isl. *blaudr*, adj. timidus, ignavus, imbellis. Confer *bloed*.

BLOED, n. sanguis. Goth. *bloth*, Isl. *bloth;* aliquando et Ags. *bloth*, *th* migravit in *d*. Lat. *fleo*, *flevi*, *fletum*, proprie, stillare, fluere, *flent omnia guttis*. Lucret. Lat. *flet (us)* = Germ. *bleth*, G. *bloth*, liquor vitalis. Sc. o. *blüed*, (blüüd); *sa raid as blüed*, rubicundus. Ags. *blod*, n. Ang. *blood*.

bloed, n. cognatio, progenies. Prov.

It næste bloed
Erft it goed,

proximi consanguinei jure hæredes sunt. Nl. *Wie zalig wil sterven, Laet syn goed de naeste erven*, F. *It jild mat yn it bloed bliuwe. It is mei us nock yn it bloed*, licet non proximi, tamen sumus consanguinei. *Scoe ik myn bern nat goed dwaen? It is myn eigen flæsk ind bloed*, Meis liberis nonne benigne facerem? Ex meo sanguine nati sunt. Ang. Shakespeare,

Digitized by Google

We 'll no more meet, no more see one (another,
But yet thou art my flesh, my blood, (my daughter.

Lat. *Est meus sanguis*, i. e. filia. Tibull. *Projice tela, sanguis meus!* i. e. filius. Virg. Isl. *blodi*, m. frater. Prov. *It bloed krupt dær 't nat géan ken*, magnam possidet religionem paternus maternusque sanguis. Ang. *Kindness will creep when it can not run. Blood is thicker than water.* — Progenies, Prov. *Goed ind bloed ind jeld allijk, Dat is better as earm by ryk;* Ang. *Like blood, like good, like age Make the happiest marriage.* Scot. Prov. 60.

bloed, n. gentis ingenium, indoles. *Dat fiuchten sit yn it Frysce bloed as it riuckt ind fryheit jildt*, Frisii natura pugnaces sunt cum res juris et libertatis agitur. Nl. *In koelen bloede een mensch vermoorden*, animo frigido trucidare hominem. Ang. Hudibras,

Will you, good sir, that glory blot
In cold blood, which you gained in hot?

bloed, n. morbus animalis cujus causam in sanguine ponunt. *It sciep hat it bloed; it lit di wol falle*, sanguis ovi detrahitur; lana ab ea decidit. *It bist is yn it bloed* vel *oan it bloed*, vel *oan di blást*, tumet vacca repentino flatu ut pene disrumpatur. *Di kou hat it bloed*, tumet vaccæ frons ut oculi pæne claudantur.

bloed-fin, cg. furunculus.

bloed-houn, cg. canis sanguini inhians; figurate, tyrannus sanguinolentus. Anglis *blood-hound* est canis indagator, cum quibus concinunt Nl.v. *bloed-hond*, canis sagax.

bloed-jild, n. argentum injustum inferiori extortum, usura gravis, Lat. *sanguinolentæ centesimæ*, Seneca.

bluód-kralen, pl. coralia sanguinea, i. e. rubentia, quibus colla nivea olim adornare amabant mulieres Frisiæ.

blodelsa, F.v. vulnus cruentum.

bluód-kamp, cg. insula oblonga uliginosa prope ripam borealem lacus *Pikmar* circumfluentis Grouwergam, et sanguine cæsorum forsan celebris. Veteres quemque locum homicidio infamem vel pugna sanguinolenta celebrem nomine imposito oblivioni eripiebant. Confer *moârdners kikken*, homicidæ cancelli, ubi matrona quædam erat cæsa, in via publica *(Reinders-wei)* prope Grouwergam. *Di bloedige féart*, fossa sanguinolenta, transiens per *Jongema-dyk*, prope vicum *Nyland*.

bloed-litter, cg. Ags. *blod-lætere*, m. Ang. *blood-letter*, qui sanguinem detrahit venis. Nl. *aderlater*.

blod-rene, m. F.v. vulnus sanguine fluens. Ags. *blodryne*.

blod-risne, f. F.v. vulnus sanguine manans. *Risne* inverse F. *risen*.

bloed-rîzing, bloed-rîzen, cg. hæmorragia præcipue traumatica sive e vulnere orta.

blod-runnend, -rinnend, et rennend, st. F.v. effusio sanguinis. F. *rinne*, currere, fluere; participium act. præs. *rinnend* substantivi vim habet, ut Ang. *running*, cursus; proprie part. præs. verbi *to run*. Confer Dan. *tidende*, F. *tiding*, Nl. *tijding*, nuntius.

bloed-spying, cg. eructatio sanguinis. Ags. *blod-spiwung*, *blod-spying*, Ang. *throwing up of blood*.

bloed-spun, cg. (uber sanguineum) papilla crescens e cute porci.

blod-stirtinghe, f. F.v. effusio sanguinis humani, prœlium cruentum.

bloed-striem, cg. vibex cruentus.

bloed-suger, cg. (blûd-soeger) hirudo; figurate, fenerator avarus. Ang. *blood-sucker*, (blûd-sûkker).

bloed-thoarst, cg. sanguinis sitis, Ang. *blood-thirst*.

bloed-éarm, adj. F.o. pauperrimus. *Bloed* notionem mali intendit. Vide *bloedick*.

bloed-léas, adj. exsanguis. Ags. *blodleas*, Ang. *blood-less*.

bloed-réad, adj. sanguineus (colore), rubicundus. *Bloedréade kralen*, coralia rubentia, e quibus fiunt collària mulierum Frisiarum. Ags. *blodread*, Ang. *bloodred*. Confer *bluód-kralen*, idem.

bloed-ryk, adj. dives agnatis, numerosæ familiæ. Prov. *Goedryk bloedryk*, pauperis nemo se profitetur cognatum, divitis frequentissima turba.

bloed-stirta, vb.n. sanguinem effundere humanum, cædem facere.

bloed-stimpe, vb.n. fluxum sanguinis claudere. F. *stimpe*, Ang. *stanch*.

bloed-wàuwelje, vb.n. manducans sanguinem volutare ore cruento. G. J. II. 113, *Wy prychletearje wez libben ynne bloed-wâuweljende tuwt fenne oarloge om sân flaemsoen séalts deys*. Confer *wâuwelje*, volutare manducando.

Digitized by Google

BLOED.

blodich, adj. F.v. sanguineus, cruentus, sanguine tinctus. *Blodich wepin*, ferrum (sanguineum) bellicum. *Blodich hond*, (manus cruenta) interfector. Hodie *bloedich*, vehemens, enormis, ut Ags. in voce *blod-egesa*, horror maximus, tempestas horrenda. F. *Bloedich wurk*, labor eviscerans, exinaniens. *It giet er bloedich throck*, motus citantur horrendi. — Ags. *blodig*, Ang. *bloody*. *False of heart, light of ear, bloody of hand.* Shak. King Lear.

bloedrich, adj. (blüd- vel bluód-rich) sanguine tinctus. *Bloedrich um 'e throánje*, facie cruentus. Isl. *blodugr*, adj. sanguineus; *blodugr brandr*, ferrum cruentatum. Egilsson. Inverse *blodrug* unde *bloedrich*.

blodga, vb.a. F.v. alicui sanguinem facere, cruentare. Isl. *blodga*, vulnerare, pro *bloduga*. Ags. *blodegjan*, cruentare, Ang. *to bloody the sword*, sanguine tingere gladium.

bleda, vb.n. F.v. sanguinem emittere: *anda nose slein thetse blede*, F. *oan 'e noas slein dat se blet*, contusus nasum ictu ut sanguis fluat e naribus. Activum verbum est Ags. *bledan*, phlebotomia alicui detrahere sanguinem, Ang. *to bleed* (bliid). In pronuntiatione Angli *é* in *i* mutarunt ut Frisii, qui tamen et *i* scribunt.

bliede, bliedje, vb.n. sanguinem emittere, sanguinare. In 3 pers. redit *e; Ik blied, dou bliedste, hy blet;* pl. *wy, jimme, hia bliede.* pf. *blette.* p.pr. *bliedende*, p.pf. *blet*, ger. *to blieden.* F.b. *blud*, ger. *bleddin*, Joh. 166. *De junge blet as ien kou* puer allisus solo sæve sanguinat. — *Bliede*, figurate, pati, pœnas luere, *Um di béalgery fen tén swift mat it hele husgezin bliede*, bacchationem unius decoctoris tota familia victu augusto luit. Cor sanguinem reddit, i. e. angitur, *Myn hert bletter fry ney*, Burm. 48.

bibliede, vb.n. sanguine tingi. pf.p. *biblet*, oblitus sanguine. Ang. *to bebleed* (beblied), idem.

BLOED, cg. homo imbecillis, pavidus: diminut. *bloetke, bloetsje*, femina fatua, imperita. F.u. *Ien bloetsje om it goetsje*, ducit uxorem fatuam ob dotem lautam. Prov. *Schamel bloet, rin wtte reijn*, Burm. 58, ignave homuncio, fuge pluviam! contra meticulosos, qui pavent pericula ubi nihil periculi est. — Confer omnino Isl. *blauthr*, mollis, effeminatus, meticulosus, abjectus; sexu femineus. *Blota-madr*, homo mollis, ignavus. Egillson. *Bloed* ergo per ellipsin stat pro *blode-man*. *Ien bloed* idem quod *ien stumper*, miser.

BLOK.

BLOYE, vb.n. flores emittere, florere, F.v. *bloia* ex *blova*. Sax.v. *bloian*, Ags. *blovan*, Ang. *blow*, florere. *Blovan and grovan*, Cod. Exon. 417, F. *bloye ind groye*. — *It wetter bloit*, (florent aquæ) cum tranquillo cœlo et æstatis calore in eis surgit tegmen viride quoddam muscosum. — *Di earnen tsjettel bloit*, (catinus aheneus floret) i. e. ferruginem viridem contrahit, cum juscula cocta in eo remanent et refrigerantur.— *Di jaren fen di kou bloye* (ubera vaccæ florent i. e.) affluxu sanguinis epidermis uberis pellucida rubicat, indicans vaccam largiter lac præbituram. Mercatores boum hanc faciem uberis citant fricando ubera spiritu vini, ut rusticos ea specie capiant.

bloisem, cg. flosculus arboris frugiferæ præcedens fructum. Nl. *bloezem*, idem, Ang. *blossom*, idem. *The pulling of many of the blossoms of the fruit-tree doth make the fruit fairer*, Baco. Ags. *blostma, blostme*. Prov. *It moaye fen ien minsce is ien bloisem*, Ang. *Beauty is a blossom.*

bloisel, n. collective, flosculi arborum frugiferaram et frumentorum. *It maeye-bloisel stiet*, arbores prægnant floribus mensis maji.

BLOK, n. (blók) stipes ex trunco arboris cæsus. F.b. *blók*, Outzen, 27. *blök*, n. Bend. 31. Isl. *blök*, f. idem. Gal. *bloc.* Ang. *block*, stipes; figurate ut Lat. *stipes* pro homine hebetis ingenii, Ang. *block-head.* — *Ien bern as ien blók*, infans vegetus et staturæ majoris. *Ien frommiske as ien blók*, femina corpore giganteo.

blók, n. mente capti olim libere ambulabant per vicos et agros, sed ligati stipiti portabili; *hy rint mei it blok.* Ita et pueri protervi et malefici coërcebantur. Tropice impedimentum, *di widdou hat ien blók oan 'e foet*, viduæ e matrimonio reliquus est infans.

blok, n. numella quædam duobus orificiis in quibus captivi pedes olim claudebantur. Tale instrumentum asservatur in turri vici Oldegæ. Vide ejus delineationem e regione tituli Pop.

Digitized by Google

Antiq. Brand. Ellis. vol. 3. Inde restat in ore plebeculæ, *hy sit mei di kloten foár it blok*, est in angustiis. Nl. *stok*, unde *stokbewaerder*, carceris custos. Kil. *Block*, *stock der ghevanghenen*, numella, cippus. Gal. *bloc.*

blók, n. trochlea, lignum fere oblongo-quadratum excavatum, in cujus medio vertitur orbis (F. *scíf*), supra quem movetur funis, quo nautæ onera levant, vela adstringunt, cæt. Ang. *bloc*, idem, vox nautica pro *pulley*. Inde elegans phrasis F. *Blokken ind sciwen nin brek*, sat adjutorum, plus quam satis adjutorum habemus. *Blokken ind sciwen* enim juvant nautas auxilio laboris. Ang. *sheave* (sjiif), vox nautica, idem quod F. *scíf*. Ang. *sheave-hole*, cavum trochleæ in quo orbis iste vertitur.

blók, n. acervus quadratus. *Ien blok hea*, acervus quadratus fœni; *ien blok noat*, manipulorum frumenti. Contra *scone* acervus rotundus apice conico. In genere *blok* additur vocibus ad designandam figuram quadratam, quales sunt, F. o. *blok-akker*, agellus quadratus transverse tegens fines majoris agri; *blok-letters*, literæ unciales; *blok-noten*, musicæ notæ quadratæ. Stür. 20. F. *Ien blok lán*, agrorum contiguorum numerus, *Ien scoan blok lán*. Kil. *block lands*, ager fossa, aggere aut sepe clausus, septum, ager septus. Inde *Blokland* nomen quatuor vicorum in Hollandia et regione Ultrajectina. Frisii Occidentales dividunt pagos in *blokken*. *Wester-blok*, *Ooster-blok*, quarum partium quæque aliquot continet fundos rusticos. Ang.v. *block of land.*

blók, n. mensura quædam terræ, secundum quam possessor agri bituminosi cespites causticos effodiendos locat operariis.

blók-hûs, n. F.u. carcer Leowardiæ, olim castellum; inde in actis publicis seculi præcedentis *het gedemolieerde blokhuis*, castellum destructum. Ang. *block-house*, Nl. *blok-huis*, castellum. Confer Ang. *to block*, Gal. *bloquer*, includere.

blók-syl, cg. emissarium instructum foribus, quæ clausæ aquam secludunt, apertæ vero eam libere hinc inde fluere sinunt. Chart. b. I. 674. a. Inde *Bloksyl*, vicus maritimus, Frisiæ vicinus, nomen habet.

blók-stik, n. trunci pars ad focum alendum. Ang. North. *block-stick*, frustum, pars. Ang. *stick*, Nl. *stock*, baculus.

flæsk-blók, n. trunci pars serrata in qua lanius cæsum animal articulatim comminuit. Tropice, femina obœsa.

hóu-blók, n. truncus in quo lanei cædunt carnes. *Blok ind bile is yet bihálden*, (truncus et securis adhuc in tuto sunt) solamen parentum liberis orborum, quibus adhuc per annos liberos procreare licet.

koek-blók, n. stipes in quo pueri certatim liba cædunt.

krys-blók, n. stipes quo Frisii focum alunt festo nati Christi. Ang. *Christmas-block*, *Yule-block*, *yule-clog*, idem. Brand, Ellis, I. 467 „on the night of Christmas eve our ancestors were wont to lay a log of wood upon the fire, called Christmas-block to illuminate the house." Ignis quippe et apud Frisios est altus, qui non tantum calefacit domum, sed et nocte illuminat.

„ *Now blocks to cleave this time requires Gainst Christmas for to make good fires.*" Poor Robin's Almanack, An. 1677. Hicce ignis restat ex hilaribus, quibus proavi nostri (gentiles) celebrabant festum solstitii hyemalis. Quidam nobiles in hunc finem adhibebant totum arboris truncum, cujus altera extremitas erat in foco, altera extra cubiculum. Ubi pars in foco combusta erat famulus truncum promovebat versus caminum ut igni novum alimentum præberet.

moalk-blók, n. stipes minor et brevior tectus asserculo, cui insidit mulgens vaccam bubulcus. Confer *tulle*, idem, sed tripes. Hodie hæ voces confunduntur. F.o. *blok-stôl*, idem, proprie, sedes ex stipe. Stür. 20.

pòls-blók, n. perticæ, cui incumbentes transsiliunt fossam, extremitati affixus conus ligneus, ne profundius quam commodum est immergatur cœno. Confer *knop fen di reuiltajer*.

sjûl-blók, n. carri rustici duabus rotis instructi fulcrum anterius, quod vertitur dum rotæ vertuntur. Dicitur *blok*, quod ex gravi stipite ligneo formatur. *Sjúle*, trahi, verri.

blókt, adj. spisse compactus. *Goed blokte ind proppe hynzer*, equi quadrati et spissis artubus.

blókkich, adj. qui solvitur in frusta

Digitized by Google

duriora. *Blokkige knip*, terra dura et infertilis, quæ non in pulverem sed assulas angulares frangitur.

BLOK, adj. humilis et palustris. Renner Gloss. Fris. MS. Sax. l. *blokland*, agri palustres; *blokdyk*, pons supra solum uliginosum. Bnl. I. 104. — Bnl. putat *blok*, mutata labiali *r* in labialem *l*, dici pro *brokland; brók*, palus, uliginosa terra, Bnl. I. 145. Si *blok* stat pro *brok* forsan notet solum leve et spongiosum, quod sub gressibus succussatur. Isl. *brocka*, succussare.

blok-sleat, canalis per agros palustres, cujus nominis sunt duo, alter pagi Hemelumer-Oldefaert effluens versus austrum in lacum Fluessen, alter pagi Doniawerstal prope a vico Broek. Confer *bliken*, loca vadosa.

BLOM, cg. flos. F. v. *blâm*, Sc. o. *blóme*, Nl. v. *blome*, Goth. *bloma*, m. Isl. *blomi*, m. *blom*, n. Nl. *bloem*, f. Vocalis durior in F. *blom*, *blomme*, convenit cum Sueth. *blomma*. G. J. pl. *blomen*, Vocales *ó* veteribus longa erat. Habebant literam sibilantem *s* Ags. *blosma*, Lat. *flos*. Remanet *s* in Nl. *blos*, rubor, et *blozen*, rubere. Lat. *florere* pro veterum *flosere*. Confer Isl. *lióm*i, *ljómi*, m. splendor, cum Teuthonista, 30, b, *belomen tijde*, floralia. — *Di blommen stéane op 'e glæzen*, vapores congelati nitent in vitris specularibus. Prov. *Ploaits di blòmmen wylst hja bloye*, (carpe flores dum luxuriant in hortis) utendum est deliciis ætatis juvenilis.

blom, in nominibus florum subjectum est; ex. gr. *buter-blom*, *fjild-blom*, *fóale-blom*, *finne-blom*, *hynste-blom*, *hunich-blom*, *koue-blom*, *pinxter-blom*, *sinne-blom*, *scjippe-blom*, *swoeltje-blom*, *tuen-blom*. Inter hæc nomina sunt quinque, qui eundem florem, bellem perennem, designant, quippe *fjild-blom*, *finne-blom*, *koue-blom*, *scjippe-blom*, *tuen-blom*. Hall. 133. Hol. *maagdeliefje*, Trans-Is. *meizoentje*, idem.

blom fen moal, n. farris pollen. *Blom fen swewel*, sulphuris pollen. Angli hoc sensu usurpant *flower* et *flour* ex Lat. *flos*, *floris*, Gal. *fleur*.

blomke, n. flosculus. Hol. *bloempje*, Hol. v. *bloemeke*, *bloemetje*, pl. *bloemekes*, *bloemetjes*, quæ forma restat in Hollandorum colonia Newyork; *blumachus*, flowers in the Newyork markets. Amemericanisms, 39.

blomme-fâd, cg. (curator florum) sol. Poetice, G. J.

blom-kóal, cg. brassica botrytis.

blomke-letters, pl. literæ floribus ornatæ in linteo acupictæ. Isl. *blomstr-saumr*, m. acu pictura, vestis floribus accupictis. „Atavi nostri, prout Islandi hodie solent, aulæa et stragula imaginibus ac inscriptionibus acupictis ornarunt," testatur de Scandinavis autor glossarii in Eddam rythmicam, *bók*, II. 588 (Havniæ, 1818. 4°). Idem mos antiquitus obtinebat apud Frisios, et quantum stragula et lintea pectoralia spectat viguit usque ad finem antecedentis seculi. In remotis partibus nondum obsoluit.

blom-ruker, ellyptice *ruker*, cg. florum fascis. *Di ruker leit wer op 'e thekken*, fasciculus florum iterum ornat stragulum. Postquam puerpera rite erat purificata et omnis puerperii sequela sanata nutrix ponebat florum fascem in lecto connubiali, quem nutum maritus præmio nummi argentei remunerabat. In eis quæ ad puerperium et rem veneream pertinent Frisii nihil distinctis verbis, sed omnia figurato sermone et symbolis significabant.

blommen, pl. purgationes feminarum menstruæ. Nl. v. *bloemen*, verterunt Gal. *fleurs*, Barb. Lat. *flores* sc. menstrui, ut F. *moánne-rozen*, (rosæ menstruæ) menstrua.

blomme-moánne, cg. (florum mensis) mensis majus. Nl. *bloeimaand*.

blom-swiet, adj. florescens genis rubris; valet de pomis, *blomswiete apels*. Tropice, *Blomswiete junge*, juvenis mollis, effeminatus.

blomme-tüen vel tuwn, blom-hóaf, n. viridarium. *Wi sitte nat yn ien oar syn blommetun* (non sedemus in viridario alius i. e.) confabulamur, sed nulli mortalium obtrectamus.

bloei-blomme, n. G. J. flosculi arboris frugiferæ, idem quod *bloisem*. Ang. v. *blome*, Ang. *blossom*, idem.

blomte, cg. flores, (collectivum.) Nl. *gebloemte*.

blomje, vb. n. flores fundere. Isl. *blomga*, idem. Ags. *blosmjan* ex *blosma*, ut *blomje* ex *blomme*. Ang. *to bloom*.

biblomje, vb. a. linteum vel stragulum floribus acupictis ornare. Confer *bi-béamkje* in v. *béam*.

blomkje, vb. n. flores fundere; maxime

Digitized by Google

BLOS.

valet de arboribus frugiferis. Ex *blomke*, flosculus. *Di fleer blomket*, sambucus floret. *Di stikels binne brôs, mar as hja blomke hawwe wirde se houtich*, cardui molles et fragiles sunt, ubi autem flores emittunt fiunt lignosi.

blomker, cg. cultor florum. Nl. *bloemkweker*, Gal. *fleuriste*, unde Ang. *florist.*

BLOS, cg. flos juventutis. Nl. *blos*, Nl. v. *blose*, rubor (pudibundæ.) Nl. *blozen*, erubescere. *Ien faem yn hjar blôs is 't moaiste hwat ien feint sjæn ken.*

BLOTTERJE, BLATTERJE, vb. n. grunnire. *Blätterje as ien âld soech*, vagire; Nl. *gieren.* W. G. 41.

BLOU, adj. varietas dialecti pro *blàu*, supra 382. Ags. *bleo*, cæruleus. — *Er blou âfkomme*, detrimentum et dedecus ex cœpto accipere. Ang. *To come bluely of.* Ray, 178.

blóu-koppen, pl. lumbrici majores spissi capitibusque cœruleis, quibus hamo affixis captant pisces. — Colorem purpureum vere et eleganter significabant Ags. *bleo-read*, (cœruleo-ruber) quod Frisiis deest; F. *bly-read*, est, læte ruber, i. e. albicanter-ruber.

blauw- mich vel gounzer, musca major cœrulea quæ carnes appetit. Ang. v. *blow-fly*, the large blue fly. Wright. Sax. n. *blauwe brommer.*

blóu-stopjern, n. fila lanea cœrulea ad reficienda tibialia. Tropice, spiritus juniperi vel vini, quod fusum ex arcto orificio filum cœruleum refert. Americanisms, 37, *blue*, a synonyme in the tipplers dictionary for *drunk.*

BLUFFEDE, n. Hindel. species quædam sudarii variegati orientalis ex gossypio. Specimen primum, quod nauta apportabat ex India, absumebatur ludo chartarum, quod *bluffe* audit, unde nomen. Hol. *bluffen*, jactare.

BLUISTERICH, adj. luxuriens flore (planta.) Hd. *üppich.* Sax. n. *bluistrich weertien*, temperies aeris ventosa. Ags. *blæst*, flatus; *blæslan*, insufflare; Ang. *bluster*, spirare strepitu; Ang. *bluster, blister*, Nl. (Kil.) *bluyster*, pustula; in quibus regnat notio tumendi, turgendi. Lat. *frumenta turgent; uva tument mero.* Confer *blaze.*

BLUMME, vb. n. F. b. leniter dormire. Outzen, 28. Isl. *blundr*, m. somnus lenis. Ang. v. *blunder*, confusio; Ang. error, actio præceps. Halliw.

BOAGE.

BLUS, BLUTS, adj. *Ik bin blüs*, omnia in ludo (alearum, pilæ, cæt.) perdidi. Prov. *Ien âld-man by ien jung-wiif is gàu blüts.* Gal. v. *Tant en retene que de tot no fo blos*, tant en retint que de tout il ne fut depouillé. Poeme sur Boece. Renouard, Lang. Rom. p. 62. Lex. Roman, II. 229. Hd. *blosz*, nudus; *blutz*, corpore nudus. Kil. *blutsen*, quassare, contundere. — Pro *blüs* veteriores usurpabant *rüt. Ik bin rüt.*

BLUTSEN, pl. maculæ in cute hominis. Nl. *blutsen, butsen*, contundere; *blutze, butze*, contusio; voces nunc obsoletæ. Isl. *ad bletta*, maculare; *blettur*, macula. Andreæ, 32. b. Ang. *to blot*, maculare, delere; *a blot*, macula. Goth. *blauthjan*, abrogare, ex *bluthjan*, unde *blüts, blüs*, quod vide.

BLUTTER, cg. F. o. sturnus. Stür. 20. F. *protter*, idem, a garriente cantu. Nl. v. *proten, protelen*, murmurare, Nl. *prutlelen.* Ang. *blutter*, to speak nonsensically. F. *ploetere*, obscuras execrationes vomere in lingua peregrina.

BO, BA! phi, phui. Confer supra *ba.* Kil. *bo*, satur, obrutus potu, cibo. In phrasi obscœna nautarum, *Ba kut ind myn jild werom! — Ik bin ba fen spek*, lardum mihi nauseam movet.

BOAGE, cg. arcus. F. v. *boga; elk scutter scel habba koker ende boghe*, quisque miles urbanus habeat pharetram et arcum. Ags. *boga*, m. Ang. *bow.* Sax. v. *bogo*, annulus, Ags. *beah*, annulus. *Pyl ind boage*, telum et arcus.

boage pompier, boage, cg. scheda integra papyri; Nl. *een vel papier, een blad papiers*, Hd. *boge papier*, — *Ien heal boage*, scheda pap. dimidia. *Ien pliems pompier, pliems, pljims*, quarta pars schedæ, Nl. *een katerntje. Ien héal pliems pompier*, octava pars schedæ integræ, Nl. *een half katerntje.*

boage-string, cg. arcus nervus. Nl. *de pees van de boog.*

earm-boage, cg. G. J. cubitus. Ags. *earm-boga.* Nl. *elleboog*, Ang. *elbow.* Dialectus comm. F. *earm-takke.*

himel-boage, cg. arcus sive caverna cœli. G. J. I. 108,

Az ik mey each om heach jôn himel (oonschoagje,
Dy wondre boag', der boage oer boage (ijn boagje.

Digitized by Google

BOAL.

rein-boage, cg. iris, arcus cœlestis. F.v. *reinboga*, Ags. *regen-* vel *rén-boga*, Ang. *rainbow*, Nl. *regenboog*.

boagje, vb.n. gyrare; *umboagje*, in majores flexus gyrare. *Di wei boaget um*, via flectitur. Confer F.v. *baga*, Ags. *bogan*, jactare; Nl.v. *baech*, superbia; Sax.v. *bág*, gloriatio; Nl. *bogen*, superbire, cum præp. *op*, super.

bogere, m. F.v. sagittarius.

BOAL, cg. carnifex, figurate, homo crudelis. Contracte pro F.o. *bodel*, Isl. *bodil*, *pödil*, m. carnifex. Nl. *bodel*, apparitor et carnifex. Ex *bode*, nuntius judicis vel magistratus, qui citat et jubet autoritate delegantis.

bóale-wirk, n. labor prædurus, aggravans.

âfbóalje, vb.a. iniquitate laboris mulctare. *Him âf-boalje foár syn erwen*, laborem exanientem profundere in comparandis divitiis pro suis hæredibus.

BOAL, BAL, cg. nomen fluminis antiqui in parte occid. Smallingerlandiæ. Veteres dicebant *báel*. Ags. *baleva*, diabolus. Confer *hol-mar*, (infernus lacus) lacus in australi Frisia; *hols-greft*, (infernus canalis) canalis cingens antiquum cimeterium Grouwergæ; *hel-meer*, pars obstructi lacus Harlemensis. *Hels-doar*, aditus marinus ex Sudersea in oceanum.

BOALJE, vb.n. rebellare, clamore et minis seditionem concitare. *Jan raeb is oan it boaljen*, plebs tumultuatur. Isl. *boli*, m. taurus, manducus; *bauli*, m. taurus; *baula*, mugire. F. *bôle*, manducus.

BOALKI, BALKI, vb.n. F.b. sordere, squalide agere vel tractare quid. Joh. 35. Conf. *moalkje*, inquinare chartam scribendo; dubius oberrare, de vento.

bâlkach, adj. F.b. squalidus. Ib. 153.

BOALTE, vb.n. (Lat. *boáre.)* mugire vaccæ vel tauri instar; ejulare alta voce. Sax.l. *bolken*, idem in utraque notione, Bnl. I. 113. Ang.v. *to bolke*, Ang. *to belch*, idem. Halliwell. Angli frequentant simplex *to bawl*, boare, fere eodem sensu; *A little child was bawling and a woman chiding it.* L'etrange. Hd. *bellen*, latrare, pf. *boll*, pro veterum *ball*, unde derivativa Nl. *balken*, Sax.l. *bolken*. Confer *bâlte*, 173. *De ky koene nat méar bâlte*, mugitu famelico tandem guttur vaccarum exhaustum obmutuit. *Ho boaltet di bolle sa? Hi rôpt oan syn frouliu.*

BOANTSJE.

As er fen it tsióar lôs brekt joeit er mar jimmer foárt ind fliucht, sléat ut sléat yn, ta er by di keppel is. — Di junge boaltet as er formoárde wirdt.

bôlje, G. J. mugire, quod armentorum est. Figurate, magno hiatu jactare, I. 57, 97, *Dy godleas' bôlt de uwt-wircke bijze-pert'*, emugit scelera," quo repetit quod in antecedente versu dixit poeta, *Dy great opjouwt fen 't fuwll' troch him uwtrjucht.*

BOAN, BOUN, cg. vinculum. Varietas dialecti pro *bân* p. 303.

bóanich, bânich, adj. multo obrutus opere. *It is my to bóanich*, hoc opus mihi nimium est.

ynboanich, adj. *ynbânich*, continens et taciturnus.

BOANDEL, cg. (boándel) fascis. Ex *bondel*, Nl. *bundel*, Ang. *bundle*. Confer *bindel*, 305. Nl.v. *binden*, pf. *band*, Nl. *bond*, unde *bondel*. — *Boándel flaex*, fascis lini; hujus nominis fascis, in nundinis Doccumi prostans, habet pondus 32 unciarum novarum, adeoque sex libras veteres et quod excedit. (5 unciæ novæ = ⅛ libræ novæ = 1 libra vetus. c. c.)

boándel, n. unum ex meis pratis Worcumensibus, habens 6 pondemetas, hoc nomine appellant rustici. Nl.v. Kil. *bundel*, j. *bonder*, jngerum. — F.v. *binde*, mensura longitudinis.

BOANEKKER, cg. reprehensio severa. *Heit het my di boánekker oplæzen oer myn jild forsmiten*, pater me pergraviter reprehendit propter dilapidatos nummos. F.o. *boonakker opgaen*, in ergastulum trahi; delicti pœnam fuga prævenire. Stür. 22. Nl.v. *boonken*, nanus subterrestris, parvus dæmon lucifugus. Tuinman, Fakkel, 41. Hol. *een duiveltje.* F.v. *bona.* homicida. Nl. *Ik mag een boontje wezen als 't niet waer is*, sim dæmonion nisi verum dicam. F.u. *Boontje komt om syn loontje*, Nemesis persequitur scelus. Per agnominationem vocis *boon* Nl. faba, *boon-akker*, arvum fabarum, et *boon*, homicida, diabolus, *boon-akker*, ager homicidæ vel diaboli.

BOANTSJE-LAP, cg. homo servilis vel parasitus, quem divites fautores sibi pro ridiculo putant. *Di boantsjelap fen ien ryk man is nat better as ien dweil, dær elts di fuótten oan faget.* Nl.v. *boonlapken*, Kil. hilum; figurate, quod flocci

Digitized by Google

penditur; inde Lat. *ni-hilum*, *ni-hil*. Faba symbolum est parvi valoris, nedum hilum. Nl. *Ik acht het geen boon*, nihili facio. *Lap*, panniculus, tropice, homo nihili; *poppe-lapke*, panniculus variegatus, quem puellæ suæ pupæ induunt; figurate, homo effeminatus.

BOAR, cg. terebra F.b. *beur*, f.

boárje, vb.a. terebrare foramen; figurate, noxam nocere. *Di man, dyste slein heste, scil dy nǫck ien gat boárje, dærste net ien heste.* — *Du borreste mij dat gat naet*, Burm. 15, in hac re me non eludes.

Dat gat en boorje niet, seyd ick so, (*jongman fijn;*
Ik ben só wel een boef als de boeven (*mijn.*

Bred. Sp. Brabander, II. d.

Ik zweer u, dat kij 't gaatjen niet zal boren. Keurdichten, VIII. 34, ancilla a salace viro impugnata loquitur.

beuri, vb.a. F.b. terebrare. ger. *beurin*. Joh. 166.

noager-boar, terebra major manubrio transverso, quod naupegus ambabus manibus vertit. *Noager* contracte ex *naviger*, pro quo Nl. v. *aviger*, apud Kil. *auigher*. Ags. *nafegar*, *næfgar;* pro *gar*, telum, subula, quoque *bór*, ut Frisii, in Ags. *næfbore*. Alam. *nabagar*. Isl. *nafarr*, m. Sueth. *nafware*, quam vocem Normanni reliquerunt in Gal. vb. *navrer*. Ut in multis dialectis aspiratio gutturalis *h* vocem ante vocalem incipiens, vel omittitur, vel additur, sic et aspiratio nasalis ante vocalem initialem, vel tollitur vel additur. Ex. gr. Goth. *nadar*, vipera, Ags. *nadra*, F. *njirre*, sed Nl. *adder*, ut *naviger* pro *aviger*. Commutant Nl. *aers* cum *naers*, anus; *erf* cum *nerf*, cutis; *ijver* cum *nijver*, studium; *arre-slede* cum *narre-slede; uren*, turgere uberibus ut vacca parturiens, cum *nuren; weren* (Kil.) avere, petere, cum *nuweren*, unde F. *nuwer*, exoptatus, carus, insolitus. Groningenses in *havegár* aspirationem nasalem cum gutturali commutant. Aliquando Neerlandi *hn* omittunt initialem ut in *ikker*, diabolus, pro *nikker*, Isl. *hnickr*, m. apprehensio violenta, *Hnikkar*, m. Odin. Nl. *Nave*, Ags. *nafa*, Alam. *naba*, modiolus (rotæ); Ags. *gar*, Alam. *ger*, cuspis (ferrea) qua modiolum effodiunt; *boar* igitur post *ger* in *naviger* abundat et recte habet Ags. *nafe-bor*. Addunt tamen *bór* Frisii, ut maximam terebram notent, qua modiolus effoditur, vel alia majora foramina exsculpuntur, Prædicato terebras inter se distinguunt Frisii; ex. gr. *dril-boar*, *spiker-boar*, *omslach-boar*, terebra, quæ pectori impressa lævâ manu dirigitur, rectâ circumvertitur, et *noager-boar*. Confer Junii Willeramum, 207. Ihre, Lex. 218, b. Visscher, zinnepoppen, 1ste Schock, XXIX, ubi exhibet effigiem. Clarisse, Broeder Gherard, 397.

BOARD, cg. margo; ora vestis, instita. F.v. *bord*. Isl. *bordi*, m. institæ fimbria, limbus. Ex hac fonte Normannica manavit vb. Gal. *border*, *bordé; bord*, *borde*, *bordure*, cæt.

boart, n. margo navis, ellyptice pro *boart fen it scip*, latera navis. F.v. *skipis bord*. *Oan board géan*, Ang. *to go á* (an) *board*, ascendere navem. — *Hij haet* (hâldt) *him al oan 't haeger boerd*, Burm. 25, ebrius est. *Jae haede* (hâlde) *herre al oan 't haeger boerd*, Burm. 34. ebrii sunt. *Hæger bóart*, ubi navis vento fit prona ad latus unum, latus alterum, i. e. altius, *hæger bóart* dicitur, quod prehendit vacillans ebrius.

bak-board, confer *bek* p. 217. Ang. *lar-board*, latus navis lævum. Sicambri *lurts*, sinister. Kil.

boardje, vb.a. et n. oram vesti, linteo, pileo, cæt. assuere.

BOARNE (boánne) vb.a. adaquare pecus in stabulis. Ex *born*, Nl. v. aqua, ut Lat. *aquor* et *adaquo* ex *aqua*. Confer Kil. *bornen*. Isl. *brynna*, adaquare vaccas et equos.

boárne *(di kéallen)* fundere lac agitatum in alveum, plerumque sub dio, in usum vitulorum. *Di ky boárne*, bobus potum aquæ præbere in stabulo.

forboárne, vb.a. nimium potum præbere pecori. *Dí keállen forborne*, retardare saginationem vitulorum nimio potu lactis agitati.

boárn-amer, cg. situla major e qua rustici pecori potum præbent. *Ien kóp as ien boárnamer*, capito. *Notaris hat ien boárst as ien boárnamer*, tabulario tumet pectus fastidio et arrogantia.

born-dobbe, cg. ellyptice

borne, (boane) cg. scrobs in medio prato receptaculum aquæ pluvialis, quam bibat pecus ubi sulci aquarii

Digitized by Google

prata cingentes aqua marina sunt infecti. Ante exstructos aggeres marinos hæ scrobes frequentes erant per totam Frisiam et adhuc usque plures restant. *Dobbe*, scrobs. Pro *borne-dobbe* stat F. b. *barn-küül*, scrobs aquaria in usum pecoris. Joh. 141.

boárn-tou, n. pl. *boárn-touwen*, funis fixus stabulo, quem ut se sustentet arripit bubulcus, dum situlam majorem aquæ plenam tollit supra sulcum stercorarium in altius stabuli solum, e qua vaccas ibi stantes adaquet.

bôrn, cg. (boon) fluvius antiquus serpens ex oriente versus occidens per pagos Upsterlandiæ et Utingeradelæ. B. L. *burdo*. Nomen dedit vico

alde-bôrn, (âde-boon) F.u. *Olde-bôrn*, nunc *Oude-boon*, in pago Utingeradelæ, per quem fluit. Forte et inde nomen traxit

born-bergum, *(bom-bergum)* vicus Smallingerlandiæ, vicinus fluvio *Bôrn*.

burna, m. F.v. fons.

bôrn-sweage, vicus pagi Doniawertalæ.

born-wirt, (fontis collis) vicus Dongeradelæ occidentalis. Confer *Borne*, vicus Transisalaniæ. Ang. *Barne*, urbs Cantiæ. Shepweg. — *Barneveld*, urbs Gelriæ. Ang. *Barnefield*, urbs Cantiæ. Aylesford.

boerna-huus, F.v. ædes fontem continens. Talis ædes, monumentum venerabile, nostris temporibus adhuc residua Doccumi nomine *Fetseput*, antiquitatis contemtoribus est diruta. Confer *Fetse-hol*, (Fetsii inferi) lacus parvus in parte boreali Doniawerstalæ vicinus limiti Weinbritseradelæ. Plures lacus Hollandiæ *helle* appellantur.

boárnster-rechte, canalis in pago Utingeradela vicinus fluvio Bornæ et aggeri Leppedyk.

BOARRE, cg. (boárre) felis mas. Ex *bóar*, ursus, p. 210. Confer *raem*, aries; *rammeler*, *remmeler*, lepus et cuniculus masculinus; Isl. *hrammr*, ursus.

BOARST, cg. (boást) pectus. Ut Ags. *brastlian* pro *barstlian*, ita et Ags. *breost*, Ang. *breast* pro *borst*. — Pectus elevatum et prominens symbolum superbiæ; *Di rike keápmans soan hat ien boárst as oare twa*, mercatoris divitis filius tumet superbia. *Domeny stekt di boárst foárüet omdat di frouliu under syn preek scriemd hawwe*. — Animi sensus intimus, *It stuitet my tsjin 'e boárst, dat di gréaten di lytsen fortraepje*, offendor in animo cum magnates conculcant plebejos.

boárstich, adj. (boástich) pectorosus, prægrandi pectore; tropice, elatus animo, altus, tumidus; Nl. plene *hoogborstigh*, superbus. *Ien boárstich keerdelke is dy honnegiseler*, ut feroculus est iste custos templi! Confer *boárnamer*. *Boarstich* elisa *r* pronuntiatur *boástich*, quod mihi olim suspicionem injecit *boástich* esse derivandum ab Ang. *to boast*, jactare. Isl. *bust*, *baust*, fastigium domus.

boárst, cg. pectus in quantum continet pulmonem et organa respirationis. *Dí âldman hat it op 'e boárst*, senex asthmate laborat. Inde Hol. v. *borstigh*, asthmaticus, ellyptice pro F. *néar-boárstich*, (angusto pectore.), *am-boarstich*, Nl. *eng-borstig*, Hd. *eng-brustich*. Confer *aemboarstich* supra 95. — *Fiks út 'e boárst sprekke*, ex imo pectore, i. e. clara voce loqui, tropice, ex animo dicere, absque occultatione.

boárst, cg. mamma feminæ. pl. *boársten*, mammæ. Contra *jaer* ex *jader* mamma animalis, præsertim vaccæ. *Mem leit it bern oan 'e boárst*, mater infantem mammæ admovet. *It bern di boárst jaen*, infanti mammam dare.

BOARSTEL, (boástel) cg. seta. F.u. *burstel*, (büstel) idem. Frisii *r* ante *st* elidunt ut Islandi *bust* seta porci, pro *burst*. Egilsson, 89, *bust*. Hd. *burste*, seta, scopæ. Ang. *brush*, Gal. *brosse*, pro *burscbe*, ut *breast*, pectus, pro *bárst*, Nl. *borst*. Isl. *bruskr*, m. crines densi. Ang. Staf. *brush*, stipula. In *boárst*, pectus, *boárst-el*, seta, *boárste*, frangi, idem thema *burst* vel *borst*, erumpendi et prominendi notione, regnare videtur.

drai-boárstel, cg. in porci tergo setæ deviæ se torquentes caput versus. *Ien drai-boárstel*, porcus ipse ita setiger.

boárstelje, vb. n. abstergere setis; tropice, verberare. Hol. *den mantel uitstoffen*, castigare.

bürstele, (büstele) vb. a. F.u. avide prandere.

boárstelich, adj. setosus. *Boárstelich hier*, capilli erecti, rigentes, non undantes; synonymon *stikelich hier*.

BOARSTJE, (boástje) *boárste* (boáste) vb. n. rumpi. pf. *boárstte*, pf. p. *boár-*

Digitized by Google

sten, pr. p. *boárstende*, ger. *to boársten*. R fere eliditur, ut et in F. u. *barste* (báste) pf. *barstte*, pf. p. *barsten*, ger. *tü barsten*. Pro *baste* ex *barste* F. u. quoque usurpant *büste* (burste) ex *burste*, ut Americani *to bust* pro Ang. *to burst;* Americanisms, 57. Saenredami loco *r* elidunt *s; burt* pro *barst; bort* pro *borst*. Ags. inversis literis *brastl*, fractura, fragor; *brastlian*, Ang. *to brustle*, crepare. F. v. *bersta*, frangi, deficere, pf. p. *bursten;* Ags. *berstan*, pf. *bærst*, pl. *burston*, unde Ang. *to burst*. Sax. v. *brestan*, rumpi, deficere, pf. *brast*, Ang. v. *brast*, frangi; *brastle*, (strepere) gloriari. — *Hy boárst fen grütskens*, rumpitur superbia. *Hy is boárstende lilk*, rumpuntur ei ilia ira. — *It mat nou buge oaf boárste*, (si non flectitur rumpitur) ad extrema ventum est. *Hy mot ljeage of berste*, mentiatur aut rumpatur necesse est, Burm. 27. Prov. *It is better to bugen as to boársten*, Ang. *Better to bow than break*, Ray. 81.

boárst, cg. fractura. Tropice, *mei ien boárst*, momento citius.

BOARTJE, (boátje) G. J. *bortje*. vb. a. et n. ludere infantum, puellarum puerorumque more, lascivire, jocos agere inter pueros puellasque, pf. *bortte*, pf. p. *borte*, præs. p. *bortjende*, ger. *bortjen*. F. v. *borde*, jocus. Nl. v. *boerden*, jocari, nunc *boerten*, freq. Nl. *bortelen* tumultuari. Annot. Maerl. IV. Sp. Hist. p. 226.

boártje, differt a *spylje*, exercere aleas, canere tibiis, pulsare citharam, cæt. Apud Frisios australes *spylje*, sensu Hol. *spelen* pro *boártje* sumitur. Inde in parte vici Warnsæ Frisiæ australi contigua valet *spylje*, in parte altera *bortje*. Goth. *gabaurjothus*, voluptas, delectamentum, *baurjothjan?* oblectare. *Hja fiuchte! O dat is mar boártjen*, pugnant pueri! Est ludere tantum, simulacrum pugnæ. *O, Hwat boártje di keningen moai mei eltsoar! mar lyk di bern habbe hja hjar moed nat ear 't boártersguód nat stikken is*, nihil est festivius mutuis congratulationibus et ludis regum, sed infantum instar non animo æquo sunt ante fracta crepundia. — Prov. *Fen boártjen komt jamk bargebiten*, e ludo facilis est transitus ad rixas et pugnam. *Der di bollen bortie mogge di hoklingen wol dounje*, MS. parentum luxuria liberis prætextum licentiæ. Ludibrio habere et lædere, *It is ien sjouke; hja kenne mei him boártje as di kat mei di mús.*

boárters-ding, n, crepundiorum quid.

boárt-faem, cg. puella socia, quæ quotidie ludos juveniles agit cum socia ludi. Hol. *speelnootje*.

boárters-guód, n. crepundia.

boárt-feint, cg. collusor, Nl. *speelmakker*, Ang. *playmate*.

boárt-lapke, n. panniculi segmentum variegati, quo suam pupam vestit puella. *Di Friezen litte hjar nat foár boárt-lapke bruke*, Frisii non patiuntur potentes eos habere ludibrio.

boárt-reauwe, n. crepundia.

boártlik, bortlik, adj. ludi avidus, lascivus. *Bytlik ind boártlik konke*, canicula mordax et lasciviens.

boártlikens pro boártlyknes, cg. ludi et joci aviditas. *Boártlikhéit*, idem. F. v. *so schel ma dyo deda meer to lidzen wessa dyo boertlyckheit dan dyo schalicheid*, Jur. II. 200, ubi *boertlykheit*, simplex jocosa propensio, et *schalikheid*, dolus malus, inter se opponuntur.

BOASKJE, vb. a. et n. sese despondere alicui (in matrimonium.) Nl. *zich verloven*. *Hylkje*, uxorem ducere, nubere, Nl. *trouwen*. Hanc notionem G. J. tamen et verbo *boaskje* assignat. pf. *boaskke*, pf. p. *boaske*, præs. p. *boaskjende*, ger. *boaskjen*.

boestigia, vb. n. F. v. nubere viro. Jur. Fris. (ed. 1834.) I. 208. II. 284, 294, 304, 306, in quibus locis semper de fœminis agitur. *Boestgie*, in genere, matrimonio jungi, W. G. 62. edit. Wassenb. 95. Ex *boest* (boost) fit *boestigia* et *boaskje* ex *boask*.

boestge, cg. matrimonium. Prov. *Fiere boestgen klinne*, MS. matrimonia dissita sonant, i. e. amant Frisii potius e loco remoto quam sede domicilii ducere uxorem. F. v. *klinna*, Nl. *klinken*, sonare.

Isl. *ast*, f. amor. *Fa fjodths ást*, amorem mulieris conciliare. Egilsson. Unde *bi-astja*, per syncopen *bástja*, ut ex Goth. *frijon*, amare, est F. *frye*, ambire virginem, procare ejus amorem; *ien faem bifrije*, Nl. *vrijen*, idem; *vrijer*, procus.

boaskery, cg. procatio et actus despondendi. *As di faem boaske het fisket de feint efter it net*, virginem des-

Digitized by Google

ponsatam ambire inane est. *Ik hab fen nacht boaske*, hac nocte me despondi. In ore nautarum, *Ik trouwje wol ris, mar ik boaskje net*, ubi *trouwje*, ducere uxorem, idem es quod, rem habere cum muliere, secundum proverbium Hol. *Elke haven een nieuw liefje*, in quoque portu amatrix nova.

boast, boask, cg. desponsatio. Pro *k* antiquitus valebat *t; Jef di mond da kinden to bosta jout eer hia to hiara jerem commen sint buta rede der moder*, Schot. 97, b. si tutor liberos despondet infra annos nubiles absque matris consilio (consensu.) *Hwaso ien kneppa iefta famna bynna aefta ierum to bosta jout iefta nympt*, 533, 35, (Latinus interpres 104, 31, „quicunque puerum, vel masculum vel feminam, intra legitimos annos ad contrahendum acceperit vel tradiderit." In ambobus locis de desponsatione, non de matrimonio ipso sermo est. — *Boaste*, G. J. I. 35, 38; *boasck*, I. 120, matrimonium. *Di bóask is klensd*, sponsalia conciliata sunt. — Prov. *Di boask yn 't lyk, Is beide ewen ryk*, pauperes ambo, si connubia jungunt, eandem adferunt dotem: alias *Dær komme fiouwer neakene billen by elts-oar*. Prov. *Dær heart mear ta ien bóask as fiouwer néakene billen*, Ang. *More longs to marriage than four bare legs in a bed*, Ray. 44.

Lyk jild, lyk jeld ind like stán,
Is yn ien boask di bæste bán,

Ang. *Like blood, like good, and like age, Make the happiest marriage.* Ray, 44.

boask-jirren, pl. anni nubiles, ætas matrimonio apta.

boask-lietke, n. cantilena matrimonialis.

oanboaskje, vb.n. matrimonio jungi eum familia uxoris vel mariti. *Oanboaske omka*, amitæ vel mater teræ maritus et hoc nomine patruus vel avunculus.

BOAT, cg. cymba parva et aperta, ut Anglorum *boat*. dim. *boatke, boatlsje*, n. parva cymba. Angl. et Frisii *óa* pro *a*, Ags. *bát*, m. Isl. *báttr*, m. Confer *boat* supra p. 356. Has cymbas per lacus et canales Frisii propellunt trude vel velo, in mari remis et velo.

boatke-farre, vb.n. avocationis gratia cymba vehi; alias *farkje*, quod puerorum est. Ang. *to boat*.

boatke-sile, velificare parva cymba. Ang. *to boat*. — *It boatlsje-silen*, Ang. *boating. Tsjerk is oan it boatlsje-silen*, Ang. *Ciric is a' boating*.

BOBBE, cg. pupa qua ludunt puellulæ; infans ipse. Idem notionis transitus est in Ang. *babe, baby*, imaguncula puellarum, infans. Nl. v. (Kil.) *babbaerd*, pupa, infans.

Quædam exempla probant veterum *b* initialem aliquando apud posteros transiisse in *p;* ex. gr. Ags. *becca*, Ang. *pick-axe;* Nl. *becken, bicken*, (Kil.) rostro ferire, hodie *pikken;* Nl. v. *bedelle*, Ang. *beadel*, Nl. *pedel;* F. v. *buk*, dorsum, F. *püchelje*, dorso portare, cæt. Eandem ad normam pro F.v. *bobba*, F. *pòppe*, pupa, infans recenter natus. — Ang. *babies-heads*, Hindelopeuses *poppe-kaeds*, puparum capita. Tales imagunculi primitus fiebant ex convolutis panniculis et superne contractis, unde sphæra quædam caput referens oriebatur. Pauperum puellulæ usque adhuc sibi formant tales pupas, et hæ erant imagines larum, quibus quædam Germanorum gentes ineunte medio ævo ornabant focum. — Hujus nodi, globi, vel glomi notio restat in *bòbbe-kóp. Bube* Hd. puer, forsan ex fonte eadem manavit; quippe vox apud Alamannos veteres non obvia tandem seculo XIV instante ex obscuritate dialectica emergit. Gr. Lex. I. 458.

bòbbe-kóp, cg. capito facie crassa, plena, rotunda; homo stupidus, (compara Nl. v. *dick-oore*, auris Bæotica.) Ang. York. *bob*, a ball; East. a pear-shaped piece of lead; North. a bunch. Ang. v. *wondere grete bobbis of grappe*, mire grandes fasciculi racemorum. Halliwell, *bob*, No. 6, 9, 11. Ang. *bob-tail*, cauda truncata; *bobtail tike*, canicula cauda obtusa, Shakspere; *bob-tail*, the steel of a shaft or arrow, that is small breasted and big towards the head. Isl. *bobbi*, nodus. Ang. v. *bobets*, thick pieces; *bobets of grete elys*. Ang. v. *baber-lupped*, labiosus (labiis tumens); *boban*, inflatio, superbia; F. *poe-hoánns*, F. u. *poe-haen*, jactator. Ang. *booby*, a dull, heavy, stupid fellow; a lubber. (Confer Ang. *blunt*, obtusus et stupidus) Flandri (Kil.) *sleeuw*, obtusus, *Sleeuwe scherpte*, acies obtusa, Sax. n. *slee*, idem, F.

Digitized by Google

sléau, negligens, stupidus, Ut Frisii hominem per *kop*, caput, designant, ita Scoti per *bard*, barbam; Douglas *bow-bert*, pl. *bow-berdis*, homo ignavus, pro quo Hol. *bobbert*, homo facie obesa et stupida, quæcumque res spatiosa et infabri forma.

Ang. *bubby*, mamma, quo Grimmius *bobba-burg*, infantis tutela, illustrare tentat, fluxit ex Ang. v. *bub*, liquor, *to bub*, freq. *to bubber*, bibere; *bubber*, Ang. *bibber*, potator. Infantes a bibendo vocant matris mammam. Ex *bub*, bibere, fit *bubbige*, *bubby*. (supra *bobba-burch*, 227). Si *sitta andere bobba-burg*, vertimus, infantem sedere ad mammæ arcem, lex talem infantem lactentem sat fatue minorem *(unjerich kind)* appellavisset. Confer Richthofen, Wb. 1163. Hd. *buben*, mammæ sororiantes, Gr. II 461, *bubbi*, mamma, ib. 457.

BOBBE, n. p. v. *Babo*, Först. 195, quod nomen autor confundit cum *Pabo*, F. *Pabe. Bobo*, princeps Frisiorum, Sec. IX. ib. 271.

bape, n. p. f. Först. 195, *papo*, *paba*.

bawo, bawe, bàuwe, bòuwe, beauwe, n. p. v. Först. *Bovo*.

BOBBELJE, vb. n. ebullire. *It wetter bobbelt*, spiritus per fistulam in aquam inflatus surgit forma bullarum in superficiem. F. b. *bóbele*, Joh. 36, strepere instar aquæ moxdum ebullientis. Ang. *bubble of water*, bulla supernatans aquæ commotæ. vb. *to bubble*, bullire; *boil and bubble*. F. b. *Bobli*, vb. n. bullire, sonare ut bullæ per aquam surgentes, flatus in iliis strepentes. Hol. *bubbelen*, Ang. *to bubble*, Joh. 36.

Adders forke and blinde-wormes sting,
Lizards legge and howlets wing,
For a charme of powrefull trouble
Like a hell-broth boyle and bubble.
Shak. Macbeth. Act. IV. sc. 1.

BOCHEL, cg. gibba, tergum gibbum hominis, homo gibbosus. Antiquiores *büchel*. Hol. *bòchel*, m. idem, sed *pochel*, corpus ipsum hominis. Nl. (Kil.) „*boechel*, Hol. j. *bult*, gibbus. *Boechelen*, *buechelen*, conari sub onere." F. *pückelje*, insudare servili operi. Sic ex Ags. *bodig*, pectus et spina hominis (Gal. *le tronc)*, corpus, formarunt Frisii verb. *bòdje*, insudare servili operi. Hd. *bucheln* prorsus sensu eodem. *Munchen zwinget die noth täglich zu*

bücheln und zu arbeiten das ihm die haud rauchet. Butschky. kanzl. 697. F. *Mannich-ien thwingt di need dei oan dei to pucheljen ind to arbeidjen, dat him di húd riket (fen it swit.)* Grimmius *bucheln* refert ad *buch*, liber, quasi esset *das buch vornehmen*, aggredi ad scribendum librum! Lex. II. 471. Restat *buchel*, corpus, apud Hd. in *buchel-phetsen*, *puchel-petzen*, comedere, F. u. *büffele*, idem.

bòchelje, vb. a. verbera infligere. *Ik scil dy bòchelje; ik scil dy op dyn puchel komme*, ego te probe percutiam. Ad eandem normam ex *ribbe-sek* (saccus costarum) corpus; vb. *ribbesekje*, verberare. Hol. *ranzel*, pera militis, corpus; vb. *ranzelen*, verberare.

BOCHT, n. vappa, putida potio, sive vini, sive spiritus juniperi, sive coffi extracti; quæcumque res rejectaneæ, sive frumentum, sive alia ad cibaria pertinentia. Sax. n. *ombocht*, quisquiliæ, rerum vilium farrago, res quæcumque ominosæ, malæ, turbidæ. *Doar is ombocht in de luchte*, cœlum minatur tempestates, ex. gr. grandines, nivesque. Confer Ang. *bog*, terra uliginosa, cœnum. Ex *bouge* fit Gal. v. *bouve*, Gal. *boue*, cœnum. Gal. v. *boé*, cœnum, pus; *boue*, pus. Hd. *bocht*, n. sordes, stercus. Gr. Lex. *bocht*.

BOCHT, cg. curvatura, series domorum incurva, curvatura funis duabus manubus utrinque librati, angulus domus vel plateæ. — *Hy giet di bocht um*, moritur. Hol. *Hij gaat de hoek om.* — *Hy giet yn 'e bòcht*, commessatur, bacchatur; *Pake mat mei yn 'e bocht*, et avo saltandum est. In nuptiis Frisicis puellæ tum senes tum vetulas urgent ad saltum; proprie valet de puella, quæ saltat inter curvaturam torsam funis duabus aliis librati; Hol. *touwtje-springen*, F. *tou-dounsje*, Ang. *skipping*, Strutt, Sports and pastimes, 383, qui putat hunc ludum esse ex antiquissimis. Inde et Nl. v. adamata figura, *Hy bleef in de bocht tot hy bue en loof was*, proprie, saltabat per funem usque ad summam lassitudinem. Bredero. Corrige Oudemans, Wb. 62. Nl. v. *bochten*, capere voluptatem. — Confer *buge*, Ags. *bugan*, *beogan*, flectere.

BOD, n. Hindel. Warns, lectus. Confer *bæd*. Hind. et Makkumenses quoque *bód*. Goth. *badi*, F. b. *bâd*, Johan. 99, unde

Digitized by Google

bæd et *bód*. *It bod meitje*, Warns, lectum sternere. *Di junge heer wol jern wite dat hy ryk is, mar hy is noch nat to bæd komd*, heri filius amat vocari dives, sed nondum in portu est.

bods-boden, pl. Hind. confer 195.

bed-selma, F.v. lecti limen. Confer supra 196. Frisii boreales ellyptice *salm*, pars anterior, sive margo lecti vel armarii lignei, in quo lectus stratus est. Joh. 108. Ags. Somnerus „*bonc-selma*, sponda. A side of a bedsted."

bód-stré, n. Hind. lecti stramen. F. *bæd-strie*. Wycklyffe *bedstree*, lectus. Ps. VI, 7. XL, 3. Sternunt Frisii aliquot straminis mergites sub culcita lecti. Hic mos antiquitus inter Anglos quoque prævalebat; nunc obsolevit. Ipsi reges et reginæ sternebant lectum stramine. Brand, Ellis. II. 66. F. *bæd-strie*, supra 197.

bôdje, vb.a. in lecto ponere. G. J. ad Deum, *Bódje ik my hol-leeg*, si cubo in imo abysso. l. 216.

BOD, n. sufficiens longitudo funis vel fili.

bód jaen, in genere, laxare funem. *Jouw mear bod!* Hol. *Vier de lijn! Ik haw nin bód mear, myn bód is oan ein*, totus funis laxatus est, nihil quod ulterius laxem restat. Figurate, morari solutionem in favorem debitoris, *It is ien from ind eerlik man, ik scil him bód jaen*, homo probus et justus est; morabor ejus solutionem. — De tempore in longnm producto; *Dær is nou bód oan 'e dei*, dies nunc (media æstate) longi sunt. — In genere rerum affluentia, *Dær is noch bód*, ad manum est plus quam sufficit ex. gr. nummi, frumentum, vinum, cæt.

bód, n. glomus fili canabini circa bacillum convolutus, quo retinet puer draconem papyraceum vento fluitantem in aëre. *It bód fen di draek*, Ang. *the rope of the kite*. F.o. *drake-bot*. Stür. 22.

BOD, n. pretium pro merce oblatum. Ang. North. *bode*, a price or sum bid, an offer at a sale. Brockett, 45. *Ien bód dwaen*, vel solum *biede*, licitari. F.v. *bothe*, oblatum. Chart. I. 401, a. Confer *biede* 249. F.o. *bot*, idem. Stür. 22. *Alle bódden oan ein wæze*, dicitur si quis omne quod potuit pretium obtulit absque ut venditor concedat coemtionem. Figurate *alle bódden binne oan ein*, omnia frustra expertus sum. *Mei myn loebes fen ien junge bin ik alle bódden oan ein*, omnia tentavi ut filium improbum ad meliorem frugem revocarem, sed incassim.

opbod, pretium oblatum crescendo. *By opbod forkéapje*, auctione vendere. Opponitur *oafslach; by oafslach forkéapje*, vendere diminuente pretio, ex. gr. pisces.

BÓDA, vb.a. F.v. citare, citare testem, reum. *Bódje*, Sat. nuntiare. E. II. 202.

bödagi, beudagi, vb.a. F.b. per nuntium mittere vel arcessere. Joh. 166.

bode, boade, cg. nuntius, i. e. qui nuntium adfert. F.b. *beud*, m. nuntius quem homo adtulit, Sax. *bod*, idem; *bod sturen*, certiorem facere: sed F. *ien bode stjûre*, hominem nuncium mittere.

bodewimmel *fen di grytman*, prætoris pagani nuntius. Vulgo *exteur*.

thjinst-bode, cg. ellyptice *(bode)*, pl. *boden*, famulus, famula: famulitium, famuli domestici.

bodskip, bodeskip, n. F.v. nuntius, nuntius quo dies dicitur alicui. *Alle tha thes thet bodenskip twiske driue*, omnes internuncii. F. *boátscip*, nuntius. Ex pf. *bòd*, vb. *biede*, Ags. *bodscipe*, nuntius, jussum.

boátscip, n. nuncium, Gal. *message*. *Ien boádscip dwaen*, exire ad arcessendum, emendum vel nuntiandum quid. Vocis migratione, *Hy hat hwat yn e bouten, mar by sterke Sint hat er nin boátscip*, quamvis robustus tamen nervoso Sentio viribus non par est. Prov. *Hwær di diwel ien boátscip hat stjûrt er ien âldwiif hinne*, sicubi quid diabolus renunciandum habet mittit vetulam; vetulæ scilicet in clandestinis amoribus rebusque suspiciosis internunciæ sunt.

boádscip-rinner, cg. qui nuntiis ferendis vacat et ex eorum mercede vivit. *Boádscip-rinster*, famula nuncia. F.u. *boodschap-loper, -loopster*.

boádscipje, vb.a. nunciare, nunciare et parvas necessitates ex tabernis apportare. Ang. *shopping*.

bod-thing, n. F.v. judicium summa autoritate jussum.

BODE, *spiker*, F.o. granarium. B.M. 43. *Waerf, kaute, bode*, domuncula, casa, ibidem. 45. Confer *bòdde*.

BODDE, cg. casa; *âlde-bòdde*, vetus casa rninosa. Dani *bod*, domuncula. Isl. *búth*, f. mansio, taberna, tentorium, tugurium. Egilsson. Ang. *booth, boothe*,

Digitized by Google

taberna (a house of boards), Nl. *kraem*, Sueth. *bod*, taberna mercatorum. Barb. Lat. *botha*, officina, Gal. *boutique; boudoir*. Confer Isl. *abuth* mansio, (Jonsson, 3.) cum Ang. *abode*. Nl. v. *boede, bode*, j. *boeye*, domuncula, casa. Kil. West-Fr. *varkens-boed*, hara, *schapen-boed*, ovile; Hol. *varkens-kot, schaaphok*, idem Texela, *boetje*, n. ovile, Hol. *schapenschuur*. — Confer F. *bude*, tuber cutis. Ang. *to bud*, germinare. Isl. *budda*, pera.

bòdde, cella in puppi cymbæ piscatoriæ multis foraminibus aquæ influxui et refluxui apertis, in qua natant pisces capti; arca soluta itidem ubivis perforata, in qua pisces vivi asservantur. Franci veteres eadem voce eandem notabant rem. Gal. v. *boute*, Gal. *boutique*, „coffre ou vivier rempli d'eau au milieu, pour transporter a flot le poisson d'eau douce en vie." Hanc cellam, si in carina est media, Frisii appellant *keer*, qua voce quoque notant arcam perforatam solutam post cymbam piscatoriam fluitantem. Inter instrumenta piscatoria, quæ in auctione venduntur, fere semper occurrunt *lel-fuken, bòdden, keren*, cæt.

BODDELARY, cg. promptuarium in pariete excavata, foribus, sive ligneis, sive vitreis, clausum, in quo pocula, vasa porcelana, patinæque asservantur. F.o. *buddel*, lagena; *buddelee*, capsa vitrea in qua exponuntur pocula, lagenæ, vasa porcellana. *T* migravit in *d* ex Gal. *bouteille*, lagena. Nl. v. *bottelrije*, promptuarium, cella vinaria et cibaria. Kil. Ang. v. *buttilary*, per syncopen, Ang. *buttery*, promptuarium rei cibariæ. Gal. *bouteillerie*.

bottelier, cg. promus-condus. *Ik ha' to lang foár bottelier féarn um nat to witen, ho it yn kelder ind koakene tagiet*, experientia docet; mihi experto imponi non sino. Gal. *boutillier*.

BODDELJE, Hind. bullire. Nl. v. *bortelen*, ebullire. — *Opboddelje*, Hind. e fundo aquæ bullæ instar in superficiem surgere. F.o. *buddele*, bullire, movere aquam cum strepitu. Confer Nl. dial. *in het water om poedelen. Poedel-hond*, canis agitans aves aquaticas.

BODEL, n. F.v. supellex, supellex cum omnibus bonis, tota quanta hæreditas. Confer Richth. Hol. *boedel*, omnia bona, tota possessio hominis. Distinguunt Frisii inter *boel*, tota hæreditas, et *yn-boel*, omnes supellectiles, quæ intus, i. e. in domo sunt; *yn*, intus.

boel, cg. bona familiæ, bona relicta mortui. *Di boel is op*, res comesa est. Figurate *ien rare boel*, Gron. *'n roare boudel*, res contorta, turbida.

bûl, m. F.b. pl. *bûlar*, acervus, cumulus. Joh. 5, 101.

boel, cg. copia. *Ien boel jild ind néa noach*, vis pecuniæ et nunquam satis. *Ien boel folk ind ien bytke wizen*, magna multitudo et pauci sapientes.

bodel, L. R. v. W. dos. Ex *bod*, domicilium, sedes, et *dél*, pars. F. W. *boedel*, n. idem.

boel-goed, boel-gaue, Fris. Hol. dos. Kil. proprie, donum ex re familiæ.

bodel-dêl, n. F.v. hæreditatis pars.

boedel-deling, cg. partitio hæreditatis inter hæredes.

bodel-êth, F.v. juramentum quod ad hæreditatem attinet.

buól-goed, n. auctio supellectilis. Hind. *boelgoe'. Boere-buólgoed*, auctio supellectilis et instrumentorum rei agrariæ rustici mortui.

boel-huys, Fris. Hol. j. *sterfhuys*, domus feralis. Kil. Alias *erf-hus*.

bodel-riucht, n. F.v. jus hæreditarium.

bûl-sattar, F.b. Joh. 5. hæres. *Antjis bûlsattar*, Ancæ hæreditatem adiens. Confer *bodel*.

bodel-thingia, F.v. actionem instituere in hæreditatem.

men-bodel, F.v. hæreditas communis, indivisa. F. *mandegoed*, bona communia. Prov. *Mandegoed scande-goed*.

men-bodelia, pf. p. *menbodelad*, F.v. cui est hæreditatis indivisæ communio.

ut-bodelia, ut-belda, F.v. alicui partem suam ligitimam rei familiaris vel hæreditatis exsolvere.

BODELSWART, urbs antiqua Frisiæ. Chart. I. 469. a. *Bolliswerdera*, cives Bolswardiæ. Chart. I. 514. *Bodelswart*, contractius *Bôlswart*, F. *Bôlsert, Bolsert*, F.u. *Boálsert*, Confer infra *Bolsert*.

BODJE, vb.a. acervos fimi in pratis disjectos atterere. *Is di boer yn? Ne, hi is oan it bòdjen*. Anne colonus intus est? Non est; atterit stercoris acervulos.

greid-bodde, cg. trahea, qua agricola fricat et atterit fimum in pratis egestum.

BODJE, vb.n. (bòdje) insudare operi, inde-

Digitized by Google

sinenter patienterque ferre laborem. — Ags. *bodig*, corpus, Ang. *body*; Angli et Frisii ex substantivis addita terminatione infinitivi amant formare verba; inde ex *bodig* fit *bodigje*, contracte *bòdje*. Sic ex *püchel*, *pòchel*, corpus, fluxit *pòchelje*, insudare labori. Confer Ang. Linc. *buddy*, corpulentus. Ang. Leic. *to butty*, collaborare. Infra *poddebukje*, tarde gressum promovere. Prov. *Sân ieer boddet me om tén goet ieer*, Burm. 58.

bòdder, cg. homo frugi semper insudans labori, laboris patiens, Nl. *slover*. Prov. *Ald ind earm is bòdders léan*, senectus cum paupertate cerdonum remuneratio.

boddery, cg. molitio defatigans, labores continui exhaurientes.

bodde, n. spissum opus.

BOED, BOET, jussum, in phrasi *op eigen manne-boed*, auctoritate propria. *Hy forquanselt syn memmegoed op eigen manne-boet*, vendit auctoritate sua matris bona: Vide supra *ban* 175. Confer *bi lioeda bode ende frana ban*, 53, 9. Forma *boed* quoque occurrit in nostræ Frisiæ legibus, ex. gr. O. F. W. p 20, *boede*; 15, *boeden*; 6, *boedem*.

F.v. *biada*, pf. *bâd*, unde *bod*. Confer *biede* 249. Nl. *bieden*, offerre, pf. *bód*.

BOEF, cg. nebulo, scortator. *Boefke spylje*, esse in scelere, aliquem eludere in alea. Hd. *bube*, idem.

boverie, f. F.v. facinorum, delictorum omne genus, præcipue spurcum.

BOEI, cg. pl. *boeyen*, vincula. Lat. *bojæ*. — Dolium natans et fundo catena fixum, index anchoræ mersæ.

boeye, vb.a. vincula, catenas alicui injicere. — *It scip sit boeid*, navis fundo affixa est præ maris recessu. *It scip sit boeid fen foren*, *fen efteren*, navis tangit fundum alvo proræ, puppis alvo.

BOELJE, in composito *taboeije*, inquinare; ad puerum, *Hwat heste dy taboeid!* Ut te conspurcasti! ex. gr. luto, pulte, fuligine, cæt. Isl. *bua*, parare, instruere, ornare, adparare, vestire. Egilsson.

taboje, toboje, vb.a. F.b. se colere et tegere optima veste, ut feminæ solent ad nuptias et convivia ituræ; se parare, Gal. *se parer*. *Toboje*, (parare partum, i. e.) parturire, quod valet de vaccis. F. eâdem figura, *tariede*, apparare (partum) Outzen. 28. F. *Taboeije* (adparare) ironice sensu conspurcandi habent, ut *iten tameitse*, cibos condire; *fisk tameitse*, apparare pisces ad coquendum; et *kim tameitse*, se conspurcare. F.u *toemake*, idem.

boeije, opboeije, vb.a. navis marginem coässatis plancis sive tabulis elevare, sive ornatus, sive utilitatis causa. Veteres Nl. inde parvam navem onerariam, cujus prora et puppis cæteris altiores erant, *boeier* appellabant; at nunc *boeier* est celox.

boeisel, n. plancæ servientes exaltandæ navis margini.

BOEK, pf. verbi *bakke* pinsere, coquere, quod vide. Prov. *Kom moorn wer*, *wy boecken iester*, redi mane, coquebamus heri, Burm. 41, post festum.

BOEKELJE, BUKELJE, vb.n. alias *kladderje*, fultus conto superare sulcum aquarium, sed medio in saltu scandere contum ut crescat intervallum. Confer *leáppe*, (Ang. *to leap*) fultus conto eoque prehenso ad humerorum altitudinem superare sulcum aquarium; *boppe-háns leáppe*, idem, sed conto prehenso supra humeros; *underháns leáppe*, idem, sed prehenso conto longe infra humeros; *bjinke-brekke*, idem varicatis supra contum pedibus; *spjeldsiikje*, (quærere aciculas) corpore procumbente in conto et pedibus retrorsum exsertis.

BOEKEN-BÉAM, cg. Ags. *boc-treov*, n. fagus. Ags. *bóc*, Nl. *beuk* = Lat. *fagus*. *Boeken-béam*, pl. — *beámmen* (bjemmen), per ellypsin *boek*, pl. *boeken* (oe longa).

BOENDER-GÆRS, n. deschampsia cæspitosa. Gramen vilissimum crescens in terra caustica uliginosa. Hall. p. 265. Per apocopen *boender*. West-Fr. *boender-gras*, *boender-bossen*.

wetter-boénder, graminis ejusdem species crescens in scrobibus aquosis prati vilis.

boénder-lân, n. prata hoc triste lolium ferentia. *It boánder*, ellyptice, pratum certum hoc lolio obsitum. — boénder, sæpe enunciant *boánder*.

BOERD, n. *búrd*, (boed) pl. *buórden* (buódden) tabula lignea, præsertim in thecis, ubi res quæcumque reponuntur. F.u. *boárd*, (boád) pl. *boárden*, (boádden.)

boerdtsje, buórtsje, n. tabella, orbi-

Digitized by Google

culus. *Buórtsje*, tabella trusatilis qua orificium quoddam clauditur; ex. gr. in sella confessionali, quam sacerdos claudit cum confitentem recusat. *Foár dat wylde-jeyen fen di fammen scil ik ien boerdtje scòuwe*, impediam puellas ab ista clamosa petulantia. — *Fen it boppeste boerdtsje*, res optimæ notæ. *It gong dær fen it boppeste boerdstje*, ibi bibebant, saltabant quævisque hilaria agebant. Ang. *board*, cf. *bêrd*. Prov. *Di abbekaten habbe ien boerd foár 'e kop*, causidici erubescere nesciunt, perfricant frontem.

boerd, bord, m. F.v. tabula, tabularum una, quæ coassatæ forem efficiunt, latera (navis), cæt. *Hwaso staet een boerd ut en oers porte*, quisquis tundendo effrangit tabulam ex alius porta. — *Bórd*, tabula lusoria. *Dær scil nat folle fen to bórde komme*, horum non multum in portum veniet. Stoke. VI. 923.

boerden, (buódden) tabulæ longæ, quibus teguntur alæ cancellatæ molæ pneumaticæ ad ventum excipiendum. *It wait kird; di mounlen géane um sunder boerden*, ventus sævit; molæ circumaguntur sine tabulis. cf. Stürenberg, F.o. *Baart*, *boort*, idem.

boerden, (buódden) pl. parvæ tabulæ ligneæ, quibus in publica auctione emtores creta pretium scribunt, quod pro re emenda offerunt. *Dær kamen nin boerden op ut*, nemo pretium offerebat.

bæds-bûrd vel -boerd, vide 195.

bort-magad, Lex Fris. 13, virgo conviva, i. e. dispensatrix, quæ cum hero ad eandem mensam accumbit. *Bort* sensu mensæ. Lex discernit inter ancillam, quæ mulgere et molere solet, et dispensatricem, Nl. *huishoudster*, Gal. *menagère*. Confer Isl. *bord-dukr*, mappa triclinaria; *bord-klædi*, idem, *bord-gestr*, conviva. Ang. *board*, mensa, alimenta.

ganze-boerd, n. scheda papyracea distincta multis caveis, in quibus anseres picti; in illa ludunt aleis, nunc pueri, olim reges. J. Strutt hunc ludum descripsit *Sports and pastimes of England* (1830) p. 336, *The game of Goose*.

hern-boerd, n. (hen-boed) Hind. *karnbord* (hán-bòd) tabula stans erecta in angulo foci, ne ventus agat fumum extra camini spiramen. F. *hird-scerm*, ellypt. *scerm*. *Hern*, *harne*, angulus; *hirds-herne*, latus foci, sive dextrum, sive sinistrum.

mangel-boerd, n. tabula in qua lintea lavata complanantur et lævigantur. Alias *mangel-ylanke*, cg. F.b. *mangelbúrd*, Joh. 119. Nl.v. *manghel-berd*, Kil. Linteum volutum circa cylindrum ligneum ope superne pressæ tabulæ volutatur trans planum et lævigatur.

tsjiis-boerd, n. asser longus in quo reponuntur casei.

ule-boerd, n. (tabula ululatum) tabula lignea triangularis, in quam desinit uterque apex horreî agricolæ Frisii. Ex illa extat galea cancellata equitis nobilis, quam coronat trifolium, indicio istius prædii possessorem hominem esse nobilem. Trifolio significatur hæres et possessor pratorum avitorum; tribus glandibus contra arvorum. Confer F.v. Ags. *ethel*, prædium avitum hereditarium et nobilitas. Hæc symbola avitorum bonorum et gentis nobilis hodie pro nihilo sunt et tantum in tectorum ornatum inserviunt, postquam omnes plebeji ea sibi arrogaverunt. Post has tabulas ululæ, dum frequentes erant in Frisia, nidificabant; inde nomen *ule-boerd*. Hindelopenses in summa fronte domuum habent orificium vitreum rotundum, quod vocant *it ule-glæs*.

scoál-boerd, n. capsula lignea, qua pueri puellæque ludum literarum frequentantes calamos, chartam scriptoriam libellosque asservant et secum portant in scholam. Hindel. *scriifboárd*, idem.

tafel-boerd, n. patina. Isl. *bord-diskr*, m. patina. Ang. *dish* (discus) Gal. *plat*. F.u. *tafel-boárd*, Hol. *bord*. Ang.v. *borde*, mensa. Ang. *board and lodging*, cibus et hospitium, Nl. *kost en inwoning*, *tafel en bed*. Ang. *boarding-house*, taberna diversoria.

Ags. *bord*, n. tabula, tabulatum, domus; clypeus; latera navis. Primitiva forma Isl. *borth*, tabula, mensa, navis; *borthestr*, m. equus tabularius, navis. Egilsson. Aspirata dentalis *th* asperior abit in *t*, suavior in *d*, unde duplex forma apud veteres Frisios in *scipis-bord* et *bort-magad*; apud hodiernos *board* et *boart*, quibus diversis formis genius linguæ diversas notiones assignavit.

Animadverte Frisios *boerd* pronunciare *boed*, *búd*, ut adeo dubius sen-

Digitized by Google

tentia sim, num elisione solita literæ *r* ante *d* sit ex *boerd*, an ex Goth. *biuds*, m. τράπεζα, Sax. v. *biod*, m. mensa, Ags. *beod*, m. Isl. *bjoth*, n. mensa, patina, catinus; *biodr*, m. discus; Alam. *biut*. Hæc si vera causa esset scribendum foret *boed* vel *búd* pro *boerd*, et *búd* referendum ad Goth. *biudan*, pf. *bauth*, pl. *budum*, offerre, vel Ags. *beodan*, pf. *bead*, *thu bude*, *we budon*; ergo orbis quo munus vel cibus offertus. Ne tamen negligas et Anglos orientales uti *to bode* pro *to board*; *he bodes and lodges there*, Ang. *he boards and lodges there*. Forby, East-Anglia-Voc. p. 31.

BOET, de parentibus orbis, quibus sola cura sui incumbit, dicitur. *Hja habbe bern noch boet*, Hol. *zij hebben kind noch kuik*. Nl. v. *boeten*, sustentare, alere, Maerl. Sp. Hist. II. 173, proprie, non habent liberos neque quos alant. *Hy hat bern noch boet*, Burm. 26.

BOETE, BOETJE, vb. a. emendare. Goth. *botan*, juvare; *gabotan*, restituere. Sax. v. *botian*, emendare, resarcire, reparare. F. v. *beta*, emendare, mulctare. Ags. *betan*, emendare, reparare, pf. *bót*. Ang. *boot*, et vb. *to boot*. Ang. v. *bote*, juvare. Jun. Et. *boote*. Ex *bote* fluxit frequent. vb. *botke*, unde Ang. *to botch*, (botsj) resarcire, et Nl. v. *boetsen*, interpolare. Prov. *Eyngste is naet to boeten*, nullum contra avaritiam remedium. MS.

bütsje, bütje, vb. a. emendare, F. v. *thiu wedskernene thet hit mith ene threde beta muge*, 228, 29, vestis ita lacerata ut eam filo resarcire valeat. *Netten bütje*, reparare retia; West-Frisiæ piscatores (Marken, Vollendam) *boete*, idem. Piscatores Katwicenses fœminas, quæ retia resarciunt, appellant *boetsters*. Kil. „*boeten de netten*, Hol. retia reficere." Isl. *bot*, emendatio, pannus assutus. Ags. *To miclan brice sceal micel bot nyde*, Lupus. Serm. I, 3, magna ruptura indiget magna reparatione.

fiûr-boetsje, cg. curare focum. (Kil. *boeten het vier*, Fris. Sic. struere ignem).

fiûr-boeter, cg. qui ignem in foco accendit et alit. (Gal. *boute-feu*, incendiarius.) F. u. *It fuur ferbetere*, nova alimenta ignis foco addere. Ags. *fyr betan*, alere flammam, accendere ignem, Etmuller p. 304, qui *betan* male refert ad *beatan*, percutere; *betan* enim est restaurare. Confer Ihre Sueth. *böta*, accendere ignem, qui citat *elde-buter*, ligna ad ignem accendendum, cremia.

boet-werdich, adj. F. v. dignus qui mulctetur, mulctæ obnoxius.

BOF, m. F. b. ictus pugni. Joh. 100. *Bof* Hollandis est interjectio notans plagæ vel casus strepitum, *Bof, daar lag de man! Bof*, cg. G. J. I. 213, ruinæ plausus. Pro *bof* hodie valet *plof* ex *pof*. Insertæ post *b* et *p* literæ *l* vide alia exempla in *bu*.

BOFFERT, cg. libum spissum majus ex farre triticeo, lacte, uvis passis Corinthiacis et quibusdam aromatibus, forma trunca rotunda brevis cylindri. Pertinet ad mensas secundas epularum Frisicarum. Apud pistores Oxfordiæ liba ejusdem mixturæ et formæ prostant. In quibusdam dialectis Hollandiæ *poffert*. Inter Frisios, præsertim agricolas, hæc liba in deliciis sunt, unde nascebatur helluonum proverbium, *It is better it liif bidoarn as di boffert*, a quo non abludit Anglicum, *Better belly burst than good drink or meat lost*. Ray, 78.

Nl. v. *boff*, *boffe*, *pof*, saccorum inflatio, bucca. *Boffen*, inflare buccas, jactare. Kil. Hol. *boffen*, rem alcæ plenam temere aggredi et feliciter perficere. *Ik heb die tanden er uit gebofd*, temere dentes effregi et mihi præter spem succedit. Nl. v. *bof*, adj. tumidus, turgens. *Den buyk begint bof of bol op te geven omdat het kind verrottende dick opswelt*, Embryulcia door Cornelis Solingen. 1673. p. 96. Ang. v. *boffy*, turgere, tumere; terminationem *i* infinitivus *boffy*, (F. bofje?) cum F. b. et F. o. communem habet. Ut ex *bof* est *boffert*, et ex *pof*, quod Kil. cum *bof* commutat, est F. *pôf*, panis triticeus turgens multicavus minor, ita ex *bol* est Nl. *bol*, globus, F. *boale*, panis rotundus ex farre, et Sax. n. *bolders*, paniculi turgentes triticei, et Ang. d. *bolders*, round stones. — Ital. *buffa*, Gal. *bouffon*, proprie, qui inflat buccas, i. e. scurra.

BOGE, F. o. nebulo, nequam. Stür. 21. Isl. *bógr*, armus, lacertus. Nl. *schofl*, armus, nebulo. Sensu malo, sed bono vide *Boye*.

BOGGI, vb. a. F. b. surdo sono battuere. Vitio Danico pro *beuki*, Nl. *beuken*, battuere.

Digitized by Google

BOI.

BOI, cg. puer. Ang. *boy*, (bôi) idem. Suethi *poike*, puerulus, ex Isl. *pika*, f. virgo, Dani *pige*, idem; *pog*, puer. F. *pyk*, pullus, infans recenter natus. „ Antiqui puerum, quem quis amabat, *pullum* ejus dicebant." Festus. „ Caligulam parvulum *pullum* et *pupum* appellabant." Suet.

boy Frisii fere usurpant notione fausta; sedant et equum alacrem et amatum repitita voce *Bói, bói!* — *Myn bói, us bói*, meus, noster carissimus puer.

bôi is baes, pueri in ludo dominantur; figurate, subditi regnant, plebs rebellat.

boike, n. puerulus, puer dilectus. Ang.v. *boykin*, a term of endearment.

poike, corculum. *Myn poike*, meæ deliciæ! Sueth. *poike*, puerulus.

baike, insulani Wieringenses, infans tum puellula, tum puer. Ang.v. *bay*, boy. Weber. *Bay* est ex Ang. East *baw*, puer. *Buikje*, West-Frisii, idem.

beuk, cg. F.b. puerulus. Ex *bök* est *beuker*, cg. idem. F. *Lytse beuker*, parvulus.

boyke, bouke, boukje, nomen quo parentes compellant filios sæpe usque ad decimum octavum annum.

boike-man, puerulus. *Myn boikeman!* suavissime puer! cf. *boxeman*.

boike-slach, beukeslach, puerorum concertatio.

BOYE, BOYEN, n. p. v. Wassenb. II. 99. Sax.v. *Boio*, Freckenhorst.

boyge, n. p. v. Wassenb. II. 173.

boyke, n. p. v. ib. *Boite*, ib. Sax.v. *Boiko*. Freckenhorst.

boykinga, n. patronymicum, ex *Boyking*.

boitze, bôtse, n. p. v. ib.

boytsema, bootsma, n. patron.

bôitsum, viculus vicinus Hartwerdæ. *'n Sate op Bôitsum under Hartwerd.*

boijing, n. p. v. (boiging).

Forsan *boio* ex *bogo*, validus defensor; Ags. *boh*, g. *boges*, humerus, brachium. Isl. *bogr*, lacertus, armus, brachium, potestas, præsidium. Egils. Hald. Confer *boge*.

BOYEM, cg. fundus dolii, navis. Nl. *bodem*, Ags. *botm*, m. Ang. *bottom*. Isl. *botn*, m. F.v. *boden*, ut Islandi *n* finalis pro *m*. G. J. *beam*, indicio antiquatæ formæ *badem*. (βαθύς, profundus?) F.o. *bâem*, Stür. Dolium inferne fundo est instructum, superne operculo. G. J. I. 65,

It schijnt rea-boeytter oone beame,
Al iz 't nin tomm-brie binne seame,

(dolium) videtur esse repletum lauto butyro ad fundum usque licet non duorum pollicum tenet intra marginem. — *Ien fet sunder boyem*, (dolium sine fundo) decoctor bonorum. *By ien throchbringer falt it jild yn ien sáed sunder boyem*, apud decoctorem pecunia cadit in puteum sine fundo. Alias *falt it jild as ien drip op ien kjitte stien*, cadit instar guttæ in lapidem ferventem. Prov. *As di boyem ditsen is kriget it scip di læst wol*, fundus navis si mercibus tectus est onus fere complebitur, i. e. difficile est primum consequi nummorum questum; hi acquisiti facile in divitias accrescunt. — *Boyem, beam*, terra. G. J. *Frysce beame*, terra Frisica. *Ierdbeame, ierdboyem*, orbis terrarum. Hol. *aardbodem*.

boyemléas, adj. absque fundo. Isl. *botn-laus*, idem. Ang. *bottomless*. Shakespeare,

Is not my sorrow deep, having no bottom?
Then be my passions bottomless with them.

Veteres rem indecoram sæpe voce decora significabant; exemplum præbet *botn*, quo Scandinavi notabant anum, quippe *fundum* cui homo insidet; Isl. *botn-längi*, m. intestinum rectum, Hol. *aars-darm*, Ang. *bottom*, anus, quem usum elegantem scioli urbanitatem affectantes caute vitant. — Hæc vox mira constantia retinuit tum formam tum notionem veterem. *Botn* enim semper et sine ulla exceptione in linguis Anglo-Frisicis notat quod infra est, et eadem vis est in voce analoga Lat. *fudus*, per epenthesin nasalem *fundus*, vb. *fundo*, pf. *fudi*. Lat. *F* = Germ. *B*. Lat. *d* = Germ. *t*.

boázzem, büssem, cg. cutis adipis e coctis carnibus orta et aquæ in catino supernatans. F.u. *boyem fet*.

BOITS, cg. dolium parvum apertum ansa instructum, quo rustici haustri in modum aquam fundunt in vas; vas lactis agitati. Cf. Hol. Fris. *puts*, haustrum.

sup-bôits, cg. haustrum tale, quo rusticus lac agitatum haurit e dolio.

boitske, n. capsa levis lignea rotundior, in quo mulieres asservant vestes. Ang. *box*. (boks, bokse) F. *bots, boits*, inversione *bosck*. Hol.v. *bosicke*; vide

Digitized by Google

catalogum utensilium monachorum Frisiorum, quos ultio comitissæ Johannæ suis sedibus et bonis in insula Marker-hoofd expulit a. Ch. 1345. Vrije Fries. X. 101.

BOITSK, adj. parturiens (vacca, cum uterus tumens apparere incipit.) *Di kou is al boitsk.*

liif-boitsk, adj. prolapsu uteri laborans (vacca.) Confer F. b. *boje*, parturire, valet præcipue de vaccis.

liif-boitsce bolle, taurus ani procidentia laborans.

BOJE, TABOJE, TUBOJE, vb. n. F. b. parturire, dicitur de vacca, quæ se parat ad vituli partum. Confer *Boeye*, et Outzen, 29.

BOK, f. F. v. liber. F. *boek*, (oe longa) n. Nl. *boek*, (oe brevi) Ags. *bóc*, f. Sax. v. *buoc*, f. et n. Ang. *book* (boek) liber Goth. *bóka*, f. litera, scriptum, pl. *bokos*, literæ, scripta sacra, liber, (foliorum collectio in unum.) Goth. *bóka*, γράμμα, litera; *bókos*, γράμματα; multæ literæ faciunt epistolam, libellus; inde Lat. *literæ*, Nl. *letteren*, epistola, F. *ien letterke*, epistola parva. Goth. *bókos-afsateinais*, (literæ) libellus repudii; *vadja-bókos*. Saxonibus vet. *bók* erat tabula, tabella sive charta in qua literæ exarantur; *bokan*, signum, Nl. v. *bokin*, portentum, exemplum. Lev. ons Heren. 3713. Nl. *baken*, signum in aqua erectum ad monendum nautas. Cum hac notione conspirat Isl. *bók*. Islandi et in genere Germani Scandinavi, ut et Frisii, stragulas linteas lecti literis, inscriptionibus, nec non arboribus, floribus et imaginibus acupictis ornabant. Nulla puella inter agricolas Frisiæ, quæ artem acupingendi non callebat. Scandinavi quin et aulæa acupingebant. Omne autem textile acupictum Isl. appellabant *bók*, f. Eddæ Glos. II. *bók*, 588. Verbum *bóka gull*, acupingere filis aureis. Stragulæ linteæ acupictæ, ut spectarentur, pendehant de sponda lecti Frisici.

Ien boekje opdwaen, aperire libellum, figurate, citare, narrare aliorum vitia, ex. gr. temulentiam, commessationes. *Fen byseters wylde fammen wirdt ien boekje opdien*, multa mirabilia narrant de protervis assessoris filiis. — *Yn 'n goed boekje by immen stéan*, in alicujus favore esse. *Hy scil it wol ræde; hy stiet by di frouliu yn ien goed boekje*, bene rem aget suam; gratiosus est apud mulieres. Ang. *to be in a persons books; he is always in the good books of the women*, idem. Johnson, *book*. Confer sequent. *bokia* et *boking*.

boekhâlder, cg. qui rationes expensi et accepti scribit in codice. *Bukhâlder fen it scip*, qui navis onerariæ codicem expensi et accepti habet, ejusque res et commoda curat. *Bukhâlders ind scippers binne folle swéagers*, (qui navi a rationibus est ejusque vector fere sunt levires, i. e.) lucri bonam partem inter se dividunt. Hol. *De boekhouders en schippers zijn veel zwagers*, mercator dives, qui navi a rationibus est, nautæ perigrinantis uxorem sæpe ambit

boekhâlder, monitor, qui in scena monet histriones, i. e. verba suggerit, si fortè memoria laberentur; quod cum fiat susurrando, Nl. v. eum vocabant *inblaser*, quod Galli verbatim verterunt *souffleur*. Nl. *Iemand iets in het oor blazen*, susurrare quid in aurem alicujus, Gal. *souffler aux oreilles de quelqu'un*. Kil. „*boeck-houder, inblaeser int spel*, posticus monitor." *Boek-houder* proprie, qui librum manu tenet, scilicet, libellum fabulæ, e quo histrioni titubanti recitat verba. Hollandi abeunte seculo præcedente adhuc frequentabant *boekhouder*, quæ vox nunc obsoleta locum cessit Gallorum *souffleur*. Ang. v. *booke-holder; bokebearer in a playe*. Palsgrave. Halliwell, *book-holder*. Ang. *box-bookkeeper*, sed Angli præferunt extraneum *prompter*, Barb. Lat. „*promptor*."

bok-lond, n. F. v. agri in usus sacros legati sub certa conditione. Ags. *boc-æcer*, *boc-land*, freehold land, Ang. *bookland*, land which was held by deed under certain rents and services.

boek-stoay, cg. litera, omne scriptum, literæ, opus typis mandatum, liber. G. J. *stoay* ex *staue*, *stáu*, pro *staef*, virga, baculus.

boek-stoying, cg. orthografia, quodvis scriptum, literæ, liber. G. J.

boekstoai-stalle, literarum figura. G. J.

boek-wjirm, cg. blatta; belluo librorum absque delectu et judicio. Ang. *book-worm*, Nl. *boek-worm*, idem.

boecilce, n. F. v. dim. libellus. Nomina desinentia in *k* ut *koek*, *tosk*, *klynk*,

Digitized by Google

si solito more per *ke* diminuuntur, *k* absorberetur, quare genius linguæ intercalato *il* integrum *ke* servat; *koekilke*, *toskilke*, *klynkilke*, G. J. II. 33. *Il* et *kin* vel *ke* sunt ambæ terminationes diminutivæ, quæ notionem pusilli quid intendunt et suaviorem reddunt. Hodie adhuc viget *tutilke*, basiolum, ex *tut-ke*, osculum, *tut-il-ke*.

boekje, n. *(oe* brevi) libellus, ex *boek*, liber *(oe* longâ).

bokia, v. a. F. v. (inscribere libris ecclesiæ, i. e.) legare, ex. gr. agros vel partem agrorum proventus in usus sacros. Confer Lat. *tabulæ*, testamentum. *Bôk* enim constat ex tabulis scriptis. Ags. *bokian*, Ang. *to book*.

boek-stawerje, vb. n. appellare literas. Nl. v. *boeck-staue*, litera; *boeckstauen* j. *spellen*, appellare literas, Kil. *Spellen*, Ags. Sax. v. *spellan*, narrare, dicere, idem quod Latinorum *ap-pellare*. Isl. *bokstafr*, litera. Eadem notio vocis *staf*, scipio, baculus, est in Alam. *run-staf*, litera arcana, ellyptice Isl. *run*, litera antiqua Scandinavica. *Stafr* Islandice, et baculum (lineolam erectam literæ), et literam notat, unde verbum *stafa*, appellare literas.

bokinge, f. F. v. testamentum, legatum.

BOK, F. o. columen. C. M. 45, 146. In cantilena *Büeske* di Remmer, *Di dufe wol uppe den bôke sat, ha, ku ku, ku ha.*

BOK, cg. hircus. Ags. *bucca*, m. Ang. *buck*, Nl. *bok*, Gal. *bouc*. F. v. *buc*, dorsum. — Prov. *Dat spant, sei di bok, ind ky moast lamje*, (quanti labores, inquiebat hircus, et parturibat) ridet proverbium dolores imaginarios. *Di poepen stiunke as bökken*, messoribus hircus cubat in alis. *'n Bök fen ien kynder*, equus strigosus, effœtus. — *Sa stiif as 'n bök bin ik*, ut hirco mihi rigent artus gravedine. — *Hy kâm mei ien bok oan 't tou nei hûs ta*, (hircum fune ducens, i. e.) ebrius domum redibat. Imago graphica ebrio gressu vacillantis et per plateas vagantis.

bökke-bankje, n. (hircorum scabellum) scabellum infame in schola triviali, cui insident pueri protervi et indociles castigationis ergo.

bökke-himd, n. (hirci indusium) pellicula pinguis lacti cocto supernatans.

bökke-sprong, cg. (hirci saltus) motus lascivus. Tropice, *Meitse nin bokke-sprongen*, ne lascive et imprudenter agas! Analogice Galli suas voces *cabriole* et *caprice* ex Lat. *caper* traxerunt. — *Bökkesprong*, motus quidam caprinus in saltu veterum Frisiorum.

bökke-weintsje, n. curriculum parvum in quo infantes hirco vehuntur.

bök, figurate, homo inurbanus, *Unbileefde bök. Babök*, homo inurbanus et morosus, ne verbum quidem interroganti respondens. *Bök mei koarnen op di kop*, hircus capite cornuto; figurate, infans discere nolens, minante matre pueris indocilibus hircina cornua e fronte pullulare. Prov. *Di bökken mei bellen binne by di rike lioe maest*, (hirci cum tintinnabulis plurimum sunt apud divites i. e.) divitiæ domini reddunt servos ferociores et insuaviores. Hocce servorum et aulicorum vitium Angli vocant *The insolence of office*. — *Boeken ind bokken, ho folle scort it?* (Libri et hirci, in quantum differunt?) stringit proverbium nubeculam frontem et superciliosum ingenium doctorum. MS. F. u. *Latynsce bokken* (hirci Latini) discipuli scholarum Latinarum.

Bök, bök, stéan fæst! Hirce, hirce, firmo sta pede! Ludus puerorum, qui vicibus versis collusorem inclinatum transiliunt. Idem ludus pueris Anglicis in more est; appellant autem *leap-frog*, ut videre est apud Struttium *(sports and pastimes of the people of England* 382) qui eum descripsit et autorum veterum locis illustravit.

Bök, bök, ho folle koarnen hastthou op 'e kóp? Hirce, hirce, quot cornua caput tuum habet? Ludus, quo puer pueri inclinati insidens dorso et unum, duos tresve digitos in altum exserens, numerum digitorum conquirit. Anglorum pueri hunc ludum appellant, *Buck, buck, how many horns do I hold up?* Ellyptice *Buck, buck*. cf. Halliwell, p. 215. Hunc ludum accurate descripsit et tabula ænea illustravit *Roemer Visscher, Zinne-poppen*, p. 162. Kil. „*bock ouer hagke spelen, bocken spelen, bocken setten, bock-horen spelen*, micare digitis." — *Bök-stéan*, inclinato stare dorso, cui alter insistit ut arborem vel fenestram altiorem conscendere possit. Dubito sit ne vox ex *bök*, hircus, hirci vicem præstare, an ex F. v. *buc*, dorsum; F. o. *buk-stân*, idem.

Digitized by Google

BOK.

Dou scilste fen di bòk droame asthe tejin it killich huske pisseste, (de hirco somniabis, i. e.) magnum patieris damnum si temnis sacerdotes. Feminæ artem magicam exercentes sibi sistebant diabolum sub imagine hirci. Deum Thorum veteres credebant aurigare per nubila duobus vectum hircis. Inde in fabulis Hol. v. *jy sult van den duivel dromen;* ex. gr. De ontrouwe kantoorknecht, Scena, VI. Focquenbroch, Typhon, p. 27. reg. 46. *Van den Droes dromen*, idem, Coster, Boereklucht, 29. ed. 1633. — *Kloten fen di bòk fen Herodes* (testiculi hirci Herodis) dejeratio in ore plebis, qua quid negat repudiatve.

bòkken, pl. oves insulæ Texelæ. Hirci vocantur, quod viliore pastu aluntur quam oves Frisicæ. Habent autem breviores aures et caudas, brevius collum, lanulam in fronte, et in genere lanam spissiorem. *Bòkke-rammen*, arietes Texelenses.

bòkke-sciep, pl. oves Texelenses, quæ carent fere aurium lobis. In genere et promiscue ovium Texelensium mares et feminæ vocantur *bòkken*.

âld-bòk, vetus ganeo. Prov. *Ien âld bòk mei eâk noch wol ien grien bledke* (vetus hircus amat novas frondes) senes solent delectari aspectu teneræ virginis. — *Alde bòkken hawwe stîwe hoârnen*, senes vegeti in venerem sunt proclives. — *Huôrre-bok*, cg. ganeo.

bòk, cg. skeleton avium, Scoti *buck*, idem. Skeleton annatis instruitur asserculo et chorda astricta, qua soluta instar capri prosilit: hoc hirco delectant se infantes.

bòk, scapha aperta acuta, humilior, qua in fodinis bituminosis vehuntur glebæ focum alentes.

bòkaftich, adj. insuavis, inurbanus, torve repellens.

bòkke, vb. a. proprie, unum ex multis designare hircum, quod fit, cum pueri ante ludum inceptum sese in gyro sistunt et eorum unus cantilenam recitans ordine omnes, quaque syllaba audita, alterum post alterum digito monstrat; qui ultima syllaba indicatur hircus est. Hircus dicitur, quod ludum incipiens parvæ molestiæ obnoxius est Inde Hollandi in sermone proletario, *Den bloed die is de bok*, miser calamitate percutitur, Focquenbroch,

BOKHWEET.

Eneas, 162. Memini me puerum quotidie talem cantilenam recitasse, cujus ultima verba erant,

Ikke, tikke, mikke,
Tik, tak, té,
Wile, wolle, wé.

Et hæc quidem hactenus de pueris Frisiæ; audi nunc, quæ Jamiessonus narrat de pueris Scotiæ: „*Zicketi*, a term occurring in a traditionary rhyme used by children, when it is meant to determine by a kind of lot, who shall begin a game. The person, who repeats the rhyme at the same time goes round the company touching each of them in succession, and he who is touched at the last word, has the privilege of beginning the game. S.

Zickety, dickety, dock,
The mouse ran up the nock;
The nock struck one;
Down the mouse ran.
Zickety, dickety, dock.

Confer F. *tikke*, Scot. *zickety*, cum Ags. *ticcen*, hœdus, Hol. F. *sik*, hœdus, capra, Hd. *zicke*, capra. Pueri in ludis imitari solent res serias seniorum, unde fit quod vestigia rituum, tum sacrorum, tum civilium, qui ante secula obsoleverunt, in ludis puerilibus lucent. Cum autem ab eo ævo, quo Frisii impressionem in Scotiam fecerunt, nullum commercium inter Frisios et Scotos extiterit, verisimile est istud sortilegium per hircum jam ante sexdecim et quod excurrit secula floruisse. cf. Jamiesson, Dictionary of the Scott. lang. Supplement, 1825, *Zickety*. F. v. *buc*, dorsum; figurate, omne quod sustentat. Hd. *bock*, omne genus sustentaculorum, quæ fulcris nituntur; Gr. Lex. II. 204, No. 10. Nl. *bok*, navigium quo naves demersæ levantur. Nl. F. Hd. Ags. Ang. cæt. *Bok*, *bucca*, *buck*, hircus, equus cui Thorus insidens volitat per aera. In his elucet elevandi et sustentandi notio, quæ quomodo in hircum quadrant subtiliora videant ingenia.

BOKHWEET, cg. triticum fagopyrum. E farre hujus tritici Frisiæ mulieres coquunt lagana, quæ dicuntur *bokhweten pankoeken*, opposita delicatioribus ex farre triticeo *Hwéten pankoeken*.

bòk-hweet-fean, terra caustica, cujus superficiem ericeto scatentem incendio vertunt in cineres, in quibus

Digitized by Google

seritur et luxuriat triticum fagopyrum.

F. *Bok-kweet*, Ang. *buck-hweat*, *o* et *ü* brevi et abrupto sono, quare vox vertenda est, hirci triticum; Dodonæus (anni 1554) p. 510, „In Hoochduytschlant, Heyden-korn (Gal. *blé Sarrasin*). In Neerduytschlant *Bockweydt*, naer welcken naem wy dat *Tragotrophon* genaemt hebben." Emollire tamen incipiebant eodem tempore vocalem *o* nostrates, ut liquet ex Plantini *Boeckweyte*, *heydel* (Hd. *heiden-korn*) et derivabant vocem a *bueck*, fagus, hodie Nl. *beuk*, unde et Dodonæus in editione anni 1583 p. 503 „*bockweydt* aut *bueckenweydt*, quæ hirci aut fagi triticum sonant." Angli autem non *beech-wheat*, fagi triticum, sed *buck-wheat*, hirci triticum. Triticum fagopyrum veteribus vile et despectum genus frumenti erat, utile hircis, non hominibus. Galli illud et *blé noir*, frumentum nigrum, vocant et eo plurimum alunt volucres. Contumeliose et eum appellabant Alamanni *heiden-corn* et Neerlandi *heidel*, frumentum paganicum, quod e regione Sarracenorum, hostium Christi, oriundum erat. Adde veteres sibi sistere diabolum forma hirci; Grimm, Mythol. 947. Galli, qui se alunt pane triticeo, vocant panem ex secale *pain noir*, in sermone triviali *bon pour nickel*, (utilis diabolo) quod Alamanni enunciant *pon-per-nickel*, unde Hol. *pompernikel*.

BÓKJE, vb. n. se inclinare, succumbere. *Bok kwat!* cede tempori. Nl. *bukken*, idem. Islandi active *bucka*, subigere, domare. F. v. *buk*, dorsum.

BOKKE, n. p. v. *Bokkema*, *Boksma*, n. patron. *Bokkinga*, idem. Ags. *Buccing*, n. p. v. *Buccingaham* (Buccingorum villa) urbs *Buckingham* in *Buckinghamshire*. Isl. *bocki*, vir grandis, fortis, magnificus. Torfæus. I. 19, 285. Andreæ Lex. Isl. p. 33, 89.

bókke, gallus gallinaceus. Quædam animantia Frisii indicare solent nominibus propriis hominum, quorum notio primitiva quodammodo adaptata est animantium indoli, ut *Joost* taurus, *Akke* pica, cæt. Veteres sibi sistebant animalia ut homines, qui hominum ad instar loquebantur et agebant, quibusque ideo hominum dixere nomina. In fabula lepida vulpis Reinardi omni animanti, quod quasdam ibi agit partes, nomen proprium est hominis.

bakka, n. p. v. quæ forma restat in *Bacca-fene*, hodie *Bak-féan*, F. u. *Bakkefeen*, (agri bituminosi *Baccæ*) vicus in pago Opsterland. *Gréat Bakkeféan* et *lyts Bakkefean*, in tabulis geographicis Schotani limite separantur. *Bacca-huzen* (domorum numerus Baccæ) vicus in pago Gasterland, hodie *Bakhuzen*. — *Bacca*, n. p. v. tradit. Corbienses. cf. Förstemann. Isl. *bákn*, n. portentum, signum; *sigr-bákn*, portentum, omen victoriæ.

biburgia, F.v. fide data spondere, vel potius, satisdare pro sponsione. Ags. *bebeorgan*, sibi cavere, sese defendere. F.v. *borga*, mutuum sumere sponsione data. F.v. *borgia*, *burgia*, cavere, satisdare, pf.p. *burged; he schil sine bura tweer habba deer hine borgie*, 395, 13, F. *hi scil twa fen syn bürren habbe dy borch foûr him binne:* Ags. *borgian*, mutuari; fidejubere. Angli per diæresin (borogian, boroge, Ang.v. *borowe) borrow.* F. *borgje*, pf. *borgge*, pf.p. *borge.* Ex præterito *borg*, vel *burg*, verbi *bergje*, in tuto collocare, ad quod sponsio sive fidejussio spectat. Confer supra *bergje*, 224.

borch, cg. fidejussor, sponsor, pl. *borgen. Dy borch wirdt jouwt di jild-sjitter di kaeyen fen syn kantoor.*

BOS.

borch, venditio bona fide absque solutione parata. *To borch nimme*, emere bona fide sine pecunia parata, Ags. *on borh niman;* ambæ phrases idem notant quod Ags. *borgian*, F. *borgje.* F.v. et Ags. *borga*, fidejussor, vas, præs, sponsor. Ags. et F.v. *borh*, *borch*, m. fidejussio, fœnus; fidejussor.

BORKE, m. F.b. parva capsa ex arca protrahenda. Bend. 67.

BORKUM, insula parva tegens vada Frisiæ orientalis, olim forte continenti contigua. Confer *Bòrke*, *Buòrke*, n. p. v. Ang. *Burke*, n. patronymicum. *Burco* idem. Sec. v. Först. 294. *Burkham*, vicus Angliæ.

BORLI, vb. F.b. bullire, bullas citare flando per fistulam in saponis liquamine; gerund. *borlin*, Joh. 166. Nl. *opborrelen*, e fundo aquæ surgere in bullulas. Kil. *bordelen*, æstuare; *bortelen*, ebullire, tumultuari. Hind. *opbordelje* (opboddelje.)

borl, m. bulla, F.b. Joh. 112. Nauta naufragus, aqua demersus, post mortem nocte media in conspectum venit suorum. Se sistit ante lectum amicissimi, bulla *(borl)* turgens in labiis cadit dirrumpiturque in solo, ubi roris vestigia restant.

BORN, n. (bon) *boârn* (boán) F. austr. infans. Confer *barn.* Verbi *bera*, part. pf. *born*, natus. Nl. v. *Boren*, natus, Bred. Moor. II. 10. Americani *born with a silver spoon in his mouth*, to inherit a fortune by birth;

She was one of those, by Fortunes (boon, who
Are born, as they say, with a silver (spoon
In her mouth, not a wooden ladle.

Hood, history of Miss Kilmansegg. Americanisms, 44. Confer *berthe-leppel.*

BOS, adj. (boos) vehemens, alacer. *Bós waer*, sæva tempestas. *Bós keerdel*, homo alacer et lucri aviditate fervens, industrius, intentus rei. *Dy keardel is bós yn it fiskjen*, peritissimus piscaturæ est. *Bós famke*, puella audax, prompta. Nl. *boos*, pravus, iratus, Saenredam, *booste*, malitia, ira; *donkerte*, obscuritas, Hol. *boosheid*, *donkerheid.*

bôs, adj. iratus. F.v. *bose*, pravus, *bosa gasten*, dæmones nefarii. Jur. II. 150.

bozens, cg. ira; alacritas ad lucra. Prov. *Mei bozens komme men nat fier*, ira et vehementia non proficimus.

Digitized by Google

BOS.

bôshed, f. F.v. impietas, pravitas.

bôs-wiif, n. obstetrix, proprie femina alacris et prompta. Synonyma sunt *goed-frou*, *guód-frou*, et *hoárn-moar* vel *hoárn-wiif*.

oanboasje, vb.n. crescere vehementia. *It waer boazet oan*, crescit tempestatis vehementia.

bôs videtur ex Alamannia prodiisse ad Burgundos, Brabantes, Flandros atque Hollandos. Apud Goth. Ags. Ang. Isl. Sueth. hæc vox desideratur.

BOS, F.b. parva casa ad ripam lacus, e qua venator nocte jaculatur anates. Outzen. Isl. *bûs*, m. stabulum, præsepe bovis. Goth. *bansts*, m. horreum. Gr. φάτνη stabulum, præsepe.

baes, F.b. stabulum, Joh. 114.

böös-der, stabuli fores, Joh. 114. Ags. *bós*, m. stabulum, Ang. *boose*, bovile.

BOS, cg. pyxis formâ rotundâ, cistella, loculamentum; sodalitium operariorum qui obolum hebdomadalem quisque conferunt unde ægroti sustententur. *It slut as ien bòs*, tam arcte clausum est ut pyxis stannea operculo. Ironice dicitur de conclusione absona.

bòs, cg. vitium pedum equi. Si arteria tenditur supra os pedis dicitur *spat;* si vero in immodicum tumorem crevit dicitur *bos*. *It hynzer hat ien bòs oan di poat*. Confer Nl.v. *busse*, *bosse*, umbo, media pars clypei eminentior.

BOS, adj. vacuus, qui sua perdidit. In ludo puerorum, *Ik bin bos*. omnes meos globulos vel nummos perdidi. — Ang.North. *Boss*, empty, hollow, exhausted, Brockett, 50. Scoti *bos*, *bois*, idem. Alam. *posi*, *bosi*, vanus, frivolus, infirmus, vilis. Graff, III. 216. Notio „vilis" lapsu temporis abiit in pejorem, „malus;" Alam. *pose uuiht*, homo vilis, Hd. *bösewicht*, Nl. *booswicht*, nequam et improbus. Confer Alam. *mir wirt buoz*, vacuus fio ab aliqua re; *ich tuon buoz*, vacuefacio, libero aliqua re; Gr. Wb. II. 570. F.v. *basa* huc non trahendum est. Confer supra *basafeng*, p. 189.

BOS, Harlingerland, aper castratus; forsan per ellypsin pro *bos barch*. Stür. *Bos* et *barg*.

BOSAL? BASAL, mensa. Scoti *basey*, *bassie*, tabula lignea qua farina e cumera portatur in pistrinam, Jamieson, 4° Confer Goth. *biuds*, mensa; mutata *d* finali, ut solent Frisii boreales, in

BOSK.

s fieret *biuss; bus-el; basal?* Nisi sit ab Isl. *bás*, præsepe.

bâsal-duk, F.b. mappa. Nl. *tafel-kleed*. Apud Frisios boreales in nuptiis olim moris erat sponsam post prandium mappam projicere in sinum virginis, quæ omnium convivarum matrimonio habebatur dignissima: quod cum erat honorificum, eo simul spem significabat, se brevi in nuptiis futuræ sponsæ esse cœnaturam. Joh. 114.

BOSK, n. fascis, fasciculus. (Lat. *fascis* = Germ. *basks.) Bosk riis*, fascis virgarum; *bosk pinnen*, calamorum fasciculus; *ien bosk swewelprikken*, Gal. *allumettes; ien bosk fiters*, ligularum; *bosk sipels*, cæparum. *Bosk drúwen*, racemus (uvarum), sed *ien rusk beyen*, baccarum. *Ien bosk hier*, comæ (hominis); *Ien moai bosk hier is di pronk fen natûr*, Isl. *buskr*, m. crines densi, contorti. *Busk* vel *bosk* in monumentis vet. Frisiorum et Ags. deëst. *Ien bosk blommen*, alias *ien ruker*, Gal. ex *bosk* Francorum formarunt dim. *bosket*, *bosquet;* hodie *bouquet de fleurs*. Ang. *bush*, virgultum, dumetum, Isl. *buskr*, idem. *Ien bòsk* vel *ien grude strie;* sed *ien bundel* vel *boándel flaex*, *ien scéaf graen*, ex. gr. *rògge*, *hweet*, *hjouwere*.

bòsk, n. sylva; hoc sensu redolet Hollandismum. Vox Frisica est *wâld*, sylva, pl. *wâlden*. Sylva opponitur omni quod cultum est, ex. gr. *pirus sylvaticus*, F. *wylde par*. Lat. *sylvaticus*, Gal. *sauvage; It is az dy jonges ut it bosk komd binne*, hi pueri agrestes et moribus inconditi sunt ut ex sylva oriundos diceres.

bòsk-lân, n. agri arbustis obsiti.

bòskich, adj. (pratum) obsitum cæspitibus longi graminis stercorei. Ang. *busky*, adj. sylvosus, arboreus.

bòsk, fossores puteorum inveniunt quandam materiem, quæ *bosk* vocatur, quamque putant ortam ex hispidis plantis, arundinetis arborumque comis. Similem congeriem undæ projiciunt in ripas lacuum, quæ Frisice audit *kreek* vel *teek*.

bòsken, pl. pecus in pratis linquit intacta loca ubi alvum evoneraverunt; hoc lætamine gramen in longos luxuriat culmos, quorum congeriem Frisii vocant *bòsken*.

bòscilce, n. F.v. silvula, fasciculus, Terminutio *il* adest in Ang. *bushel* ex

Digitized by Google

busk-el, unde diminutivum *boskilke*. Ang. *bushel*, magna copia; *bushels of gold*, vis auri. Johnson in voce. G. J. II. 11.

tîze-bòsk, glomus intricatus, ex. gr. filorum, crinium, cæt.

bòskje, vb.a. culmos graminis stercorei metere. — In unum coire, congregari, quo sensu præcipue attinet sturnos aliasque aves migratorias cum in autumno maximis numeris concurrunt et has oras brevi linquunt; *Di protters* (sturni) *bòskje al.* — *Di scjirroeks komme by it iis to bòskjen*, corvi coeunt ad ripam congelati lacus ut prædentur. — *Géar-boskje*, coire in unum, coire in societatem, ex. gr. cum improbi junctis viribus insidiantur probis: *Den boskje's ticht mey hollen gear*, G. J. I. 203. Nl. *zij steken de koppen bij elkander.*

BOSSEL, f. F.b. globus jaculatorius. Bend. 60. Ang. Sussex, *to boss*, to throw. Inde *is-bóssel*, *kœgel-bossel*, sphæra glacialis, sphæra in ludo metarum.

BOSSELN, F.o. setis abstergere, elisa *r* ante *st* pro *börstelen*; F.u. *büssele* pro *burstele* (Ang. *to brush)*, F. *boásselje* pro *boárstelje*. — F.o. *bost*, *büst* pro *borst*, pectus, F.u. *büst*, F. *boást* pro *boárst*. (Ang. *breast)*.

BOSSER, cg. fragmentum rami sambucei medulla extrusa adeoque perforatum ad instar tubi lignei, per quem pueri embolos papyri, vel suberis, vel acori calami, parvo pistillo tuditant et cum fragore jaculantur; Hol. *klakkebos* (strepens tubus.) Nl. v. *schiet-busse*, ellyptice *busse*, Flandri *bosse*, sclopetum, fistula ænea vel ferrea bellica. Confer *bosse*, Kil. Nl. *bus-kruid*, F. *bosse-krud*, pulvis pyrinus.. Ang. North. *Burtree-gum burtree-pluffer*, a small tube formed by taking out the soft pit of an elder-branch, employed by boys as an offensive weapon, Brockett, 73. ed 2ª, qui hoc loco monet Northhumbrenses ramulo sambuceo uti ut amuleto contra malas artes incantatricum. Frisii decoctum corticis rami sambucei, qui deorsum erat degluptus, ad ventrem solvendum, sin contra sursum, ad vomendum adhibent. Anglis et Frisiis sambucus erat arbor magica.

bosje, vb.n. ex concavo ramulo sambuci jaculari obturamenta papyracea.

BOT, adj. obtusus, hebes, modum excedens, extraordinarius, abundans, copiosus. Inter Italos restat Gothorum *bauths* in *boto*, hebes. Isl. *buta*, truncare; *butr*, m. truncus. Nl. v. *botten*, trudere; resultare. (Nl. *bot-visch.*, *bot*, passer marinus, rhombus); Nl. *bot vangen*, repulsam ferre; lusus in duplici notione piscis et repulsæ. Gothi *bauths*, surdus, mutus, stupidus, insipidus, quæ sunt notiones figuratæ. Nl. *het mes is bot*, culter obtusus est. *Hy is bot van verstand*, hebeti est ingenio.

bòt, agrestis, impolitus *Di sted iz op alt' ding æfrjuecht'*, *Mar it lân is bot*, *in plomp in sljuecht.* G. J. I. 70. *Bot yn sizzen*, vel *fen sizzen*, crassus, impolitus in sermone. F.b. *bot*, truncus. Joh. 147. Nl. adj. *bot*, hebes, obtusus. *It scip roan bot tsjin dy wâl*, navis contrario cursu arietat in ripam.

bòt, copiosus. Analogice *stom*, mutus; F.u. *'n stommen geld*, vis pecuniæ; *stom feul folk*, numerus ingens hominum. *Stomp*, obtusus, *It is stomp kâld*, perfrigidum est. Nl. adj. *plomp*, hebes, agrestis, mensurâ et formâ immoderata et inelegans; Hol. *een plompen boel geld*, vis auri.

bòtten bult, magna copia. *Ien bòtten bult jild hat syn wille ind syn forthriet*, magna divitiarum affluentia non minus tædii quam voluptatis habet.

to bot, nimius. *Dat is to bot*, nimis munificus es. *Dou makkest it to bot*, nimius es in jocis. Prov. *Buter ind tsjiis allyk op dyn bréu is to bòt*, Hol. v. *Twee zuivels op één brood is te veel*, cum pane tuo et caseum et butyrum simul edere prodigi est.

bòt, adv. *botte kâld*, valde frigidus. *It is nat bòtte myld*, calor aeris non nimius est. Flandri *'t weder is niet te bot heet.*

bòtsk, adj. truncatus. *It scip rint fen foren botsk ut*, prora navis truncata forma est.

bòtje, vb.a. aliquem stupidum habere vel vocare; ut ex *bòt* est *bòtje*, ex *léas*, sagax, est *léasje*, sagacem habere et dicere, ex *bós* est *bósje* supra 463.

BOT, cg. passer (marinus), (platessa flevus) Ang. *flounder*. Confer supra *bòt*, obtusus. *Di bòt forgalje*, bilem passeris dissecare eaque totum piscem inficere; figurate, arroganter sibi primas

Digitized by Google

partes in re difficili sumere. Hol. *Den bot vergallen*, conturbare quid.

bòtke, n. Nl. *botje*, passerculus (marinus.) *Ien botke sunder gal*, puella vel femina imbecillis, cui nihil in suspicionem cadit.

butjer, m. F.o. piscator passerum in vadis Frisiæ orientalis; traha glacialis in qua hyeme nassas et passeres ex aperturis glaciei domum vehit piscator. Stür. Dicitur et *kreier* vel *kraite* ista traha singularis, cujus vide effigiem accuratam in titulo libri *de Dollard* autoribus Stratingh et Venema. Gron. 1855. Genu rectum vector flectit in traha, dum pede sinistro insistente glacie propellit labentem traham; ambo pedes sunt nudi.

but-prikke, F.o. furca acuminibus uncatis instructa, qua passeres confossi capiuntur. Tali instrumento et anguillas piscantur, unde F.o. *ael-prikke* et *ael-tuke*, F. *iel-tuke*..

BOTE, BOETE, cg. mulcta. F.v. *bote*, f. Ags. *botu*, *bote*, f. emendatio, compensatio, Isl. *bot*, emendatio, mulcta. Goth. *botan*, prodesse; Sax.v. *botian*, emendare, resarcire. Ang. *to boot*, prodesse. — Prov. *Di man déa, di bote déa*, mortuo sonti mulcta non irrogatur.

BOTE, BOTEN-SCHOEN, Hol. Sicamb, pero, calceus rusticus e corio crudo. Confer *betten*, 231. Isl. *boti*, n. ocrea. Jonsson. Italis, Hispanis, Gallis Anglisque communis vox.

BOTE, n. p. v. *Bothi*, m. dux, imperator. Glos. Eddæ, 2. p. 588. In compositis notat eum, qui offert vel opponit gladium, loricam, pugnam similiaque ex. gr. *el-bothi*, *fang-bothi*. Egilsson, *bothi*. Sansk. *badi*, *botti*.

BOTE, BOTHE, BUETA, F.v. exorcismus, divinatio. *Bueta driua*, Jur. II. 262, exercere exorcismos. Isl. *buta*, amputare, (castrare.) Qui castrabant olim idem erant, qui incantabant et vim incantatricum frangebant, qui divinabant et exorcismos agebant. Apud Finnos castratores equorum et porcorum peritissimi artium incantandi et divinandi habentur. Confer Mone und Munster, Gesch. d. Heidenth. I. Membra genitalia viri veteribus erant fascina, notumque est feminis campestribus Romanorum phallum pendere de collo contra fascinationem, qui mos nondum obsolevit in regione Neapolitana. Inde duplex notio incantandi et castrandi in quibusdam vocibus. Ex. gr. Teuthonista „*boeten*, *toveren*, *wycken*, auguriari, divinare, et *boeten*, *uytwerpen*, *lubben*, *uytsnyden*, *heylen*, castrare." — Nl. *lubben*, F. *lobje*, castrare, Goth. *lubi*, veneuum; *lubja-leisei*, (venenorum cognitio) *φαρμακεία*. Ags. *lyb*, fascinatio, Alam. *luppi*, venenum. F. *lobbestruk*, ligusticum levisticum, planta aromatica et magica, quam agricolæ plantant ante fenestras cellæ mulctralium ad propellendam a lacte et careno incantatricum vim, Hol. *lubbe-stok*, idem. Hall. 96. Ags. *lybcorn*, planta alvum purgans, carthamus tinctorius. — Ags. *galan*, Isl. *gala*, canere; *galdra*, incantare; *galdr-kona*, incantatrix, venefica, Ags. *galdere*, magus; Isl. *galti*, majalis, Kil. *ghelte*, sus castrata. F. *geld (rier)* juvenca, quam taurus assiliit, non gravida. — Isl. *run*, f. litera magica; *ryninn*, adj. literarum magicarum gnarus, magus. Ags. *runjan*, susurrare. F. *reuntje*, in aurem susurrare, Alam. *runen*, susurrare, mutilare. F. *runje*, castrare, præcipue valet de equo, animale in sacrificiis et divinationibus Germanorum sacro. F. *it run-hynzer*, equus castratus; plurimum pro *run-hynxt* ellyptice *di run*. — F. *tsjúne*, *tsjoene*, incantare, apud Frisios in communi usu est, sed in legibus ant. Fris. nusquam obvia. Notio primitiva est nocere; Sax.v. *tiunian*, injuriam, damnum inferre; *tiono*, nefas, injuria, piaculum.

BOTS, BOOTS, cg. pars indusii muliebris tegens corpus, exceptis manicis et segmentis interstitiis. *Di sek fen it hind buten di geren ind di mouwen.* Confer Nl.v. *booste*, siliqua. j. *pelle*. Kil. inverse *bootse*. *Pelle*, involucrum.

BOTSE, cg. jocus, cavillatio. Nl. *pots*, facetiæ, ludicrum. Nl.v. „*boetse*, *bootse*, cavillum, jocus; *boetsen*, jocari." Prov. *Mecke da botzen naet to folle*, Burm. 45, ne nimis indulge jocis.

BOTSEN, n. nummus quatuor duitorum sive dimidii stuveri; hodie duæ centesimæ floreni et dimidia, pl. *botzes*, *botzens*. F.u. *bòtje*, Nl.v. „*butke*, *een groet vlaemsch*." *Butken*, monetam urbis Daventriæ sec. XIV possideo, tenuissimam et ex viliore argento. F.v.

Digitized by Google

betska, *buthien*, Hd. *batze*, Barb. Lat. *bacius*. Confer *boddrager*, moneta ducum Flandriæ; Catalogus van oudheden en merkwaardigheden van Utrecht. 1857. p. XV. — Prov. *Al to tijgge*, *seij maester Huge*, *en berd ien Philips-goune voor ien botsen*, Burm. 3. *Tienne mij*, *ik hab botzes*, Burm. 69, servi mihi! habeo nummos. Carpit divitum arrogantiam. *It fanke krygge ien grou bòtsen foár it boátsrip*. *Bòtsen by bòtsen lizze*, de symbolis esse; unita voluntate omnium congerere nummos in eundem scopum. Prov.

Twa sceisens is ien oártsen,
Twa oártsens is ien botsen,
Twa botsens is ien stuvor:
Dy dat net wit dy wint net oer.

O thuzen botses! ludicra execratio vel affirmandi formula. — *Ien bakkert fen ien bòtsen*, globulus fictilis constans bacio, vel *ien botses bakkert*, ubi *botses* est genit. pro *botsens*. Haud aliter procedunt *'n mæs fen ien stoter*, *poátten fen ien blank*, *boltsjes fen ien oártsen*, vel *'n stoters mæs*, *blanks poátten*, *oártses boltsjes*. — *'n Botses hoer*, meretrix obolaris.

botsersk, botsert, adj. constans bacio. *Ien botsert koeke*, libum melleum bacio constans. *Blank* 6 duitæ, *stoter* 20 duitæ, eodem modo formant adj. *blanksk*, *stotersk*.

BOTTE, n. p. v. *Butta*, an. 744. *Botto*, an. 926. βουτιλῖνος, Agathias. Forst. I. 299. Islandi suum *bót* sæpe usurpant de eis, quæ hominem ornant humanamque conditionem meliorant. *Bót* in fœminarum cognominibus, *arbot*, annonæ levamen; *bæjarbot*, famularum optima. Egilsson, 71.

bottinga, n. patron. Ags. *Batting*, n. patron; *Butting-tun*, hodie *Buttington*.

botnia, n. patronymicum gentis nobilis. *Botnia-speck-ijters*, Burm. 6, lardiphagi Botniani; quid vel quis hac phrasi derideatur mihi non liquet. — *Bottinga*, *Botninga*, *Botninja*, *Botnia*. Schot. 4° 369.

BOTTE, cg. os dilaniatum. „*Bot*, Hol. Fris. Sic. os, ossis." Kil. Gal. *bouton*, nodus (osseus).

BOTTE, vb. a. Hindel. nummos projicere contra assium compagem, ut resiliant ad circulum in solo delineatum, ubi ludentes deposuerunt nummos, ob quos certant, F. *stuitje*. Nl. *botten*, resilire, resultare. Kil.

BOTTEN, pl. vermes in ovium intestinis. *It sciep hat di botten yn 'e lewer*; alias *It sciep is gallich*. Ang. v. *bots*, small worms, which breed in the entrails of horses; a term applied by gardeners in some parts to all underground worms. Wright. I. 242. Ang. Found also in the hides of oxen, nostrils of sheep. Knowles. cf. *Barge-boet* et Kil. *botte*. *His horse is stark begnawn with the bots*, Shak. Tam. of the shrew. F. *Syn hoárs is sterk bígnâuwe fen di botten*.

bòt-galle, cg. hydrops ac tumor strumosus ovium. Zelandi *botte*, idem. Kil.

bòtgallich, adj. F.o. laborans lumbricis, morbus armentorum. Leges F.o.

BOTTER, cg. Scil. navis piscatoria insulanorum Urkæ, prora rotunda, qua inter velificandum contra quamque undam in altum resilit. Nl. v. *botten*, resultare, resiliere; *botten op 't water*, testulam planam aut lamellam distringere super aquæ equor, lamella resiliente aquas quatere, (Kil.) Ang. *Ducks and drakes*, Hol. *kies-kassen*, F. *sculderje*.

BOU, BAU, BAUWE, cg. œstrus quo vexantur præcipue vaccæ et equi. *Di bàu sit di kòu under 'e stirt*, œstrum hæret sub cauda vaccæ. Vaccæ, ut œstrum strepens audiunt, perterrefactæ effugitant, tantum ejus aculeum timent. Lat. *œstrus*, vespa, et figurate, furor. — *Sjæ wol ta*, *dat jimme di bouw næt stekt!* Fasti, mens. Junii 19 dies. — *Ien bàuwe is gréater as ien brims*, œstrus tabano major est. — Nl. v. *de zaken zijn in de bouw* vel *bauw*, res conturbatæ sunt: corrige Uitl. Wb. Hooft, I. 180, *bouw*. Confer supra *bauwererje*, 193. F. o. *bawen*, C. M. 31, œstrus. Ags *beáv*, œstrus. Ang. v. *bawe*, a species of worm formerly used as a bait for fishing. Halliw. Nl. *worm*, tam de dracone volante quam verme dicitur; *paerde-vlieg* et *paerde-worm* idem sunt. Kil.

Bawo, *Bau*, *Baue*, n. p. v. Outzen, 424, Wassenb. 173. *Beáv*, n. p. v. *Béa*. Ags. *Beava*, nom. p. v. *Beowulf*, idem, proprie, œstrorum lupus. *Beowine*, id. œstrorum amicus. F. *Bauwe*, n. p. v. *Biuwe*, idem. *Bòuwe*, idem. *Bòuwema*, *Bouma*, nom. patron. *Hiddo*

Digitized by Google

BOUKE.

Bouwes, Hiddo Bouwi filius, pro *Bouwe-son;* Ang. *Bowes*, n. patronymicum ex *bowe-son.*

bauke, n. p. v. *Bauk*, n. p. f. *Bauke*, n. p. f. F.o. Stür. *Boukema*, n. patronymicum.

bauke, n. p. f. F.o. femina hebes et spurca. Stür. Vox forsan sono solo affinis nomini proprio *Bauke.* Confer Ang. *bawd*, *bawdy*, filthy, nasty.

bàuje, vb.n. vaccæ ab œstro agitatæ instar grassari per pratum. *Baue*, F.o. Harl. idem. Stür. Analogice ex Nl. (Kil.) *brumse*, F. *brims*, tabauus, fit Nl. *brumsen*, æstu agitatus discurrere; ex Nl. (Kil.) *bies-bout*, scarabæus alis strepens (telum stridulum) fit ellyptice, *bijzen*, *biesen*, æstu agitari.

âf-bàuje, vb.n. abire.

op-bóuje, vb.n. discedere festinanter.

BOUKE, qui impedimenta superat, qui succedit. *Hy is bouke*, vicit difficultatem, superavit impedimentum. — *Boukom. Hwat ik yn 'e hànnen kry is boukom*, quod manibus teneo nemo facile eripit. Confer *bau*, 193.

BOUN, ligatus. p.pf. verbi, *bine* quod vide; S.o. *beauwn*, idem. In cantilena infantili S.o. *Der is ien bern feauwn Iin riften en dokke bibeauwn*, ibi infans inventus est involutus fasciis et linteis. — *Hy is boun*, captus est, in angustiis versatur. *Dou biste boun, man!* captus, obligatus es. Ang. North. *boun*, engaged. Brockett, 51.

BOURIK, n. p. v. *Hans Bourix*, in albis amicorum quæ excerpsit H. Baerdt van Sminia, 1857. *Bourix*, *Bouriks*, *Bourik-son?* Ex *Bourik* docti inter nostrates olim formabant *Bouricius*, n. patronymicum. Confer Isl. *Biarik*, n. p. v. Runen-sprach-schatz, U. W. Dieterich p. 338. et Ang. *Bowring*, n. patronymicum. Terminatio nominum *Mellorix* et *Malorix*, legatorum Frisiorum ad Neronem, conspirat cum *rix* in *Bourix*, et cum G. *reiks*, potens, Ags. *rik*, in G. *Frithareiks.* Nos tantum priorem partem horum nominum frequentamus in nominibus propriis virorum *Melle* et *Molle*, Ags. *Moll.*

BOUT, cg. in genere, extremitas nodosa inverse coniformis, *Bout* ex W.o. *bolt*, m. E. I. 361, clavus trabalis. Ags. *bolt*, m. Ang. *bolt*, telum. Kil. *bout*, clavus teres. „*Bout ofte bolt*, sagitta capitata." Plantijn.

BOUT.

bout, sagitta capitata mucrone exserto. Per ellypsin pro *bolt-pijl*, quod frequentabant veteres Neerlandi. Hi in ludis, quibus avem in conto sedentem sagittando impetebant, sagittis capitatis utebantur sine mucrone, quales exhibent tabellæ ære incisæ p. 154 et 189 Roemer Visscher Zinnepoppen. Angli veteres adhibebant sagittas capitatas cum mucrone, quos Holme descripsit his verbis, „*Bolt, an arrow with a round knob at the end of it and a sharp pointed arrowhead proceeding there from.*" Halliwell. *Bolt-upright*, *bolt on end*, straight as an arrow, F. *strael-riucht*, idem: *strael*, sagitta. Poeta G. J. de amoris in eum missis sagittis *by thuzenen syn bouten flẽagen*, millenæ volabant ejus sagittæ. Figurate, *Hy hat di bout yn 't gat* (telum habet in nates defossum) victus est, res ei male cecidit; Hol. de globulo plumbeo e sclopeto pulso, *Hy heeft het lood in de billen*, idem; his phrasibus proprie innuitur fera a venatore vulnerata. Obscœne, *Hja krigge di bout yn it gat*, ea virum passa est. *Hja hat di bout al wei*, gravida est. Nl. *bout-gaten*, *bout-aersen*, Kil. præcipitari; in qua voce *bout* notat caput, et *gat* vel *aers*, anus; (rui ano supra caput). Kil. *bol-aersen*, in caput devolvi; *bol*, caput. *Over aers over bol*, *over hol over bol vallen*, Sartorius, p. 105. *De inwoners van Vlissingen sijn hol over bol in schuyten en chaloupen gevallen*, Aitzema. A° 1632, p. 144. Hol. dial. *hol*, anus. Hol. *Hals over kop vallen.* Ex *hol over bol*, Frisii formant *hólle-bólje*, præcipitari, G. J. I. 74. Pro *bout-gaten*, *bout-aersen*, Galli ex sermone avito inverse (gat-bouten, aers-bouten) *culbuter; cul*, anus. Ang. *to bolt*, (ellyptice) præcipitari.

Bouten fen di treeft, clavi ferrei graves foco infixi et in capite perforati, tenentes axin ferream, circum quam vertitur sustentaculum *(di treeft)* cacabi, ut in hoc moto supra ignem aqua ebulliat vel cibi coquantur.

bout, natium una cum femore, propter similitudinem cum clava vel sagitta capitatæ. Non valet de armentis, sed de parvo pecore, quales sunt vituli, oves, aves in genere: *keälle-bout*, *scjippe-bout*, *ganze-bout*, petasum, perna vituli, ovis, anseris. Sax.l. *een bolten*

Digitized by Google

vam kalve, *vam schaap*, petasum vituli, ovis. Analogice Hd. *keule*, clava et petaso. Bnl. I. 114. Nl. *Een hamelen bout*, femur vervecinum. Plant. Traducitur hæc notio quoque ad homines (Nl. *bout van het schouderblad*, caput scapulæ; *bout van 't been*, femur, coxa clunis. Kil.); lacertus, brachium, *Di tsjirl hat hwat yn syn bouten*, juvenis pollet nervorum robore. *O, di faem pakte hjar siler sa lodderich yn 'e bouten, da er ut séa kaem*, o, quam suaviter puella totis ulnis amplectebatur suum nautam reducem! Ad infantem mater, *Nim my nou ris yn dyn boutkes.* — Petasunculus, ex. gr. agni *lammebout;* ovis *scjippe-bout;* cygni, *swannebout*, sed suis *scinke:* dim. *boutke*, *bouttsje*, petasunculus minorum avium, ex. gr. anatis, *eine-boutke;* columbæ, *douwe-boutke*. Petasunculi isti avium habentur pulpamentum et deliciæ. Ut Latini suos deamatos appellabant *deliciæ*, sic et Frisii *bout*. *Bout, boutke! Myn bout!* Corculum! meæ deliciæ! — Figurate et ludicre *it keâllebout*, Gal. *violon*, propter similitudinem cum petasone.

doer-bout, cg. panicula typhæ palustris majoris densa compactaque lanugine stipata, spica sive caule extante, in formam sagittæ capitatæ Nl. *lischdodde-kolf;* Hd. *kolb*, clava, Nl. *kolf*, id. *Doer* pro *doder*. Vide *doer*.

hane-bolt, pl. *hanebolten*, typha palustris, sive major sive minor. Ommelandi Gron. Hall. 221; *doete-bolten*, idem, ibidem. F. *hane-bollen*, per assimilationem litterarum pro *bolten*. „*Typha palustris*, *Lisdodde*, *Donsen*. .. De wortel is dik en als een *bolletjen* „ soet van smaak, en ik denk dat dit „ de wortel is, die de kinderen in „ Friesland *hane-bollen* noemen, welke „ smaken als een hasenoot, werdende „ met een weinig sout gegeten." Den Nederlandschen Herbarius door Steph. Blankaert. Amst. 1698. West-Frisii *heenbollen;* Hindelopen *hæmbollen; m* pro *n* propter sequentem *b*. Medullam albam hujus plantæ aquaticæ inferiorem edunt pueri puellæque cum jusculo syropi et aceti, vel cum grano salis. Typhæ crescunt plurimum per ripas lacuum ubi pueri eas quærunt, cumque maxime luxurient tepida aura prognostica cœli sereni in diariis populi (almanakken) fiebant annunciatione crescentium typharum. „*Die kinders loopen om heenbollen en knuppen.* D. A. Valcoogh, Ludimagister Barsigherhornæ in West-Frisia, hodie Nord-Hollandia. Vide A. Thijm, Dietsche Warande, An. 1856, bl. 76. (*Knuppen*, alias *rietgras*, platanaria, Dod. p. 951. *knuppen*, nodi, globuli, F. *katerkloten*, propter globulos virides asperosque cauli adhærentes, qui pueris sunt crepundia.) Hindel. inscriptio diei 7 mensis Aprilis *Hæmbolle weêr*, aura lenis favens typhis palustribus; Hynlepre sémans-Almanak (scripsit Joannes Hilarides.) Vide Hulde aan G. J. II. 198. Ranæ vere coaxantes typhas ex aquis elicere creduntur a pueris; inde *di kikkerts meitje hæmbollen*. Hindelopenses hodierni *henneballen*. Incolæ Brantinghemæ (Brantgum vicus Westdongeradelæ) ejusque vicini *hennebaltlen*. — Voce *hanebolten*, *henne-bollen*, *hénebollen*, *hæmbollen*, in genere notantur typhæ palustres; sunt autem duæ species, majores et minores (latifolia et angustifolia, Hall, 221) inter quas dialectus communis ita distinguit, ut majores appellat *doeren* (*doderen*, Nl. *lisch-dodden*) minores *siggen*, quas pueri præferunt majoribus. Ags. *secg*, carex, Ang. *sedge*, idem. — „Germani (i. e. Allemanni) caulem cum spica *narrenkolben* et *siesknospen*, nostri *lischdodden* et *donsen*, Galli *masses* appellant. Dodonæus (ed. 1616) 605. — Confer plantæ longe diversæ nomen Ags *hæn-belle*, hyoscyamus, Ang. v. *henne-belle*, Ang. *henbane*, Nl. *bilzen-kruid*. Lobel, 329. Confer et S. o. *hane-pikken*, plantæ in fossarum sulcorumque aquatilium ripis crescentes, bulbo cepæ ad instar instructæ, et foliis longis gladiformibus, quæ Frisice audiunt *snilebledden*. Videntur non differre ab *hane-bolten*. — Typhæ oblonga sunt folia tæniis similia, quare subit suspicio an *hane* thema sit diminutivæ vocis Isl. *hanki*, funiculus, spira funis nautici? Egilsson.

pile-bout, inverse pro Nl. v. *bout-pijl*, sagitta capitata. Unde vb. n. *Pileboutje*, sagittare sagittulis capitatis more puerorum ludentium.

farbólt, vb. a. W. o. reparare navem cujus clavi et partes ferratiles obtritæ sunt. *Ik wol mín scip farbólt lait.* pf. p. *farboltert*. E. I. 361.

Digitized by Google

BOUTE.

BOUTE, n. p. v. Gothi *Bauto*, n. p. v. Först. 247. Grimm, Getæ 56. *Bautha*, Först. ib. Isl. *buthi*, m. ignis. Egils. 39. Wassenb. II. 98.

BOUWJE, vb. a. ædificare (domus), arare (agros); figurate, fidere; *ik bouwje op Goad*, fideo deo. Ags. *buan*, *buwian*, *bywan*; *bugan*, inhabitare, colere terram, pf. *bude*. F. v. *buwa*, *bowa*, ædificare, habitare, pf. *buwde*; *da helle buwa mitta dyuel*, habitare inferos cum satana. Ex *buan* fit *buer*, *buwer*, jam prisco ævo per syncopen *búr*, Alam. *gipúr*, inhabitator, colonus, qui colit agrum, agricola, ut F. *husman*, habitator domus pro agricola; ad literam Isl. *bu-mathr*, rasticus; *bu*, domus propria, prædium. Egilsson. Dum Germania adhuc inculta jacebat pastores cum gregibus quaquaversum vagabantur et sedes fixas adeoque ædes non habebant, sed uti necessitus ferebat sub tentoriis pro tempore vivebant; tunc demum, cum arvum colebant, uni loco affixi erant; domibus quippe et horreis indigebant. Inde est quod *bouwe*, tum de edificanda domo, tum de terra vertenda et colenda valebat. Inde distinguunt inter *bouw-lân*, agri arandi, et *greid-lân*, agri pascui; inter *bouw-hoek*, regio arvorum, et *greid-hoek*, regio pratorum. *Buw*, F. b. latifundium, bona.

bouwe, cg. G. J. ædes, ædificium, structura. Ags. *bye*. Nl. *gebouw*. Marc. V. 3, Ags. North. *hus* vel *lytelo bye*, Ags. *scræf*, spelunca, Vulg. „habitaculum."

bouw, cg. arva. *Di búr rint yn 'e bouw*, agricola discurrit per arva.

bagg, f. F. b. ædificium, Bend. 31.

boute, cg. F. o. seges. *Ik mut medders en scerders habbe, dat ik myn ges mede en myn boute kon laiten miadi*, mihi opus est messoribus ut mea prata et arva metenda curem." Messor graminus hic audit *medder*, a *meda*, metere, unde F. v. *mede-lond*, prata humilia fœnisecio tantum utilia, F. *mieden*; messor segetis *scerder*, a *scere*, tondere; *miadi*, metere segetem; *gès* elisa *r* ante *s* pro *gers*, ut F. *gæs* pro *gærs*. C. M. 75, 22.

buwunge, F. v. buwenge, f. ædificatio; *tha buwunge dwa*, ædificare.

buger, m. F. v. incola. F. b. *bjuwer*, rusticus, proprie, qui domum habitat.

BOXUM.

bouw-hoek, cg. ea Frisiæ pars, ubi agri præcipue arantur.

bouw-ikker, cg. pulvinus arvi rotundior, utrinque cinctus sulco, ut aqua nimia defluat. Arvorum pulvini sunt angustiores, pascuorum *(weide-ikkers)* latiores et planiores. His pulvinis bene conformandis maxime student agricolæ Frisiæ.

bouw-kamp, cg. ager in quo seges crescit, aratus vel arandus.

bouw-lân, n. arvum, arva.

bouwlâns-roale, cg. ponderosus cylindrus ligneus, qui aliquando vertitur super arvum ad complanandum solum.

bouw-man, cg. agricola. Prov. *En bouman fin ien ieer en saan ieer allijcke wijs*, Burm. 19, colonus septem annorum haud plus sapit quam unius. „*Akkerman*, *buwman*, rusticus." Teuth. „*Bouwman*, colonus." Kil. — *Bouwman*, cg. motacilla, Sax. n. *bouwmeisterke*, Nl. *wipstaert*, Ang. *wagtail*.

bouw-stripe, cg. angustus et in longum porrectus ager arabilis, plurimum secundum viam publicam; ex. gr. *Bou-stripe oan di héage wei op di Drachten*.

BOXÉ, cg. idem cum *bokse* supra 488, q. v. Ibi retuli veteribus braccam fuisse symbolum autoritatis mariti, quo pertinet mos hilaris juventutis rusticæ in agro Sutfanico. Juvenes vici quippe juncti petebant a sponso, ut eis traderet suam braccam, quod brevi suum jus maritale uxori cedere cogeretur. Ille se nihil de jure suo cedere velle respondebat et suam braccam dolio cerevisiæ redimebat, quod cum juvenes inter multos risus, jocos et saltus bibebant, appellabatur *boxen-bier*.

BOXUM, vicus pagi Menaldumadelæ, celebris prœlio Frisiorum contra Hispanos anno 1586. Post acerrimam pugnam Frisii opibus majoribus hostium profligati sunt, sed eorum fortitudo celebratur proverbio, *Munnen fen Boxum, dat wieren mannen*.

box-um, forsan *box* genit. n. p. *Bókkes*, nomin. *Bókke*, et *ham*, *Bokkes-ham*, Sunt tamen et alia locorum nomina, quibus *box* thema est; ex. gr. *Boxmeer*, vicus Brabantiæ borealis, Ang. *Boxmoor*. Vide Angli *Box* (Middlesex), *Boxford* (Suffolk), *Boxley* (Kent, Maidstone). Forte ab Ags. *box*, *box-treov*, Ang. *boxtree*, buxus, arbor sacra, crescens in multis Angliæ cymeteriis.

Digitized by Google

BOZEM, cg. sinus (hominis.) *Jo mot ien sijpel ijne bosem stekke*, Burm. 37.

bozem, cg. camini sinus posticus inferior. W. o. *bózem*, F. b. *beuzam*, Joh. 5. Gron. *borssem*, F. o. *bossem*, idem. Ang. *bosom*, sinus. F. v. et Ags. *bosm*, m. sinus, sinus factus ex veste pectus tegente. G. J. *boeseme*. *Bosem*, sinus, L. R. v. W. 20. Hodie nostrates *bozem* tantum frequentant in *bozem fen di scoárstien*.

besma, F. v. excavatio parietis, in qua sternitur lectus; hic sinus hodie formatur contignatione lignea parieti non tantum contigua, sed et coassata. Per metonymiam continentis pro contento, lectus ipse. Fundus lecti in hac theca est elevatior, ne superveniret cubantes æstus maris, unde *hio breydelike sine besma opstoep*, (male *opstoed)* sponsa lectum sponsi ut sponsam decet conscendebat; contra altera lectio recte habet *sine bedselma urstoep*, limen thalami sponsalis transgrediebatur. Haud aliter Frisii distinguunt *op it bæd stappe* et *úr di bædsplanke stappe*. Vide ambas lectiones 409, 29. nota 15.

bosem, busem, F. b. Dithmarsi *boos*, cavea stabuli pecoris, in qua binæ cubant vaccæ; in tales caveas quoque nostræ Frisiæ stabula sunt divisa. Ags. *bós*, *bosik*, præsepe; Ang. *boose*. Outzen. 32.

BOZUM, BOZEM, vicus pagi Bârderadelæ ad ripam æstuarii mediterranei (middel-sé) nunc siccati. Per syncopen vox videtur esse nata ex *Bosanham*, *Bosenham*, nomen Anglosaxonicum vici in agro Sussexensi, in fundo sinus Brackleshambay. *Bosan-ham*, domus Bosæ? apud Hovden *Bose-ham*, hodie *Bosham*.

bosa, adjutor Bonefacii. Giles, vita Bon. II. 175. cf. Försteman in voce.

bose, bosje, n. p. viri. *Base*, *Basse*, idem. Wassenb. II. 172, 173.

BRABIER, cg. chyrurgus, qui cum olim simul tonsor esset, posteri tonsorem solum *brabier* apellant. G. J. *brabier*, chyrurgus; Epkema male „tonsor." Ang. *barber-chirurgeon* idem. Confer Johnson, Todd. *Brabier* inverse pro Gal. *barbier*. F. *sceerbaes*, idem.

brabiers-himel, cg. (tonsoris cœlum, voluptas cœlestis) deliquium animi, cui multæ mulierculæ obnoxiæ sunt, cum eis chirurgus venam secat. *Do Akke hjar eyne bloed séach kaem hja yn 'e brabiers-himel.*

brabiers-winkel, vel *sceerwinkel*, tonstrina.

brabiers-stoak, cg. contus gracilis variegatus lineis rubris et albis circumserpentibus, quem ut insigne chirurgi exserebant e fronte tonstrinæ, quoque significabant se venam secare morbidis. Manus ejusdem brachii, cui sanguis detrahebatur, eum contum solo nisum prehendebat et continuo vertebat ut sanguis affluerent. Vide Baerdt Deugden-spoor p. 136, ubi tabula ænea representat matronam, cui vena aperitur, talem baculum manu tenentem. Hæc insignia, quas puer quotidie vidi, nunc apud nos obsoluerunt; pancos tamen abhinc annos ea in emporio celebri Glasgowa observavi. Hic mos olim prævaluit per totam Angliam, quem minutim scrutatus est Brand, Ellis II 358.

BRAED, n. panis. dial. comm. *bréad*, *bréa*. Ags. Ang. *bread*, n. F. v. *brâd*, n. Hind. *brâd*, *brá*, S. o. *braid* et *breid* (ex *brad* et *bred.)* F. b. *bruad*, Joh. 32. *brujd*, n. Bend. 31. Nl. *brood*.

brea, speciatim notat panem ex secale, quo totus vescitur populus; ditiores pane ex secale et tritico simul. Gal. *pain de seigle*. Anglis, regnante Elizabetha, panis ex secale, quem hodierni fastidiunt, alimentum commune erat. Panis ex tritico dicitur *boale*, rarius *hwite-bréa*, Nl. *wittebrood*, qui cum ditiorum tantum cibus esset quoque *heeren-brood* appellabatur. Zelandi tantum pane vescuntur ex tritico, quo eorum insulæ ob pinguitudinem soli abundat. Panes triticei in pistrina collective appellantur *it klien*, unde distinguunt inter *brea-bakkery* et *klienbakkery*, pistrina panum ex secale et ex tritico. Anglis et Francis hodie panis secalinus despectum alimenti genus est. In multis tamen partibus Galliæ populus alitur pane ex secale, de quo argumento consule *Histoire de la vie privée des François* par le Grand d'Aussy; ed. de Roquefort. 1815.

Ien heel brea', (panis integer) panis 12 librarum. *Ien héal brea'*, (panis dimidius) panis 6 librarum. *Ien fjirdepart brea'*, *fjirde-partke* (pars quarta panis) panis 3 librarum. Germani numerabant per 12 ut nos per decem. Nota per *bread* Frisios significare panes ex secale. — *Ien stik brea'*, la-

Digitized by Google

mella panis secalini cultro abscissa. *Umstik brèa'*, lamella panis integra. *Si-stik bréa'*, lamella panis dimidia; plene *side-stik*, frustum laterale. *Gear brea'*, panis bene coctus. *Ungear brea'*, panis rubidus. (Ags. *gearvian*, parare.) *Syn brea' hawwe*, vitam mereri labore nec plus; dicitur de homine, cui opera vita est. *Fiskjen is nat folle; men hat mar efkes syn bréa* vel *ien stik brea'. Hy is ta bréa's ein*, omnia sua dilapidavit. *Tsjiis op it bréa' lizze*, segmen casei imponere frusto panis. Tropice, *Immen hwette op it bréa' lizze*, exprobrare alicui quid; *Pastoarske lâi my op it bréa, dat ik wol yn 'e herberge, mar net yn 'e tsjerke kâm. Um brea' géan*, F. v. *om braed gaen*, mendicari, Nl. *om brood gaen*, idem. *De kunst gaet* vel *loopt om brood*, artes mendicantur. *To wetter ind to brea sitte*, in carcere ali aqua et pane ex secale. F. v. *Festia XL dagen to wetter ende to braed.* Pauperes ipsi olim suum panem ex secale illinebant butyro vel arvina suilla; erat igitur illud inter pœnas delicti minoris, ut sons in carcere pane sicco et aqua aleretur.

bréake, n. panis pusillus. *Liende bréakes!* (paniculi creditil) non hæc auferes inulta.

bréakes, pl. cauliculi crescentes ex plantagine latifolia, qui rigent semi nibus extrinsecus accrescentibus. *Breakes fen di wewers-bledden.* F. *Wewers-bled*, (folium textoris) his foliis Frisii tegunt ulcera manuum, labiorumque præsertim. Nl. *wege-bladen, weeg-bré; bré* ex F. *bréa'* et *bré.* Hall. 173, No. 62. fig. 149. E calamo aromatico (Dod. 397), sive acoro calamo similes cauliculi nascuntur, quos vocant F. *bréakels*, Nl. *Zwanenbrood*, Hall. 223. Simili figura Ang. v. et dial. *cheeses*, fructus malvæ, Nl. *Kaesjes-kruid*, ob similitudinem fructus cum rotundo et plano caseo. Prov. *Iten bréa is ringen forgetten*, obliviscuntur homines cito alimenti capti. — *Braed bij de licht, tzijs bij de wicht*, Burm. 6, libra panem manu, caseum bilanee, i. e. utere caseo angustius pane. — *Buter en brea en tzijs, Tis goe huwsmanne spijs.* Burm. 7. *Wa brae noach hat stert naet fen honger*, Burm. 74. — *Mannich sorget voor ien heel braed ende hat noach oan ien stick*, Burm. 47. *Di iene syn scea' is d'oare syn brea'.* Redit *brea* in cantilena rustica,

Ald jild, âld héa;
Goe' turf, goe' bréa;
Lyk to Maye;
Ken hy klaye
Wiif ind bern
Nei syn sin.

„ pecunia antiqua, antiquum fœnum, boni cæspites caustici, panis bonus, mense Majo reditus fundi dissoluti, licet ei (agricolæ) vestire uxorem et liberos ex animi sententia." „ Pecunia antiqua" sunt nummi aviti et propria parcimonia coacti; „ fœnum antiquum" i. e. e superiore anno reliquum et non venditum, ut habeat quo supplet anni sequentis caritatem; „ cæspites caustici *boni*," adeoque non viles, qui parvo constant, sed cito consumuntur; „ panis *optimus*" ex optimo secale; primo die mensis Maji, quo fundorum reditus solvebant veteres, possessori absolutus; agricola felix, qui his gaudet bonis, absque invidia suam familiam, ut lubet, vestit et comit. Ultimum innuit agricolam oportere esse modicum in cultu, et ab eo nihil dandum esse suorum luxuriæ in vestibus, nisi prius debita solverit et rem, tam domesticam, quam agrariam, in bonum locum deduxerit.

bréa-hogge, cg. cultrum quo dissecant panem. Isl. *Höggva*, dissecare. Egil.

brea'-hunger, cg. panis fames. *Dyn doaiter mat mar gàu oan 'e man; hja hat méar hunger as bréa'hunger*, tuæ filiæ cito nubendum est; præter panem virum appetit.

brea'-krumel, brea-krommel, cg. mica panis. *Di rikeljus bern stekke dy bréakrommels*, divitum liberi ad lasciviam stimulantur. *Ien bulte forkonneloártje omdat hjar di bréakrumels stekke*, multi perduntur, quorum animi divitiis et rebus secundis luxuriant.

bréa'-lippe, cg. F. u. *brood-lip*, labium infantis superius acutum, i. e. in apicem desinens, indicium nutricibus infantem panis vel cibi in genere esse avidum. Inde longam vitam infanti præsagiunt aniculæ.

brea'-wrotter, cg. (qui suffodicat panem) figurate, os hominis ingens. *Ien man mei ien goede bréawrotter.* Confer vocem ex trivio Ang. *Potato-trap*, (pomorum terræ decipula) os; *Hold*

Digitized by Google

your potato-trap, tene os. Plebs Hol. *Houd je vreet!* idem.

bréa-wrotterke, n. idem quod *bréa'-lippe*, proprie, labium suffodicans panem.

brâd-bòtje, Saterl. segmen panis siliginei butyro illiniti. Het. Saterl. *brad*, n. pl. *brâdu*. E. I. 362.

brea-drunken, adj. luxuriosus, lascivus. Phrasis *Hij is braedroncken, hij is soo derten asser lang is*. Burm. 30.

brôd-schufel, m. W.o. pala qua pistor panem furno immittit. Nl.v. *broot-schuppe*. Hd. *brotschuffel*, apud Had. Jun. p. 188. E. I. 362.

brâd-wike, Saterl. hebdomas in quo se alunt pane atro (pane siligineo.) Confer F. *wigge-moánne*, Ang. *honey-moon*, Nl. *wittebroods weken*. Supra *boalemoánne*, p. 441. Het. 230.

bréa'-winner, cg. qui suo labore victum quærit pro familia. Scoti *bread-winner*, idem. Jamieson.

sûr-brea vel bleek-bréa, panis fermentatus ex siligine pallens. *Swiet-brea'*, vel *brun-brea*, panis siligineus non fermentatus nigrescens. — *Swiete breakes bakke*, gestu et voce deforme obsequium monstrare.

Prov. F.b. *Diar is nian gul so ruad hat sprangt fêur 't bruad*, nullum aurum tam carum quod non erogatur ad liniendum stomachum latrantem. Joh. 32. F. *Men matte folle dwaen om it ljeawe bréu*, multa ferenda sunt ad placandum iratum ventrem. *Di iene syn scea is di oare syn brea'*, hujus emolumentum nascitur ex illius noxa. F.o. *Saum vetter, ole toize un friscke broude wissen in olen tyden di Frézen gestebode*. C. M. 71. F. *gestebode*, Sax.l. *gastebade*, epulæ, convivia. Bnl. II. 490.

F.o. *In Fréslaun itet mon bruggen, gungt op mulen, un hailt mon di schaipen in di seck*, (in Frisia comedunt pontes, eunt molendinis et coagunt oves in crumenam) paronomasia ludicris, hærens in duplici notione F.o. *brügge*, pons et panis segmen; *mule*, molendinum et crepida; *schaipen*, oves et nummi. Vide Bnl. IV. 606, *schaap*.

BRAEK, F.o. dumetum, spinetum. C.M. 10. Stür. 22. *He geit deur busk un braek*. F. *Hy giet throch linnen ind wollen*, Hol. *Hij gaat door dik en dun*, bacchatur, effrenus omnem modestiam et temperantiam exuit. Ang. *brake*, idem. Ang. *Through bog, through bush, through brake, through briar*, Puck apud Shaksp. Cad. Muller spinetum notat synonymis *busk* et *braek*, p. 10. Ang. Devon. *brake*, a bottom overgrown with thick tangled brush-wood. Confer Lat. *fragum*, Ang. *straw-berry*, cum Germ. *brake*. *T is but the fate of place and the rough brake That vertue must goe through*, Shakesp. Henr. VIII. 1, 2. Confer Halliwell, *brake*.

BRAESKJE, vb.n. Saterl. alta voce loqui, vociferare. F.o. *braeske*, idem, et fastu agere, superbire, sese obtrudere hominum aspectui. E. II. 202. Stür. 23. Sueth. *braska*, strepere instar vestis sericæ motæ, splendorem fastumque exhibere. Isl. *brasta*, luxuriari. Scoti *brash*, assilire, impetere. Transfertur ad sonos vocesque immanes, Sax.l. *braschinge der basunen*, tubarum taratantara; fremitus ursi, mugitus tauri, cæt. Bnl. I. 135, *braesken*. Confer F. *hel lûd*, vox sonora, arguta; *hel liucht*, lumen flammeum. *Braesker*, F.o. ostentator. Gal. *qui tranche le grand seigneur*, Hol. *opsnijder*; Dani *brask*, fastus; *brasker*, ostentator; *brask udi klæder*, lenocinia vestium. Inversis literis, Hindel. *Baske panneu*, patinæ elegantes; *baske dôk*, linteum splendidum. *Bask* elisa *r* pro *barsk?* Nl. *barsch*, ferox, asper, intractabilis. Eadem notionis transitio est in Gal. *brusque* ex *braesk*. Sed notio vocis *braesk* hæret in Ang. *brisk*, alacer, vegetus, integris viribus.

BRAEW, adj. bonus, egregius, forma elegans. adv. valde, eximie. Hind. *braiw*, W. G. *brauw*. — *Ien braew hynzer*, equus egregius formâ et indole, aurigæ obediens. *Ien braew man*, homo integer vitæ. *Di soan makket di faer noch ta ien brauw man*, pater potator, cum filio comparatus, est temperans et probus vir.

Vox in omnibus linguis Romanticis obvia, sed Germanæ originis. Nl.v. *brauwe*, ora; ora pellicea vestis; cilium, supercilium, Kil. F.v. *bra*, supercilium, cilium; Ags. *breh*, *brew*, Ang. *brow*, idem. Nl.v. *brauwe*, *brau*, adj. comptus, bellus, ornatus; *brauwen*, ornare, Kil. Scoti *braw*, ornate vestitus. Jamieson. Ang.v. *brave*, belle comptus. Notio ornatus ad alteram fortitudinis

Digitized by Google

BRAGH.

transit; Gal. *les braves*, milites fortes. Confer Græc. καλός, pulcher, egregius, strenuus, fortis. Lat. *ornatus*, tum comptus, instructus, tum egregius, honorificus. Ang. v. *gallant*, eleganter vestitus. Ang. *a gallant man*, homo bellus, et vir egregius, magnanimus.

braew, adv. valde. *Di hear hat di feint braew utmakke, mar dy sei, Ik winskje jou di segen, hear! Ha jou mear jild as ik fret den mar mei twa leppels*, dominus famulo acriter convitia fecit. *Di heit hat syn loebes fen ien junge brauw slein, mar dat is buter tsjin 'e galle. Braew kâld*, cœlum perfrigidum. *Braew drunken*, bene potus.

BRAGH, f. F.b. pavimentum viæ stratæ. Joh. 100.

bragh, vb.a. F.b. sternere viam. Joh. 166, 36. Confer F. *bræge*, pons, quo sternitur via supra flumen. Scoti *brig*, pons; *to brig*, ponte jungere flumen. F. Makkum, *brigge*, *brigje*, idem.

BRAK, cg. canis indagator. Canis hicce per omnes viarum ambages vestigiis leporis insistit, unde phrasis, *Hy slacht er yn om as ien brak*, inordinate agit. Ob indefessam insectationem Ang. Cheshire, *bracco*, adj. diligens, laboriosus.

Lex. Vet. Fris. tit. IV, 4, *braco parvus, quem barmbraccum vocant*, catellus quem in sinu fovent. *(Barm*, sinus, Nl. *schoot)*, Nl. *schoothond*. (Ang. *lap*, sinus) Ang. *lapdog*. Forma vocis redit in Ags. *bearmclath* (sinus vestis) præcinctorium, Ang. *barmcloth*. Ang. v. *barm-skin*, castula pellicea, F. *scoátefel*, Ang. *a leathern apron*. — Ang. v. „*Catellus* a very littell hounde or *bracke*, a whelpe." Elyot. Halliwell explicat „A kind of scenting hound, generally of a small kind," et addit „the terms *brack* and *ratch* were always applied to the hounds, which formed the pack, which of course differed in breed according to time and place." Confer *brach* et *ratch* cum Isl. *bragd*, odor, sapor, et *rakki*, canis. Nl. *brak-hond*, *brak* et *speurhond*, canis odorisequus, feræ vestigiis insistens. Grimm, Wb. *bracke*. Richthofen, Lex vet. Fris. (Pertz) p. 662. Halliwell, *brack*, p. 203.

brak, adj. resimus. *It âlde ros fen Fryske kynzer is brak*, genus antiquum equorum Frisiæ paulisper resimum est. Nl. *brack-neusigh*, resimus. Kil.

BRAK, adj. salsegine tinctus; ex. gr. aqua pluviatilis cum mixtura quadam aquæ marinæ. Scoti *brak*, somewhat salt. Jam. Ang. v. *brack*, aqua marina, Ang. *brackish*. *It wetter is nat sâlt, mar brak*, aqua non est salsa, sed salmacida. (Confer *wrak*, rejiculus.) Isl. *brak*, f. oleum rancidum. Ang. v. *brack*, st. salsugo. Ut Latini poetæ *sal* pro mare usurpant, Ang. v. *brack: a sunne hulfe risen from the brack*. Drayton, 20.

brak, adj. F.o. inhumanus, torvus, repellens. Stür.

BRAKE, BRAEKJE, vb.a. vomere. Vide *breka*, frangere. *Galle braekje*, evomere bilem. Scoti *braking*, vomitus.

nacht-brake, vb.n. vigilem noctem capessere, lucubrare. Confer *sliep brekke*, somno fraudari.

BRAKKEN, BREKKEN, pl. lacusculi in excavatis glebarum causticarum fodinis. Ags. *broca*, *broc*, rivus, latex. Ang. *brook*, flumen minus. Non negligenda tamen vox *braek*, *brek*, fractura, infractio.

BRAMI, vb.n. F.b. screare. F. *brimme*, sonitum screantis per guttur edere. Ags. *bremman*, fremere. Hisp. *bramar*, Gal. *bramer*, Gr. βρέμω. Lat. *fremo* = Germ. *breme*. Joh. 36.

BRANARK, m. F.b. tripes fulcrum focarium. Terminationem *er* vel *ar* Amrumenses mutant in *ark*. Joh. 136. Flandri *brander*, fulcrum focarium; Kil. qui addit j. *brand-ijser*, Ags. *brand-isen*, Ang. v. *brand-iron*, fulcrum focarium. Hæc fulcra sustinent ligna foco apposita ut infra aeris fluxu sufflata melius ardeant; inde ex Isl. *anda*, spirare, Angli habent suum *and-iron*; cæteri ex *branden*, ardere, ut Ags. *brand-isen*. Confer Ang. v. *ande*, halitus.

brand-fòs, cg. equus colore vulpino sed rubicundo: *brand*, Isl. usurpabant de armento rufo maculis nigris flammiformibus distincto. Isl. *branda*, vacca russa, virgata. Hd. *brandvieh*. Weinhold Altnord. leben. 37. Tota armenta multorum Frisiorum olim erant rufa.

brân-roede, cg. fulcrum laterale foci. Confer Kil. *brand-roede*. Ang. v. *brand-*

Digitized by Google

reth, tripos ferreus sustinens ollam in qua coquuntur cibi.

brân-wacht, cg. vigilia militum, qui incendium cingunt et plebem furesque arcent. *Hy hat di brân-wacht*, ei cura incumbit omnia mala avertendi.

brenning, F.o. calor. C. M. 5.

BRANJ, F.b. frons. Lat. *frons*, *frontis*. Joh. 100. Confer Goth. *brunjo*.

BRANTGUM, vicus pagi West-dongeradelæ. *Branteghum*, Benif. b. 173. Ex *Brant*, n. p. v. fit *Brantege*, unde n. p. v. *Brantje*, Wassenb. II. 173, et ex *Brantege*, *Branteg*, fit *Branteg-ham*, *Branteghum*. Analogice ex *Dode*, *Ede*, *Lolle*, n. p. virorum, fiunt nomina vicorum *Dodeghum*, *Edeghum*, *Lolleghum*, hodie *Doyem*, *Eagum*, *Lollum*, Chart. b. I. 498, 755, 501, 394. *Dodega*, *Edega*, *Lollega* sunt n. patronymica; adhuc vigent *Dodinga*, *Dotinga*, *Doedinga*; *Edema*, *Jedema*; *Lollema*. Confer nomina Anglica *Brentford*, urbs pagi Middlesex; *Brentwood*, urbs pagi Essex. Confer et supra *brân* 186.

BRAS, cg. *Wylde-brus*, puella lasciva, luxurians, qui more puerorum nihil non audet. Ags. *bræs*, n. procacitas; *brasen*, procax. Isl. *bras*, salax; *brass*, n. procacitas. Scoti *brash*, impetuose agere, aggredi. Ang.v. *brase*. impudens.

bras, adj. ferox. Gal. *qui se donne des airs*. *Di junge is sa bras mei dy bok*, puer mire superbit hirco suo. *Nuwere bras*, adj. subiratus, offensus.

bras, adj. lætus, exhilaratus, probe animatus. Ang. *in high spirits*.

BRAS, cg. collectivum, fascis utensilium muliebrium, quem pater futuri sponsi donabat nuro futuræ, postquam inter utriusque parentes de eorum matrimonio conventum erat. Continebat ista fascis cultellum manubrio argenteo theca acupicta inclusum; forficem manubrio argenteo; thecam acuum argenteam; pulvillum acicularium margine argenteo clausum; speculum pusillum ora argentea; quorum quodque catenæ argenteæ annexum pendebat de fibula argentea, quæ inserebatur subligaris lacineæ vel zonæ filis argenteis acupictæ. Quod in tali fasce erat ex argento apud divites quandoque fiebat ex auro. Hindelopiæ *prak*, Hol. *tuigje*. Confer Nl. *bras*, variarum rerum mixtio. Gal. *brasser*, meler des choses liquidis en les remuant en rond.

BRASJE, vb.n. epulari, comessari. Nl. *brassen*, idem; proprie miscere, unde et coquendi cerevisiam notionem habet. Gal. *brasser*. Hd. *Saus und braus*. Confer Tuinman, Fakkel, *brassen*, 47. Barb. Lat. *brazium*, granum ex quo fervet cerevisia.

bras-kür, braskoer, cg. fiscella ansata in qua feminæ emta cibaria, bellaria aliaque secum ferunt. F.o. *bras-körf*, Stür. 23. Hol. *snoep-mandje*. Diminut. *bras-kürke*, quod usus præfert.

bres-penje, cg. F.v. *braspenning*, decem duitæ, quarum octo unum efficiebant stuverum. Pro his nummulis prandebat homo apud veteres. Ang. *penny* ex *pennig*; sic. F. *penje* ex *penge*. Confer Kil. *bras-penninck*, et Tuinman, Fakkel, qui citat decretum Caroli VI anno 1554; *betalende voor elcken persoon voor syne maelltydt ende gelagh*, *eenen braspenningh*, *bedraghende twee grooten ende enen halven vlaemsch*, *sonder daer inne te begrypen den wyn ofte bier*. p. 47. F. *Twa botses ind ien oártsen*, i. e. 6½ partes centesimæ floreni Neerlandici. — *Dy sted-man sprong as ien kanyn fen ien brespeinje*, urbicola manus pedesque movebat nihilque tamen efficiebat.

BRAT, n. F.b. mensa. Bend 31. W.o. *bræd*, n. pl. *brudú*, idem. E. I. 362, Nl.v. *bred*, asser. Ags. *bred*, n. tabula, mensa. Sax.n. *bret*, n. tabula.

BRAT, n. vestis fastosa. *Hwat biste hjûd yn it brat!* Ut ornate hodie comta es!

brat, adj. exultans lætitia superba. *Ho brat wier mem*, *dat hjar doaiter ien grietmans-soan krygge!* Inde Nl. *prat*, feroculus, fastosus.

Isl. *brattr*, arduus, audax, confidens. Ags. *brat*, n. pallium. Ang.v. *bratt*, lacinia, pallium breve. Ang.v. *brathe*, fierce; *brathly*, fiercely; excessively. Halliw. 207. Gal.v. *barat*, etoffe commune de laine. *Une coiffe de barat*, Le grand d'Aussy, Fabl. IV. 209. 1me ed. „Hodie in Frisia," inquit Kempius, „etiam multæ mulieres *bireto*, vel ex panno, aut serico, aut sameto facto peplone, capita tegunt." C. Kempius de situ Frisiæ. p. 84. Scoti *brat*, vestitus; *the bit and the brat*, alimenta et vestes. Jamieson. Sax.n. *de brok en de rok*; Prov. *Men dient so wel um de rok als de brok*.

Digitized by Google

BRAUSER.

Addo Sax. l. vocare *bratsen*, *bradzen* in genere monilia, cimelia quibus se comunt mulieres, præsertim brachialia; *bratsen vor den hemmede*, indusii fibulæ; *klere ane beradsen*, vestimenta muliebria absque monilibus solitis. Cimelia brachialia mediis ævis præcipuum erat mulierum ornamentum; inde ex *mouwe*, manica, nostratium adj. *môi*, *moai*, pulcher. „Frisiæ mu„lieres, teste Kempio, (sæc. XVI) „monilibus potius oneratæ, quam or„natæ erant; ut eis tantum diebus „festis et in nuptiis aliisque festivis „temporibus uterentur." p. 84. Bnl. I. 130.

BRAUSER, m. F. b. (brauzer) frater. Litera *s* (Nl. z) nata est ex aspirata sibilante *th*, Ags. *brothor*, Ang. *brother*. Bend. 12. Pro *th*, ut alibi monui, F. o. olim habebant spiritum labialem *w*, in *brawer*, *owere* (C. M. 40, 29) pro *brather* (Lat. *frater)*, *other*. Vide *bushm* (buzm) in voce *bothem*. F. b. *duz*, Ags. Ang. *death;* F. b. *suz*, Ags. *seath*, fons; F. b. *kluz*, Ang. *cloth*, vestis, Ags. *clath*, pannus. Bend. 6. F. b. *laz*, Ags. *lith*, membrum; F. b. *smaz*, Ags. *smith*, faber. F. b. *razer*, juvenca, Ags. *hrither*, taurus, bos, Bend. 12, 15,

BRAUWE, vb. a. ferire, idem quod (bräuje) *bruije*, *bruye*.

aubrauwe, vb. a. depellere. *Wy brauwe di bolle au as er us to nei komt*, taurum, si nos ille impetit, verbere depellimus. Confer *bruye*.

BRAZEM, cg. F. u. spuma surgens ex ore hominis in accessione morbi comitialis. Ang. Warw. „*brash*, a sudden „sickness accompanied with a rising of „brackish water in the mouth." Wright. Ang. v. *brasey*, a kind of sauce. Halliw.

brazem, alias *brús*, (broes). Confer Nl. *brazem*, cyprinus latus sive brama mucosus. Lin. labrus tinca. Hd. *brachzen*. Scoti *brassie*, *bressie*, Ang. *wrasse*. Jamieson.

BRÆGE, cg. pons mobilis tollenonis ad instar; *thille* contra fixus, ambabus extremitatibus insertus utrâque ripa adeoque immobilis. Ags. *thille*, tabulatum. F. v. *bregge*, f. Molkweren *bregge;* Maccum *brigge*, Ang. North. *brigge;* Isl. *bryggja*, f. Ang. *bridge;* Ags. *bricge*, assimilatis literis, Nl. *brugge*. Isl. *bru*, f. Haldorson, F. b. *bræ*, *bro*, f. Outzen,

BRÆGE.

Bend. 31. Dani *bro*. Causa latet. Confer tamen Isl. *brugdinn*, nexus, connexus; pons nectit ambas canalis ripas.

Pons sacri quid habebat apud Romanos. A sacertotibus, teste Varrone, pons supra Tiberim primum sublicius et restitutus sæpe est, quod eo sacra ultra et cis Tiberim non mediocri ritu fiebant. Inde *pontifices* dicti. Pontes et Germanis in genere et Frisiis speciatim sacri erant, quare in eis vel juxta eos judicia habebant. ex. gr. in pago Utingeradela *ti Wobbingabreggha*, 510, 10, 12; 511, 31. Pagus *Wymbritseradela* ejusque jurisdictio ex tali judicii loco nomen habebat; F. u. *Wagen-brugge*, pons, per quem transeunt currus, distinctus a ponte qui tantum pedites admittit, Frisice audit apud Frisios australes *wîn-bridge*, (wîn-bridsje) et solita affinitate inter *m* et *b*, *wimbritse*. — F. dial. commun. *wein*, currus; F. austr. *wîn*, unde *wînred* (currus rota) arctos; (aliquando et via lactea, ut mihi videtur, per abusum.) Isl. *vagn*, m. ursa major et minor, sidus cœleste. Egilsson. Graec. ἅμαξα, Lat. *plaustrum*, Nl. v. *waeghensterre*, arctos. Kil. Ags. *ceorles-wæn* (coloni currus) Ang. *charles-wain*. Coloni vel hominis plebeji currus dicitur, quod subire aquas oceani, ut cætera sidera, reformidat. Confer locum Ags. Jun. Et. *charles-wain*. Multi loci nomen a ponte contiguo traxerunt; ex. gr. *Smelbræge*, *Di dille* (thille), *it Heach-hout*, *di Brôl*, cæt. *(hout*, trabs lata et fixa locum tenens ponticuli; *brol*, pons lapideus, cæt.) Idem valet de urbibus Anglosaxonum ex. gr. *Bricge*, *Coat-bricge*, *Stængfordes-brycge*, *Ton-bricge*, Ang. *Cumbridge*. Confer cum Ags. *Oxna-ford*, Ang. *Oxford*, Sax. *Oxna-brycge*, hodie *Osnabrug*. Frisia ubique aquis intersecta scatet pontibus, qui in Anglia rariores sunt. Si duæ nationes belligerantes, flumine et ponte separatæ, de pace pacisci volebant, ab utraque parte veniebant legati, qui medio in ponte sibi obviam facti de pacis conditionibus agebant. — *Oer di bræge komme*, pontem transire, i. e. erogare pecuniam. *Dy kredyt hat ken mei jild oer di bræge komme*, cui fident homines ei credunt pecuniam isque paratis nummis emere potest. — *Di bûre-feinten habbe di pung oan de bræge spikere*,

Digitized by Google

BRE.

colonorum famuli crumenam vacuam clavo fixerunt pontis columnæ; i. e. omne suum argentum erogaverunt, quod fit, cum cursu glaciali se delectant; tam perdite enim juvenes Frisii hac exercitatione capiuntur, ut non quiescant, antequam cum viribus nummi exhausti sunt.

bræge-flap, cg. tabulatum pontis, quo binæ ripæ obversæ junguntur; altera extremitas vertitur cardinibus fixis, altera in altum tollitur.

bræge-jild, n. portorium pontis exactum a viatore transeunte et olim a nautis, quorum navibus pons aperitur.

bræge-man, cg. ponti præpositus, qui pontem levat et portorium accipit.

bræge-wip, cg. pontis tolleno. *Di brœge wippe*, elevare pontis tollenonem.

kækel-brœge, cg. tabulatum quoddam in horreo duobus fultum palis, cui insistit qui mergites furca congerit supra metæ apicem.

wip-brœge, cg. pons ligneus, cujus tabulatum tollenone levatur.

BRE, n. in F.v. *ag-bre*, supercilium, F. *éach-brou*, sed *éach-teisterkes*, cilium. Isl. *bra*, cilium, palpebra. Forte villosi quid originitus notabat, unde infra *browwe*, q. v. Ags. *breg*, *bræv eagan*, m.

bre-skredene, F.v. superciliorum tonsio.

BRECHT, n. p. f. *Brucht*, n. p. v. Ags. *Beorhtfryth* n. p. v. Ch. Sax. A° 710. *Byrhtric*, n. p. v. ib. 784. *Briht*, ib. 684. Splendor *byrht*, *beorht*, *bryht*, splendide potens *byrht-ric*.

BRÊD, adj. F.v. F. *breed*, latus, extensus; splendidus, magnificus; intimus. Ags. *brâd*, *bræd*. *A* deprimitur ad *o* in Ang. *broad;* surgit ad *é* in Ang.v. *brede*, F. *bréd*, Hindel. et G. J. *brié*. *A* adscita vocali *i* in Goth *braids*. F.v. *Di kampstal schil wessa* LXIII *molles-fota breed*. — *It is sa bréd as it lang is*, utrumque ad idem redit; Ang. *As broad as long*, take it which way you will, it is all one, Ray, 52. — G. J. *Yn it brie*, longe lateque. — *Di froulius ralje fen di man, mar hy hat ien brede ræch*, mulierculæ detractant virum, sed ille munitus est contra maledicta. Ang. *His back is broad enough to bear jests*. Ray, 176. *It wyfke is sa breed as hja lang is*, muliercula gravida puerperio proxima est. —

BREID.

Bréde keerdel, vir latis humeris, i. e. vir robustus.

brêd, in re lauta. *Di domenys ind scoôlmasters habbe it nat bréd*, sacerdotibus et ludimagistris res angusta domi est. *Dy it bréd hat lit it bréd hingje*, divites opulentiam suam exponunt oculis fastu. Confer Lat. *amplitudo opum* pro divitiis. *Breed*, fastuosus. *Brié'gean*, fastu et ostentatione vivere, Nl. *We moeten wat briet uytkomen; We varen alle daeg tot menheer*. Keesjen. *As we so weyts uytkomen selle de luy mienen, dat wy vunt hof binnen*. Costers Boereklucht. p. 2. ed. 1633. Nl. *pracht ende breetheydt*, Hooft, H. d. G. 156, 30, pompa et magnificentia. F. *Mei dy gnappe feint is di faem sa breed as ien pâuw*, — *Bréd*, familiaris, (lautus in amicitia.) *It is bréd wirk mei hjar beiden*, notissimi, associati inter se sunt (amantes), Hind *Hwat binne se brie mei elkor!* Ut intime juncti inter se sunt! *Ké dær wol brie!* Ut se invicem diligunt! F. *Ik hab it nat breed op him stéan*, habeo illum suspectum.

brede, f. F.v. F. *brétte*, cg. latitudo. Ang.v. *brede*, Ang. *breath*, Nl.v. *breedde*, *breydde*, Nl. *breedte*. *It mat ut di brétte oaf lingte wei komme*, unde nemo quærit, sed sumtus facti vel necessarii solvendi sunt.

breed-kop, cg. (caput latum) Gron. *dikkop*, (caput spissum.) carduus planus late se per terram extendens. Bot. cirsium lanceolatum. Hall. 118. Confer Ags. *bræd-thistle*.

BRÉID, cg. sponsa. Angli antiquam vocalem *i* vocis *bride* ut Frisii explicaverunt in diphtongum *ei*, licet non scribant. Goth. *brûths*, f. sponsa, uxor, neptis. Isl. *bruthr*, f. sponsa, puella, amica, uxor, femina. Egylsson. Ags. *bryd*, f. sponsa, uxor, femina, F. b. Silt. *brid*, Outzen, 34; *bred*, Joh. 100; F.v. *breid*, F.b. *breed*, *bridd*, Outzen, 34. Veteribus *bruths* igitur tum sponsa et uxor, tum mulier adamata in genere erat, eamque a *bruthan*, Ags. *bredan*, *bridan*, progenerare, eniti fœtum, *bruths* et *brud* appellabant, quod in ea matrem prolificam gentis reverebantur et amabant, quæ prima et necessaria feminæ est distinatio. Confer nostrum *briede*, ibique *bried-kin*, et adde Ags. *brydde*, pullus, esse natum ex *brydan*, fœtare,

Digitized by Google

gignere; *brydde*, Ang.v. *brid*, pullus, per metathesin factum est *bird*, Ang. *bird*, avis. Jun. Et. *bird*. Græci νύμφη, sponsa et clitoris. Grimmius stirpem quærit in Sanskrita voce *praudha*, domus-ductio curru, quem tractum viri maximi, licet ingeniosum et doctum, haud facile probo, quod nomen primitivum sponsæ et uxoris arbitror longe ante domus-ductionem sponsæ curru introductam esse. Adde vocalem *u* in Goth. *bruths*, Ags. *bryd*, Alam. *brut*, præivisse diphtongo *au* in Hd. *braut*. In matrimoniis Germanorum sponsa primas agebat partes; illa enim suum nomen non habebat a sponso, sed sponsus a sponsa: Gothi *bruth-faths*, F.v. *breid-goma*. Similiter Græci νυμφίος, sponsus, a νυμφή, sponsa.

Myn nift sit as kja mei di breid komd is, ne mutit quidem neptis mea, proprie, mea neptis (muta) sedet quasi vero cum sponsa venisset. Ubi sponsa affines visitat cum paranymphis suis hæ ut minores tacent. Pro *sit* quoque frequentant *seócht*, videt, sc. vultu composito in solemnitatem.

Solemne quid habebant et severi apud Frisios, quæ ad sponsalia pertinent. Inter supellectilem et vestes, quibus parentes conjuges donabant, erant etiam amborum amicula feralia, in quibus eorum cadavera humo mandarentur; scilicet capitium, indusium et pannus linteus, quæ tria involuta panniculo albo teniola atra constringebantur. Scheltema, 84. Similem prorsus morem Jamiesonus narrat de nostris colonis in Scotia (Supplement II. *marriage*): „The bride presents the bri„degroom with his marriage-shirt. This „is generally preserved for what is „called a *dead-shirt*, or that which is „to be put on him after death." — Nubens sponsa eadem veste apud Frisios erat induta, qua funus mariti ante illam morientis secutura esset. (Frieslandt, Schotanus. 1635. 4° p. 283.) Apud Hindelopenses sponsus et sponsa die nuptiarum ambo funebri vestimento induti erant, quo sibi invicem immortalem fidem polliocerentur. Secundæ nuptiæ viduarum in nullo erant honore. Eadem mente atque veste, qua jungebantur, exequiarum justa prius morientibus solvere volebant. Nota Scandinavos se in pompa nuptiali lento gradu promovisse, unde vox Isl. *bruth-gangr*, incessus nuptialis minutissimis lentisque passibus. Hald.

Prov. *En unwillick breid is qued dounsien te leren*, Burm. 18, inane est docere invitos. *Wy schil 't wol schicke, dat de breid ien goe' schutel krijggel*, Burm. 48, ita agemus ut digniori honos habeatur. — *Jemme mogge de breijd wol aeschie*, Burm. 37, (licet vobis poscere sponsam) fortuna secunda vos reddit audaces. — *Ien tsjeppe breid is ringen yn it brat*, Scoti, *A bony bride is soon busked*, Kelly, 1. Hol. *Eene schone brnid is haast gepareerd. Eene vuile bruid behoeft veel opschik.* — *By oanbarnde breiden pasje klitsen as breidsisters*, Scoti *Bowked brides should have bor'd maidens*, Kelly, 73.

breid-bonk, F.v. sella sponsæ. Isl. *bruth-beckr*, sedes minor in qua cum sponsa sedebat sponsus; sedes major, in qua sponsa sedebat cum suis paranymphis. Hald. Jonsson, *Bank*. F. Hol. *bank*, sedes in templo sepita in usum plurium communis.

breid-goma, F.v. (sponsæ homo) sponsus. Ags. *bryd-guma*, Frisii nostri et insulæ Silt pro *gomo* habent *man*, F. *Brægeman*, *breggeman*, *brüggeman*, Silt *brid-man*. Componuntur *breggeman* ex *bred* et *geman*; *bruggeman* ex *brud* et *geman*, per assimilationem literæ *d*. *Geman*, vir socius. *Man* et *geman* post nomina propria fere promiscue habentur. *Hidde-man hat syn soon britsen*, innuit puerum Hiddonem cujus vicem nos miseret; *Hidde-geman* idem valet de homine provectioris ætatis. Plenius Alamanni *gomman*, vir, maritus, Graff. II. 742. Scoti *goodman*, *gudeman*, herus familiæ. Jam. In chartis Ang. *bonus homo*, villicus cui est familia. Cange. — Gothi *bruthfaths*, Græci πόσις, maritus, sponsus, F. *fâd*, curator et fautor. Angli pro *goom* in *bride-goom*, inserta *r*, habent *bride-groom*; Ang. *groom*, famulus, pedissequus, ut Nl. v. *grom*, (Kil.) puer, pro *gom*. Ang. *man*, homo, pedissequus.

breid-hus, n. F.v. sponsæ domus. F. *breide-kus*.

bruidje-ket, Saenredam, cursus sa-

Digitized by Google

lutantium ad sponsum et sponsam, quorum tanta erat frequentia, ut totam domum implerent. Omnes excipiebantur vino *(brwids-tranen*, sponsæ lacrymæ) et sponsus et sponsa collusoribus valedicebant. Confer Nl. v. *ketsen*, cursitare, cursus ad sponsam, vel F. v. *ketha*, annuntiare, alloqui; *kethe*, nuntiatio, prædicatio, hic sensu allocutionis gratulatoriæ. Scheltema, Vrijen en trouwen, 113, 270.

breids-sister, cg. sponsæ paranympha. Ang. *bride-maids*, veteres Angli vero *sisters*, sorores, ut Frisii; Brand, Ellis, II. 114. Paranymphorum et paranympharum munus ab initio incumbebat fratribus et sororibus sponsi sponsæque, unde nomen *breids-sister* et *brægemans-broar*.

breggemans-broar, cg. paranymphus sponsi.

breid-stol, m. F. v. sedes sponsæ. Confer *brjdstoel*. Commutatur cum *breid-bonk*.

breids-trjinnen. pl. (sponsæ lacrymæ) potus ex spiritu vini mixto cum saccharo et uvis passis, quem sponsa propinat amicis gratulantibus. Potus iste offertur in cratere argenteo duabis planis ansis instructo, ejusdem formæ cum cratere amoris sive *love-cup* veterum Anglorum, cujus effigiem præbet *Everyday-book*. Brand, Ellis. I. 3. Hoc poculum in domus-ductione tanti momenti erat apud Anglos veteres, ut puer istud manu portans sponsam præcederet. Ellis, II. 115. In signum amoris omnes ex eodem cratere cochleare argenteo hauriunt; viri sibi invicem aliquando tres cochlearia propinant. Ex „charitatis poculo" apud Anglos quoque omnes convivæ bibebant. (Brand, Ellis. I. 4. not.) Potus iste vocatur *breids-trjinnen*, sponsæ lacrymæ, quod veteres faustum habebant omen, si sponsa die nuptiarum effuse plorabat; post nubila Phoebus. Nl. *Een bedroefde bruid maeckt een blijde vrouw*. „It was „held unlucky, if the bride did not „weep bitterly on the wedding-day," Brand, Ellis. II. 170. Nl. prov. *Een bruidskleed is wel met rouw gevoerd*. Veteres se potu cerevisiæ exhilarabant, unde Ags. *bryd-ealo*, sponsæ cerevisia, i. e. nuptiale convivium, Ang. *bridal*, festum nuptiale. Confer supra *biar* p. 237. Non omittendum hic est venditorem et emtorem apud Anglos et Frisios firmare emtionem propinando alter alteri poculum vini, vel cerevisiæ, vel spiritus vini, quem morem, ut desponsatio, quæ species emtionis erat, rata esset, sponsus et sponsa inter se sequebantur. Brand, Ellis, II. 90. Refert libamen.

breidelik, adj. F. v. more sponsarum. decens sponsam. Analogice *manne-lik*, decens virum; *godde-lik*, divinus, adv. vehementer; *goddelike kâld*.

brilloft, brulloft, cg. nuptiæ; Ags. *bryd-hlofa;* F. b. ut Ags. absque *t* finali, Silt *brüllop*, alibi *brialp*, contracte ex *briad-lop*. Outzen. *Hlofa*, Goth. *lofa*, vola manus, palma, idem quod emtio; emtionem venditor et emtor sanciebant junctis palmis dextris: *bryd-klofa* sponsæ emtio; eodem autem die matrimonium et nuptiæ celebrabantur, quare hæc duo antiquitus inter se confunduntur. Inde Isl. *brud-kaup*, n. (sponsæ emtio) nuptiæ; proprie, sponsalia.

Apud veteres femina non erat sui juris, sed semper sub tutela et potestate, vel patris, vel fratris, vel tutoris, vel mariti. Juvenis filiam a patre pretio statuto quasi emebat, quod hic propter honorem, quo Frisii feminam habebant, dotis loco filiæ cedebat; quo facto illa erat desponsata et in potestatem viri matrimonii solemnibus transibat. Posteriore ævo juvenis virgini offerebat aliquot nummos eleganti linteo serico innodatos, quod *knottedoek* appellabant, (Ang. *knot*, *nuptial knot*, *knot of love*, *love-knot);* hoc si accipiebat virgo se desponsatam profitebatur. Istud symbolum antiquæ emtionis locum tenebat. Mos similis obtinebat apud Scotos, invasorum Frisiorum posteros, de quo ita Jamiesonus in Supplement *marriage:* „In Angus, and perhaps in other Nor„thern counties, it is customary for „the bridegroom to present the bride „with a pair of pockets, made of the „same cloth as his own wedding-suit; „these are never sent empty. If the „bridegroom can afford it, they contain „every species of coin, current in the „country, even down to the farthing. „The money is generally the freshest „that can be got." Apud Frisios quoque hi nummi erant novi et asperi. — Sponsa et uxor Frisio om-

Digitized by Google

nium possessionum erant pretiosissimæ et sanctissimæ, quarum raptum intima indignatione et summo supplicio puniebant. Ubi lictores raptorem persequebantur et hic in aliquam domum fugiebat, inde in alteram, ex altera in tertiam, et tandem in templum, ut apud altare in tuto esset, lex statuebat post ereptam mulierem templum esse destruendum et tres domos incendio vastandas.

Frisii matrimonium semper summo habebant honore ejusque consummationem conviviis hilaribus et omne genus festivitate prosequebantur, cui licet cæterum parcimoniæ studentes nullis sumtibus parcebant. Inde prov. *It boerkjen ind it brilloftjen mat ut 'e romte géan.* Tali festivitate quasi sanciebant vinculum conjugale; leges enim antiquæ matrimonium tum demum rite contractum ponebant, si libera Frisia virgo sub potestatem liberi Frisii venisset comitante cornuum cantu, complaudente vicinorum congratulatione, accensis facibus et puellis dulces cantilenas edentibus; *dio fria Fresinne coem oen dis fria Fresa wald mit hoernes kluud ende mit bura oenhlest, mit bakena brand ende mit winna sangh.* (409, 26.) Ante quinquaginta et quod excurrit annos adhuc homines provectioris ætatis, cæterum continentes, stabiles, attenti rei domesticæ et taciturni, in nuptiis vix modum noscebant, cantando, saltando et oscula miscendo. Post res novas anni 1795 subita morum mutatio invadebat juniorum animos, qui igitur in nuptiis, ubi et ipse conviva eram, stupebant profusam istam seniorum hilaritatem. Poëta noster Gijsbertus laudes matrimonii, nec non gaudia et luxuriam nuptiarum Frisiæ, primo suo eoque eximio poemate celebravit. — Requirebatur igitur acclamatio, tum vicinorum, tum consanguineorum, eaque publica dum sponsa e domo parentum in domum sponsi ducebatur cum multa sonora gaudii significatione. Ideo matrimonium controversum legitime esse peractum, septem vicinorum testimoniis probandum erat; *Soe schilma dat aeft hirda mit saun buren.* 410, 6.

Vicini tunc temporis multis vinculis sibi invicem erant obstricti et unam quasi constituebant familiam: non miremur igitur antiquitus eos sibi quoddam jus commune vici in sponsam vindicasse, quo a sponso, alio loco oriundo, dolium cerevisiæ, ut redemptionis pretium, petebant. In insula Texela hic mos longissime obtinuit et adolescentibus et virginibus occasionem hilaria quædam agendi præbebat. (Scheltema, vrijen en trouwen. 132.) Alibi vicini sponsæ et sponsi jure suo nuptiarum participes erant. (Scheltema, 270.) Huc quoque pertinet quod sponsum et sponsam post peracta sacra e templo reduces consanguinei cum amicis et vicinis ante domum manebant, et juvenibus inter eos paranymphæ offerebant poculum ornatum vini, quod exhaustum illi retro abjiciebant, ne hic potus gratulatorius posteriore potu vulgari profanaretur. Quicumque fracti poculi frusto potiebatur inter nuptiarum convivas accumbebat. Hic mos vigebat in insulis *Helder* et *Wieringen*, quæ olim pertinebant ad Frisiam. Scheltema, Vrijen en trouwen, 133. Seculo XIV magistratus Lovaniensis cavebat edicto ne noviter nupti sumtus supra sortem facerent, ideoque modum vini decernebant, quem sodalibus dare licitum erat. Hicce modus pendebat a majore vel minore pretiositate vestium sponsæ et præstabatur tantum juvenibus parochiæ, in qua sponsa prima nocte cum sponso concubuerat; „Soe sa „die bruygoem ende de bruyt gheven „te verdrinckene *den gesellen van dier „parochien, daer de bruyt inne beslapen „wert*, VIII gelten wyns ochte twee „gulden." Serrure, Vaderl. Museum. II. 296. Juvenis adfui nuptiis hominis divitis Hindelopensis. Ibi nulla sortis vel loci inter convivas erat discrimen. Divites et operarii, domini et famuli, matronæ et famulæ, mercatores et nautæ inter se erant mixti. Ipsa nove nupta, femina formosa, lepida et dives, non dedignabatur saltare cum auriga sui mariti, quæ familiaritas nihil minorum obedientiam infringebat. — Versus finem primæ noctis nuptiarum paranymphorum unus pileo symposia e manibus juvenum puellarumque colligebat, unde postera die ederent, biberent, saltarent. Hoc modo festum nuptiale per totum hebdomadem prolongabant.

Digitized by Google

Tandem F.v. domus-ductio privi quid habebat memoratu dignum; sponsa intrabat domum sponsi sub gladio stricto, quem exserebat proximus sponsi consanguineus, concedente lege marito potestatem decollandi eodem gladio uxorem, si adulterium committebat: *Haudia mitta swird deerse onder ghing, dase dat aefte bigking.* 409, 18.

Redeo ad legem veterum Frisiorum. Postquam sponsa in domum sponsi erat ducta illa se ponebat ejus lecto (supra *bædselma* 196, 419) et corpus cum eo miscebat; *ende hio breydelike sine bethselma urstop ende op dae bedde herres liues netta mitte manne (beth*, Isl. *bekr*, pulvinus. Egilsson.) Hicce concubitus Frisiis et Anglis erat consummatio matrimonii, vel potius matrimonium ipsum, cujus sententiæ duo vestigia in posteris temporibus invenio. Princeps Arausiacus, Guilielmus IV, cum Anna, filia regis Anglici, prima matrimonii nocte, in conspectu consanguineorum et aulicorum, torum nuptialem conscendebat (A° 1734). Deinde homo, qui in viculo Scotico Gretnagreen nuptias conciliabat, non aliud documentum requirebat ad sanciendum matrimonium, quam ut juvenis et virgo, illo vidente, in eodem lecto sub eadem stragula contigui jacerent. (Lord Hervey's memoirs of the court of George II. vol. I. p. 310. ed. 1855..)

Primus et secundus actus antiquissimi et sincere Frisici sunt. Sequitur tertius et ultimus matrimonii actus, qui post introducta Christiana sacra additus est: *ende an moerne opstoed, to tsierka ging, kerkstal stoed, alter arade, da prestar offerade, ende dat aeft also bigingh alsoe di fria Fresa mitter frie Fresinnè schulde.* „Post primam noctem matrimonii uxor nova mane surgit, it in templum ibique pontificem et altare munere colens benedictionem accipit a pontifice." Lex loquitur de sola uxore templum visitante, non de marito. Deinde bene tenendum est, benedictionem sacerdotalem sequi matrimonium consummatum, non anteire fœdus matrimonii adhuc pangendum. Posteriobus temporibus ambitio sacerdotum in tantum prævaluit, ut nullum matrimonium legitimum esset nisi prius ab illis, dei nomine, pactum et sancitum. Adeo omnis coitus sine prævio illorum consensu meretricius erat. (Consule de ritibus matrimonii notas Wierdsmæ et Brantsmæ in O. F. W. p. 254.) Postquam soli pontifici jus pangendi matrimonium erat cessum, sponso et sponsâ euntibus in templum, sponsa tegebat latus dextrum sponsi, sed post sancitum matrimonium domum redeuntibus uxor tegebat latus lævum mariti, signo illam in hujus potestatem transivisse.

brulloftje, nb. v. nuptias celebrare. Prov. *Fen brilloftjen komt brilloftjen*, nuptiæ pariunt nuptias; inter hilaria nuptiarum juvenes et virgines amare docent et futuri vincula matrimonii parant. De ratione nuptias celebrandi posterioribus temporibus paucula addo, quorum juvenis testis eram oculatus. Virgines *(nódsters)* numero sacro Germanorum, scilicet duoderim, Hindelopiæ invitabant convivas ad nuptias, tam feminas quam viros. Alia autem ratio obtinebat in pago *Sawn-wâlden*, (Zevenwolden). Sponsus sponsaque ibi numerum ratum virginum ad festum nuptiale invitabant, quarum quamque oportebat designatum juvenem vocare ut secum festum nuptiale celebraret. Juvenis, si annuit, eam die festo petit et conducit ad domum sponsæ; sin minus illa continet se domi. Ne autem puella repulsam ferre videretur nullo ornatu comta est cum exit ad invitandum; nam vestis cultior puellæ in Frisia signum juveni est eum illæ esse gratum. Ubi enim juvenis domum parentum puellæ intrat ad eam ambiendam, illa tacet et solo cultu vestium suam significat mentem; si illa surgit et mutat vestem solitam cum pulchriore eæ gratus, sin minus, ingratus est et re infecta revertitur.

honne-brilloft, cg. (nuptiæ caninæ i. e.) coitus meretricius. *Di hynstetyskers hâlde dær honne-brilloft*, equorum mercatores in ea mœchantur ganea.

minniste brulloft, (nuptiæ Mennoniticæ) evacuatio sordium latrinæ nocturna. Hollandismus ex Hol. *Menniste bruiloft.* Ita dicitur per paronomasiam; nam Hol. *bruid*, et stercora liquida et sponsam notat; unde *bruid-leider*, et ductorem sponsæ, et coprophorum nocturnum notat. Mennonitas sive teleiobaptistas cæteræ sectæ irridebant

Digitized by Google

propter exquisitam munditiem, tum in detergendo domicilio, tum in cultu utensilibusque, et hanc aversionem ab omne genus sordibus ut illuderent, purgationem latrinæ, quæ nocte ut nuptiæ fiunt, *minniste brulloft* appellabant! Ad fastidiosum Mennonitarum gustum alludit quoque *Menniste borstlape* (M. mammilare, i. e., mulcimen pectoris), potio prædulcis. Starter, Timbre.

BREIDJE, vb. a. texere longis acubus (ex. gr. tibialia lanea vel linea) Ang. *to knit*, Gal. *tricoter*, Hol. *breiden*. Proavi pro *breidje* usurpabant *sjolje*. *Breiden* ex Isl. *bregtha*, nectere; Ags. *bregdan*, torquere, plectere, nectere; sed et Anglosaxones sensu verbi *breidje* dicebant *bredan; Ic brede me max*, Ælf. gr. 28, 5, necto mihi retium maculas, i. e. retia; F. *Ik breidje my mesken*, (Ang. *mesh*, Nl. *masche* (Kil.) Hol. *maas.)* Ang. *braid*, Ang. South. *breed*, to plait, West. *brede*, nodus. *Breidjen is handich, den is di nudle néa nat wot 'e thried. Hy hat néat to breidjen, æf to spinnen*, tempus urget eum. — *It breidjen* notat, et actum nectendi, et instrumenta nectendo necessaria, qualia sunt acus, fila et pars tibialis jam texta. *Lizze it breidjen mar del*, depone, quæso, instrumenta textoria, mitte amplius texere, i. e. actum est; ilicet; peristi. — Verbum Isl. *bregtha*, præter notionem propriam nectendi, figuratam habet decipiendi, exprobandi, et prorumpendi vel proruendi, quas sequuntur Angli in *braid*, adj. dolosus; *to braid, to upbraid*, exprobare; *with a braid*, Chaucer *at a braide*, momento citius, Isl. *at bragthi*, idem; *bragth*, motus concitus. Egilsson. F. *mei 'n wip*, idem.

âfbreidje, vb. a. texturam ad finem perducere. Figurate, *Dy hoas scil ik áfbreidje*, hoc negotium mihi tædium movet; ei imponam finem.

oanbreidje, vb. n. loco partis detritæ novam intexere veteri, ut matres familiæ parcæ solent. Avari vel paupères alia non habent tibialia præter ita resarcita. Inde incolæ vici Uretherp notantur convicio *oanbreide hoázzen.*

breid-nudle, breid-nulle; breid-nidle, breid-nille, cg. acus major ad nectenda piscatorum retia; est fere asserculus acutus, vel ligneus, vel aheneus planus, in medio effractus relicta acu tenui, *tunge*, lingua, dicta, cui circumvolvitur filum.

breid-priem, cg. acus ahenea vel ferrea gracilis longior ad nectendum filis laneis vel lineis; ex. gr. tibialia. *Ien ploech breidprjimmen*, tot quot requiruntur acus ad nectendum, i. e. numero quatuor.

breid-stop, cg. acu resarcita pars lacera tibialis in modum ipsius texturæ, (lacunæ expletio textoria.)

brâili, vb. F. b. latos nectere plexus. Joh. 36.

broddelje, vb. n. infabre facere; frequentativum verbi Nl. *brodden*, resarcire, interpolare, sarcinare res veteres et obsoletas; inepte operari. Kil. Isl. *brydda*, cuspidem formare; fimbriam præsuere. Ang. North. *brod*, a short nail, *to brode*, to prick; *to broddle*, to make holes. Brockett. Ang. v. *to broid*, Gal. *broder*. Pro media *d* Scoti habent medium *g* in *brog*, acus, mucro; *to brog*, pungere; *to brogle*, nisus inanis figendi mucronem in puncto quodam; *to brogle*, inania conari; depravare; sarcinare. Inde Italorum *broglio*, *unbroglio*, confusio, molestia. Galli *brouiller. Brodler*, m. infabris opifex, Scoti *broggler* idem.

broddel-wurk, n. opus infabre.

BREIN, n. cerebrum. F. v. *brein*, ex *bregen*, n. Ags. *brægen*, n. Dialectus alia F. *brâ*, per apocopen pro Ags. *bragen*, unde Ang. *brain; Di earme junge plofte op 'e holle del dat di brâ bléat lei*, miser puer in caput corruebat ut cerebrum nudaretur. Ex *brâ* est *brea* in F. v. *brea-secht*, Ags. *brægen-seoc.*

brein-dolch, F. v. vulneratio cerebri.

brein-klova, n. F. v. bulbus sive tumor cerebri, quales Lex Frisica antiq, numerat quatuor, 214, 11, *thera fiuwer breinclouena en.* F. *kljouwen*, n. Nl. v. *klouwe*, Kil. hodie *kluwen*, Ags. *clyven*, n. Ang. *clew*, glomus. Masculini generis est Ags. *cleofa*, m. (rima) antrum; Nl. *kloof*, *klove*. fæm. gen. F. *kleau*, cg. fissura. *Brein-klova*, neut. gen. adeo non est calvariæ sutura, sed cerebri tumor.

brein-kop, F. v. cerebri (operculum, tectum) cranium. Ellyptice Nl. v. *kop*, calva. Kil. *Kop* sume sensu Nl. *kap*, capitis tegmen, domi, cæt.

brein-panne, f. F. v. cranium, Ang. *brainpan*, ex Ags. *bræg-panne*, F. *her-*

Digitized by Google

sen-panne. F. *panne*, tegula, patella. Ags. Ang. *pan*, idem.

brin-pot, m. W.o. cranium. E. I. 362.

brein-roar, Warns; dial. com. *brein-roet*, adj. furens ira, effrenatus; proprie, cerebro concussus. Confer Lat. *cerebrum*, sedes iræ, apud Horatium. *Dou makkeste my di kop brein-roet*, moves in me iræ furorem, iram rabidam.

brea-secht, F.v. (cerebri morbus) insanitas. Ags. *brægen-seoc*, insanus.

brein-siama, m. F.v. morbus quidam cerebri, forsan, emollitio cerebri. Sax.n. *sam*, mollis. Nl. *Seem-honig*, *maeghden-honig*, mel, primi examinis, non pressum, Ang. North. *simmit*, smooth. Nl. *seem-leder*, corium mollius. Gal.v. *cameau*. Nl. *honig-seem*, mel.

brein-skerdene, f. F.v. cerebri læsio.

brein-wunde, f. F.v. vulnus cerebri.

BREIN, muria. Vide *brem*.

BREKA, vb.a. F.v. frangere, (pf. *fregi* = Germ. *breki.)* pf. *brêk*, pl. *brekon;* pf.p. *breken*, *bretsen*, *britzen*, præs.p. *brekand*, ger. *to brekande*, *to brekane*. F. *brekke*, præs. *ik brek*, pf. *ik briik*, pf.p. *britsen*, pr.p. *brekkende*, ger. *to brekken*. Gothi *brikan*, pf. *brak*, pl. *brekun*. præs.p. *brukans*. Ags. *brecan*, *thu bricst*. pf. *bræc*, pf.p. *brocen*, *gebrocen*. F.u. *breke*, pf. *brak*, pf.p. *broken*; Nl. *breken*, pf. *brak*, pf.p. *gebroken*. Ang. *break*. F.v. *breka en andern*, *ern*, *skonka*, frangere fenestram, brachium, crura; *hus*, *gadis-hus*, *Jherusalem*, diruere ædes, templum, destruere Hierosolymas; *breka*, *innabreka tsiurkadora*, *hus*, infrigere templi fores, ædes, F. *tsjerkedoârren ynbrekke*. F.v. *Thene fretho on otheron breka*, erga alios pactam securitatem infringere. *Dat aeft breka*, dissolvere connubium. *Breka*, peccare; *brekande*, peccatores.

breka, F.v. mulctari propter delicta contra legem, mulctam solvere.

brekke, vb.a et n. frangere. *Di loft brekt*, disrumpuntur nubes et solis lumen adire sinunt. *Brekke*, abrumpere se ab aliquo. *It brekt*, disrumpitur amicitia. Prov. *As it brekt scil it wol stjonke*, (si frangitur sc. ovum, fœtebit) amici alienati sibi invicem fœda acta secreta publice exprobrant. — *Brek my di bek net op!* (ne mihi os effringe!) ne me coge ad loquendum; novi tua scelera. — *Mei scurren ind brekken*, lacerando et rumpendo, i. e. raptim. *Mei scuórren ind brekken bin ik noch klear rekke*, raptim agendo vix ac ne vix quidem hora debita paratus eram.

brekke, frangere. *Al di âfwaeide pannen binne britsen*, omnes vento disjectæ tegulæ sunt fractæ. *Wural fijn' men britzen poátten*, Burm. 73 (ubique terrarum inveniuntur ollæ fractæ.) Nl. *In alle landen zijn holle potten*, Zegerus, I. Antw. 1581. — Prov. *Better twa makke as tién britsen*, præstat duos homines creare quam unum perdere; prætextum decoctorum, quæ famulam decipiunt.

brekke, vb.a. frangere triticum arabicum. Gal. *blé de sarrasin*, polygonum fagopyrum: molitoris est F. *groât-makker*, Nl. *grutter* dicti.

't wird brekke, exuere promissa. — *Sliep brekke*, sibi negare somnum. *Hwat hâb ik ien sliep um it fild britsen!* Confer *nacht-brake*.

britsen weêr, aries male castratus, adeo ut testium quid residuum sit, isque ovem appetere non desinat.

britsen stap, gressus fractus equi, a recto gressu diversus, gressus confusus. *Dær is ien britsen stap under dat hynder*. Alias *ien trip-trap*.

breke, cg. F.v. fractura, laceratio, læsio, destructio, mulcta. Nl. *breuke*, mulcta.

brek, cg. fractura. *Ien âld brek yn it glæs*, vitri fractura vetus; vel *yn it pântsje*, Ang.v. *brack*, fractura, vitium. Scoti *brek*, idem.

brek, vitium. *Ien dampich hûs hat mar tién brek; it doach nat. Lek ind brek*, culpa et vitium. Prov. *Lek ind brek by di rûs fen ien oar*, *ind jin selme foârby sjæn*, omnia culpare in aliis et in propriis vitiis caligare; pl. *lekken ind brekken*, idem. Ang.v. *lack*, culpa.

brek, penuria. *Di earme man is dêad; nou hat hy neat mear brek*, nulla pauperem mortuum deficiunt. *Di rike man is eak dêa; hy hie' oars néat brek as libben ind sounens*, et dives mortuus est, licet ad felicitatem terrestrem nihili indigebat præter vitam et mentem sanam in corpore sano.

twie-brek, (apud Sylvicolas) tempestuosum cœlum, aura pluvia et ventis infesta. Ang. North. *brockle*, *bruckle*, inconstant, variable, applied to the weather. Brockett 66.

Digitized by Google

brekma, m. F.v. mulcta, mulctæ pecunia, proprie, fractura.

brekir, m. F.v. infractor legis.

bræker, breker, F.b. homo ferus, effrenatus. Ags. *vilher-breca*, adversarius hostis, satanas. Outzen.

bricker, m. pl. *brickers*, F.b. (ruptor) unda in spumam disrupta, unda allisa et spumescens. E. I. 362.

breklyk, adj. mutilis membris (homo), claudus, truncus pedes vel manus, gibbus, cæt. Ang. Staf. *brackly*, fragilis.

brekheftich, adj. F.v. mulctæ obnoxius, multam committens.

brek-lye, vb.n. angustias et paupertatem pati. *Ien oars heukerjen ind breklyen makket di earmen weak ind di rike lju jamk sa hird as ien stien.*

åfbrekke, vb.a. destruere. *Ien hus áfbrekke ind di béam hakke.*

forbrekke *(him)* sese frenare. (Cic. F. 4, 6. *frangere se ipsum.)* ex. gr. in planctu, in vitanda molestia, in renuendo labori ingrato.

hals-brekke, (frangere collum) necare, perire. Cum dativo personæ *my*, *dy*, *him di hals brekke.*

hals-brekken, n. opus vel tentamen vitæ periculi plenum.

halsbrekkery, cg. omne quod in sanum corpus vel vitam periculosum est.

ynbrekke, vb.a. irrumpere domum alicujus.

opbrekke, vb.a. frangendo aperire, effringere, ex. gr. arcam, cubiculum, fores. — *Opbrekke*, vb.n. in ructus rumpi; *di sipels brekke my op*, bulbines mihi citant ructus. Tropice, puniri, mulctari, *Dat scil dy opbrekke*, hujus facti te pœnitebit. *Dat nachtrawenjen scil dy súr opbrekke*, tuas vigilias tristi morbo lues. — *Di ky brekke op*, vaccæ uterum ferentes, cum abortum patiuntur, dicuntur „effringi," et iterum taurum appetunt. Alias *di ky bliuwe er nat by.* Vulva vaccæ taurum appetentis se expandit et post expletum coitus desiderium iterum se claudit. Post abortum vacca de novo coitum appetit et simul vulva iterum aperitur sive „effringitur" F. *brekt op.* — *It iis brekt op*, regelatione aqua soluta supernatat glaciem, donec hæc imminuta et debilitata in medio frangitur et iterum emergit.

throch-brekke, vb.n. et a. perfrangere, perfrangi. *Di diken brekke throch*, aggeres marini undis perfringuntur. — *Di swolm brekt throch*, exulceratio aperitur. Ang. *to break*, to make a swelling open.

wrâld-brekker, F.u. *wereld-breker* cg. (fractor mundi) qui antecellit omnes, sive ingenio, sive fortitudine, sive nervorum viribus, cui nemo par est vel resistere valet.

wei-brekke, vb.a. demoliri.

brake, vb.a. repetitis vicibus quoque septimo anno arare arvum et incultum linquere. Nunc hic mos dissuevit. *Wy brake nat langer; um di sawn jirren hat men ien fruchtber jier, ind as dat op it sawnde ynfult, is 't foár 't braeklán forlern.*

flaex brake, linum a caule separare contundendo. — Plantas arefactas lini confringere, quod fit stipite ponderoso striato. Deinde stipite semiferreo, incisuris acutioribus distincto, subigitur, qui *slyp* dicitur. Hoc verbo *slipe*, illud verbo *brake* designant. Corticum lini fragmenta et cauliculorum medullæ ita a lino separatæ vocantur *sjodden* vel *sjudden*, Ang. Kent, *shot*, a handful of hemp. Halliw.

brake, vb.a. vomere. *Us feint braekt néat as galle.* A.v. *parbreak*, vomere.

nacht-brake, per noctem vigilare, operarl. Confer *sliep brekke.*

throch-braek, cg. braek, cg. ruptura aggeris marini vi undarum, quas tempestas excitat contra littora. Ellyptice *dibraek*, S.l. *brake*, vortex excavatus irrumpentibus undis post disrupti aggeris hiatum. Nl. *braken ofte wielen*, vortices; Rijnlands keure § 1. *Niemand in de braeck sal mogen visschen*, § 2. ib. nulli licet in disrupti aggeris lacuna piscari. F.u. *wetir-brekma*, (irruptio, infractio aquæ), idem quod *throch-braek.*

braek, cg. instrumentum ferreum, quo linum separatur a cauliculis ligneis. Ang. *brake*, an instrument for dressing hemp or flax. — *Braek*, stipes ligneus vel fustis ferreus, fixus sed mobilis, quo pistores depsunt massam. Ang. *brake*, a bakers kneading-trough. Isl. *braka*, subigere. Ang.d. *brack*, a kind of harrow.

brack-lân, n. novales. Ang. Norf. *break*, land in the first year it has been ploughed or broken up after it

Digitized by Google

has long lain fallow. Halliw. *It lân brekke*, pascuum aratro frangere, Ang. *to break the land*, idem.

braek. cg. novale. Angli veteres *brake* pro septo pecoris sumebant, cum qua notione consonat Sax. l. *brake*, fruticetum salicum, cujus vimina ad sæpes texendas inserviunt. Bnl. I. 131. Halliwell p. 205.

braek ind bouw, novalia et arva.

braek lizze, jacere incultus; de arvo dicitur, *It lân leit braek.*

braek-ruch, (braakroeg) n. lini carminati rejectanea pars, quam impostores miscent cum lino integro, cuique addunt sæpe cannabin; *braek-ruch ind kjidde.*

braek, cg. domus ruinosa. *Alde braek.*

hus-braek, cg. effractura forum, fenestrarum (domus).

brik, cg. collective, fragmenta lapidum coctilium.

brit, confer in suo loco.

brok, confer infra.

Confer *bros*, *brizelie*, *brozelje* in minutas partes contundere. Ang. *brickle*, *brittle*, fragilis. Isl. *brytja*, frustatim concidere. Egilsson.

BRELEN, cg. *Di brélen*, locus vicinus vico Coldumo in pago Gaesterlandia.

BREM, BREIN, cg. muria cocta, e qua sals elicitur.

brein-sâlt, adj. præsalsus. Isl. *brimsaltr*, præsalsus; Ang. *salt as brine.* Isl. *brim*, n. æstus maris, mare; *m* labefactata fit *n* in Ags. *brin*, oceanus; *bryne*, æstus, calor. Ang. *brine*, aqua salsa, mare, *the foaming brine*, Shak-Tempest. spumaus mare. Flandri *brijn*, j. *pekel*, muria. Kil. Scoti *brime*, muria; *As saut 's brime*, Nl. *brein-zout.*

BREMELSE, Dithmarsi, fimbria, instita. *Witte bremelse um den pels.* Nl. v. *breme*, *bremel*, fimbria. Kil. Dani *bremme paa klæder*, limbus tunicæ. Confer Id. Holst. *bremelse.* Jun. Et. *brim.*

BREMEN, urbs Brema. *Di man is sa wiis as it steds-hûs fen Bremen*, sciolus est. *Hy snuft as ien Bremer.*

BRESHAM, F. b. halitus, vapor.

breshmi, vb. n. F. b. vaporem emittere. Ags. *bræth*, m. spiritus, odor. Ang. *breath*, spiritus. halitus; *to breathe*, spirare, efflare; *breath*, cum terminatione *-am*, *-em*, fit *breath-em*, et *th* transiente in s, vel *d*, *breasem.* Hd. *brodmen*, vaporem emittere. Confer F. *azem* ex *athma.*

BRESTED, urbs Frisica apud littus occidentale Sleswicæ. Ang. *Brested*, urbs Cantiæ, Sutton.

BRETTEN, pl. tabulæ laterales superiores alvi navis, quibus ejus margo formatur. Synonyma vox Hol. *oplangers.* — *Bret*, asser, pro *berd.* Kil. Sax. n. *brot*, pro *bord*, n. tabula.

BRY, cg. puls ex farre, lacte, vel lacte agitato macerato. W. o. *brí*, n. puls ex lacte agitato, synonymon *wónsup*, n. E. I. 362. Ags. *briv*, m. Ang. v. *brewis*, *browet*, *breyt*, puls, frusta panis pulte vel adipe macerata. Ags. *brivan*, miscere, coquere cerevisiam, Nl. *brouwen. Bry* idem esse cum *brouw* probant autores Nl. ex. gr. *Knecht*, *ick slurp maer pap en brouw*, Venne, belach. werelt, 70. *Soeter as de rysten-brouw*, ib. 49, hodie *rysten-brij.*

bryke, n. diminut. Ad infantem *Wotte bryke ite?* Hol. *Wilje pappetje éte?* Vis ne pulticulam? W. G. 56.

bry, cg. puls, præsertim ex lacte *moalken-bry;* ex lacte agitato *supen-bry*, sive cum farre, sive cum hordeo delibrato; cum frustis ventriculi bovini *panse-bry.* Scoti „*bree*, *brie;* „*brew*, *bro*, broth, soup." Confer Jamieson in voce. Scoti per diæresin *berry* pro *bree*, in *bread-berry* (puls panicea) that food of children which in English is called *pap*, F. *wjekkebak.* Jamieson. Hol. *pap*, idem quod F. *bry*, quo tnm veteres, tnm juniores aluntur, sed *pap* infantes soli. Ang. v. *bry*, a kind of tart. Warner. Wright. Prov. *Di bry is op it hjilst as er opscept wirdt*, res humanæ maxime movent animos cum primum oriuntur. F. b. *A brei wârt egh so hiat îdjan üs 'r apden waert.* Joh. 58. In genere phrases et proverbia remotarum insularum ad assim respondent eis nostræ Frisiæ; ex. gr. *Rike lius syktmen ind éarmlius pankuken ruke fier*, F. b. *Rikmâns krânkhâid an ârmmâns pankuken stirmi fiir*, divitum minimi morbi magni penduntur. Joh. 57.

to bry bidde, W. G. invitare ad festum natalitium, quo convivis offertur puls oryzæ. *De brij is op*, *'t best fen de deij is weij*, ferculis consumtis optima diei pars præteriit; scomma in parasitos. Burm. 9. *Buter yne bry is*

Digitized by Google

wol myn fly, MS. pulti coctæ ex oryza et lacte delicatiores addunt frustum butiri; inde phrasis *ien stik buter yn 'e bry*, fortuna secunda inopinata. *Stellen ind léagen is him mei di earste bry ynjown to iten*, mendacia et furta a teneris didicit.

Hy sit danich yn 'e brouw vel *yn 'e bry*, sedet vel hæret in liquamine, luto. i. e. versatur in angustiis. Nl. *Een jonge en teere spruyt te brengen aen den bry*. Cats, Houelijcx-fuyck. 4° p. 5, corrumpere teneram virginem et miseram reddere. Hol. *iemand in den drek helpen*, conjicere quem in conturbationes.

bry-bek, cg. (os pultis) pultis amator. Scomma in incolas urbis Worcumi audit *Warkumer brybekken*. *Brye* tamen et notat frangere literam *r*. Ang. *to burr;* hoc sensu *bry-bék* foret os frangens literam *r*, ut cives Newcastliæ, qui eodem pronuntiationis vitio laborant, Halliw. 221, omisit Wright.

bry-iter, cg. qui prandit et cœnat pulte. Inde antiquum convitium contra gentem Roordanam, *Roorda-brijijtters*. Burm. 58.

bry-leppel. cg. cochlear ex plumbo candido, haustriolo rotundo. *Di sunicheid is di fuem mei di bryleppel ynjown*, a teneris parcimoniæ studio est imbuta virgo.

bry-poat, cg. olla, in quam puls cocta transfunditur. Prov. *Di hispel past nat op di brypoat*, cave ne contraria inter semisceas. *Dy nat fjirder wæst is as memme-brypoat ken nat mei prate*, taceat qui non perigrinavit, neque alia quam in sinu familiæ expertus est. *Dy by memme-brypoat bliuwe wite nat hwat yn 'e wrâld to dwaen is*, qui domi semper hærent rerum humanarum ignari sunt. — Nomen parvi lacus Utingeradelæ vicini vico Ter Horne, *Iléalân' oan 'e brypoat*. Frisii amant nomina quorundorum pratorum fertilium ducere a deamatis cibis, qualia sunt *di pankoek*, laganum; *di krintsboale*, panis triticeus mixtus uvis passis Corinthiacis. — Nota ollam pultariam pingi in insignibus Frisiæ borealis, in memoriam, ut fama fert, mulierum Frisiarum quæ in prælio contra Danos recedentibus viris pugnam renovabant projecta in hostem pulte bulliente, unde viri se recipiebant et tandem victoriam reportabant. Mullenhof, sagen. p. 73. § 75.

jiers-bry, ptisanarium oryzæ lacte maceratum, butyro mixtum, pertrito cinnamomo et sacharo conspersum, quod Frisii comedebant primo anni die.

rîzen-bry, cg. puls ex lacte, oryza et butyro, conspersa saccharo et pulvere cinnamomi; præcipuum ferculum in festis et conviviis rusticorum. Ellyptice *bry* pro festo natalitio. *Di thjeaf kriget 'n waerme pof mei rîzen-bry*, (fur excipitur paniculo calido et pulte ex oriza) fur damnatus est pœnæ stigmatis et scuticæ. Lusus est in voce *rîzen*, virgæ et oryzaneus; cædebant fures Frisii vîrgis. *Pof*, paniculus rotundus delicatior; *warem*, calidus, innuit stigma.

bryich, adj. pultis instar cœnosus, luteus *Di bryige wei is yette nat bislimpe*, via lutea nondum consolidata est.

BRIAST, F.v. BRAST, BRUST, unde inversis literis *burst*, *borst*, F. *boârst*, pectus, mamma feminæ. Nationes affines Sax.v. Isl. *briost*, Ags. *breost*, Saterl. *brust*, habent *bra*, *bri*, *bro*, posteriores *bar*, *bir*, *bor*, ut et F.b. *burst*, f. Bend. 32. Anglorum *breast* est ex F.v. *briast*. F.v. *enre frowa hira wartha of tha briaste;* Hind. *warten*, papillæ, F. verruca, ut Hd. *warze*, Nl. *wrat*. — Fris. vet. *brust* jam vertebant in *burst*, ex. gr.

burst-ben, F.v. os sterni, scutum pectoris Ags. *breost-ban*, Saterl. *brust-ben*.

burst-breke, F.v. disruptio sterni.

brust-wunde, F.v. vulnus pectoris.

BRYE, vb.n. literam liquidam *r* fracto sono pronuntiare. Angli inversis literis *to burr*, Nl. *brouwe*. Gal. *Avoir la langue grasse*, *grasseyer*. Ut *brye* pro *byre*, Ang. *burr*, sic F. *bruye*, verberare, pro Isl. *beria*, Lat. *ferire*.

Fractus sonus literæ *r* est loquelæ defectus, quo omnes incolæ quarundam urbium premuntur, inter quas sunt Zwolla Neêrlandiæ et Newcastela Angliæ. Inde phrasis Ang. *He has the Newcastle burr in his throat*, et paronomasiâ *Bur-Castle* pro *New-castle*. Inde forsan et incolæ urbis Frisicæ Worcumi appellantur *Warkumer brybekken*. Consule tamen *brouwe* in *bry*.

BRIEDE, vb.a. torrere, frigere; incubare, F.v. *breda*, torrere. *Briede*, pf.

Digitized by Google

BROS, adj. fragilis. Ags. *brysan*, Ang. *to bruise*, conterere, unde freq. F. *brízelje* et *brozelje. Bròsse twjibak*, paniculus bis coctus fragilis. Per euphemismum *bròs wæze*, (fragilis esse) crepere. crepitus ventris emittere. Confer *brokkel-éarzich.* — Irritabilis, non contentus, iratus. F. *koárt fen stik*, Ang. *touchy*, Nl. *licht geraekt;* Gal. *fragile. Hy siucht bròs*, oculis videt insuavibus.

brozelje, vb.n. in frusta verti, frangi. *Di wâlen brozelje*, ripæ defossæ solvuntur in frusta. *Di knipierde brozelt*, terra dura et macera rumpitur frustatim. *Druge wrakke tsjiis brozelt*, casei sicci et rejectanei solvuntur in frusta. *It lekken bigint to brozeljen*, fila panni partim solvuntur. *It brozelt er by âf*, pars a toto minutim dirumpitur.

brozelich, adj. fragilis.

BROT, n. fœtura. Vide supra 509.

BROTH, m. et n. W.o. vapor E. I. 362. Ags. *bræth*, m. spiritus, odor. Ang. *to breathe*, spirare.

BROUWE, vb.a. miscere potum, præcipue vinosum vel excitantem. pf. *brouwde*, pf.p. *brouwd. Biar brouwe*, coquere cerevisiam. Tam literis quam notione *bruwe* sive *brouwe* rite quadrat cum Græc. φύρω, misceo, affundo, condepso. Τὰ ἄλφιτα πεφυρμένα ὕδατι καὶ ἐλαίῳ, Xenophon.

Ags. *breovan*, coquere cerevisiam; pf. *breav*, pl. *bruwon*, pf.p. *broven;* st. *briw*, jusculum, F. *bry*, Sax.n. *bri*, puls. Kil. *bruwe*, *bruwet*, jusculum, liquamen. Ags. *broth*, Ang. *broth.* — Isl. *brugga*, miscere potum, temperare, pf. *brugatha*, pf.p. *bruggat.* Egilsson. Ags. *brig*, *brîw*, jusculum. F.v. *briuwa*, coquere cerevisiam; 3 pers. præs. *brout.* Nl. *brouwen*, pf. *brouwde.* Nota miscendi potum notionem esse primariam, et *biar* subintelligi, si *brouwe* valet, cerevisiam coquere. Neerlandi, Frisii et Scandinavi perdiderunt perfectum primitivum.

inbrowen biaer, F.v. cerevisia in ipsa domo in usum familiæ cocta; Ang. *home-brewd ale* opponitur cerevisiæ calidæ sumptuosiori, vel *dubelbiar*, Ang. *double beer*, Shak.

brouwe, verbum frequentatum in caseis figurandis. Coquit rustica aquam, qua coagulatur lac, in maximo catino, qui vocatur

brou-tsjettel, cg. *By liu', dy er nin wize op sette, is hundert goune ien béan yn 'e broutsjettel*, in manibus decoctorum centum floreni „ fabam in catino maximo," i. e. neque hilum valent. *Ien baen ijne broutjettel*, Burm. 64.

brou-doek, cg. linteum crassum rarumque, per quod lactis massa coacti colatur.

Digitized by Google

brou-tonne, cg. dolium, quod excipit serum percolatum. *Di aden brouwe*, sinus lacteos aqua calida purificare.

brouwe, metaphorice, efficere, parere, moliri, Nl. *quaed brouwen*, clanculum parare malum, Lat. *coquere bellum, consilia.* F. *Hwat heste my dær brouwd? Ky koft ind nat bitelle?* Quid mihi peperisti? Emistine vaccas easque non solvis? — Isl. *brugga*, miscere potum, coquere (cerevisiam), machinari, struere mala; *brugga svik*, parare insidias. Ang. *brew*, to contrive, to plot. Lat. Barb. *briga*, partes, factio, Gal. *brigue*, cabale, intrigue. — Ang. North. *brog*, a swampy place; East. a trick. F. *bròggе*, *brugge*, frustum panis butyro illitum. Ang. v. *butterham*, Wright, Hol. *boterham*, Hd. *butter-brot*, Gal. *beurrée.* — Ang. v. *browing*, soup, pottage.

broute, brouwt, cg. tantum cerevisiæ quantum una vice coquitur. Scoti *brouwest*, *brouwst*, idem. Jamieson. Cf. *bakt* in *bakke.* Ags. *breov*, n. coctio. F. *yn 'e brou sitte*, angustiis urgeri: figura desumta a *coquendo* mala. Scoti *brouwst*, eodem sensu. Jamieson. Nl. *in de broei zitten*, Lat. *hærere in sordibus.* Cic.

BROUWE, vb.a. commissuras navium ferruminare stupa. Operarius, læva manu comam stupæ et cuneum ferreum tenens, rectâ illam malleo incutit in rimam. Inde phrasis Hol. *Mijn vader was geen breeuwer; ik laat mij het werk niet uit de handen nemen*, (pater meus non erat obturator navium; haud patior mihi stupam e manu sumi). Lusus est in duplici notione vocis *werk*, opus et stupa; provinciam, quam nactus sum, ipse orno, neque tradi alio patior. *Breeuwer* nunc corruperunt Hollandi in *Bremer*, civis Bremæ; *mijn vader was geen Brémer* cæt. Confer *Bremen* Bnl. I. 138. *Hy brouwt throch di naden*, (non adigit stupam in rimas ut obturentur, sed per rimas, quæ hiscere pergunt) bacchatur dilapidatque bona. Nl. *brauwen*, unde Hol. *breeuwen* et F. *brouwe. Brauwe* autem villosi sive criniti quid notat; ex. gr. Isl. *brâ*, f. cilium, pili palpebrarum. Ags. vacillant inter *bræv brev* et *brwa;* Sax.v. *braha*, *brauua*, Ang. *brow*, supercilium. Ex *brow* fluxit F. *brouwe;* ex *brev* Nl. *breeuwen.* Nl. (Kil.) *brauwe*, *brouwe*, cilium, supercilium; limbus pelliceus vestis; *brauwen*, ornare, comere. Ang. *to brave*, venustare; Shakespeare in Rich. III, *the sun braves the east*, sol matutinus exornat orientem. Ang. *brave*, adj. splendidus, *with blossoms brave bedecked daintily*, Spenser, F. Q. I. VII. 32. *For I have gold and therefore will be brave,*
In silke I'll rattle it of eury colour.
Greens Tu. Q. O. Pl. VII. 35.
Ang. *brave*, comtus, excellens, nobilis, magnificus, fortis. Lat. *ornatus*, excellens, honorificus. — Verbum *brouwe* propria notione igitur est, per rimas supercilia stupæ ducere.

brauw, adj. probus, bonus. adv. bene, rite, valde. W. G. 38, 44.

brou-hammer, cg. malleus ligneus annulis ferreis in extremitatibus munitus, quo cuneus adigitur in navis rimas.

BRUDEL, vb.a. W.o. nectere. F. *breidje. Brudel* ejusdem est formæ cujus *broddelje*, supra 500.

brûdel-gôder, n. W.o. acus, fila, omne instrumentum nectendi. Cf. *breidje.* E. I. 362.

brudel-nadel, f. W.o. acus longa, qua nectunt, F. *breidnidle.* Ibidem.

BRUYE, vb.a. verberare, vexare, illudere. Inverse pro *burje*, Sax.l. *buren*, verberare, Bnl. I. 169. Gal. *bourrer*, Ags. *berian*, Isl. *beria*, verberare, Lat. *ferire.* Confer *brauwe*, ferire. — F.v. *brida*, (pf. *breud?)* trahere; *mit brudena suerde*, stricto gladio, Nl. *met getrokken zwaerd.* F.o. *De noese breud of tuikket 3 schilling*, Ostfr, Landr. III. c. 68, pro naso tracto vel presso 3 scill. mulcta. Sax.l. Hamb. *bruden*, illudere, molestare, exagitare. Confer omnino Richey Idiot. Hamb. 25. Ags. *breothan*, perdere, pf. *bread*, pl. *brudon: abruthon*, destruere. F.b. *brüe*, vexare, aliquem ludibrio irritare. Bend. 6. F. Junius asserit vb. Nl. *bruyen* olim notavisse „implere" eo sensu, quo brutæ animantes implentur, quotiescunque abhibitis admissariis fœtum concipiunt. Improbat porro rudiores Belgas hoc verbum, olim non inhonestum, passim quadam minaci violentia usurpare, cum dicunt, *Wat gebruy is hier?* quid hic turbarum est? *Bruyt van hier!* Apage! Cum qua

Digitized by Google

observatione, si vera est, comparari potest phrasis similis, in ore plebis Hollandicæ, *Wat geneuk heb jij? Neuk heen!* Apage! *Neuken* enim est, inire feminam. Jun. Et. *bride.*

Hwa klapt kriget ien pak bruyen, qui socios prodit vapulat. — *Ho bruyde ik allike wol dy bonte kater meye hoanne!* ut illudebam, decipiebam eum causidicum W. G. 28. confr et p. 33. — Tangere, attinere, *Hwat bruit my it raebjen fen di frouliu!* Quid ad me mulierum garrularum fabellæ! Nl. *Wat raken mij de praetjes der vrouwen!* Hol. ex trivio *Wat neukt mij 't geteut van de wijven!* — *Foárt* vel *hinne bruye*, abire. *Ién nackt oan 'e swier dat mei hinne bruye, twa is to folle. Brui hinne*, apage! (Nl. *trekken*, trahere, ire.) *Brui nei di galge! βάλ' ἐς κόρακας! Hinne bruye*, per me licere. *Earm is net bæst, mar bliuwste trou ind eerlik mei it hinne bruye*, paupertas malum est, si tamen justum honestumque colere pergis ferri potest.

brui, cg. quæcumque res, machina, instrumentum. *Lit Waetse den hispelje; ik ken dy bruy sa neat omdraye*, W. G. 6. *Naet ien bruy*, ib. 13, ne hilum quidem. *Hy hat di brui wei*, captns est.

gebrui, n. molimen, turbans actus, molestia. *It trouwen fen ien doaiter jouwt ien hopen gebrui*, filiæ nuptiæ haud parum molestiæ aspergunt parentibus.

bruyer, cg. verberator. *Dy keerdel dat is ien bruyer ind ien feóchter*, homo ille est verberator et pugnator, i. e. semper pugnace agit vi. — *It is ien rare bruyer*, homo immodicus actione et lingua. *Ien lossen bruyer*, homo levis et temerarius.

bruyery, cg. quodcumque negotium, promiscue quævis res.

forbruye, vb.a. male agere, corrumpere, gratiam alicujus perdere delicto. *Dy it by di héren forbruidt ken nin goed mér dwaen*, qui magnates offendit recte faciendi potestatem perdidit. *Di jungkeerdel het it by di rike omke mei syn supen ind flokken forbruid*, inconditis verbis et potationibus gratiam divitis avunculi perdidit. Sax. l. Hamb. *verbruden*, corrumpere.

forbruid, adj. corruptus. *Di boel is forbruid*, malis consiliis res perdita est.

forbruid, adv. valde, vehementer. *Forbruide kâld, forbruide thiuster*, vehementer, sæve frigidus, valde obscurus. *Di âldman is forbruide gek op syn faem*, senex perdite amat famulam suam.

BRUKE, vb.a. uti. pf. *brûkte*, pf.p. *brukt*, ger. *to bruken.* (Lat. *frux, frugis;* (frugi) *frui, fructus sum* = Germ. *bruki.)* Perdidit conjugationem primitivam obviam in vb. Ags. *brucan*, pf. *breac*, pl. *brucon*, pf.p. *brocen.* Ang. *to brook*, frui. F. v. *bruka*, ger. *to brukena, bruken; to brukam*, Chart. 496, b. *bruka, hebbe ende haulda*, Gabb. 141, uti, possidere et servare. *Bruka, bysighia, en bysitta*, Gabb. 141. *Hy brukt bæst lân; mar ken di hier nat meitse*, usurpat agros fertiles conductos, sed mercedem consequi nequit. *Hi brukt it lân um 'e helte fen 'e frucht*, colit agrum conductum mercede dimidii proventus. — *Di musen kenne it lân' wer bruke*, mures prata, quæ florent tenera herba quorumque terra est mollis, iterum admordere valent. *Hy brukt to folle drank; meitse nin stéat op him*, nimis est inter pocula. *Hy brukt ien bytke yettick ind hunich foár 'e kiel*, utitur melle mixto aceto contra anginam. Marcus I. 6, Vulg. mel silvestre edebat," Ags. North. *wudu-hunig he wæs brucende* vel *gebréc*, Ags. *he æt.* F. *Ku er nu minschen frette, hy bruwkte de iene for flæsk in de ore for brea'*, M. S. dummodo posset devorare homines, alterum comederet pro carne, alterum pro pane; in hominis hiantem avaritiam. — *Dy ien faem brukt, mat hjar eerlik meitse throch it houwelyk*, qui virginem usurpat (i. e. init) eam ducere oportet. Ags. *he mot wifes brucan and flæsces gif he silf wile*, Ælfric's epist. past. in All. ed. Thorpe. 8. 462. Sax. l. *bruken*, loco uxoris habere, Bnl. I. 148. — *Him bruke* (se uti, i. e.) se gerere, Nl. *zich gedragen*, F. *Wy matte us sa bruke, dat wy di kóp opstekke doare*, ita nobis agendum est ut neminis cavillationem timeamus. *'n Arbeidersman, dy him goed brukt, is syn léan wirdich*, operarius diligens sua mercede dignus est. *Hy is âld ind karbintich, mar hi hat him yn syn jonkheit eak noch al brukt*, senex tenetur corporis vitiis, sed in juventute multis laboribus insudavit. — *Dou biste min to bruken*, male moratus es et

Digitized by Google

intractabilis. — *Men matte di tiden bruke lyk as hja binne*, in mercatu tempori cedendum est.

brukma, cg. consuetudo.

bruking, F.v. usus fructus, occupatio. Jur. II. 156. Ags. *brucing*, functio, occupatio.

bruksom, adj. tractabilis. *Bruksom lân*, faciles tractatu agri. Terminatio *som* Nl. *zaem* est et in *han-som waer*, tractabile cœlum; *siung-som sankje*, cantilena commoda; *sny-som throchgéan*, immodice grassari.

BRUKKAT, adj. F.b. varius, versicolor. *Brukkat lummer bidüdi sterwan*, agni varii portendunt mortem, F. *bunte lammen bitkiute stjerren (déa.)* Joh. 23. Scoti *brocked*, *broakit*, idem; *a broakit cow*, a cow having black spots mingled with white in the face. *Brauket*, idem. Bend. 163. *Broket*, Outzen. 35. Scoti *brocked*, *broakit*, tinctus colore ex albo et nigro mixto. *Broakit cow*, vacca caput maculis albis et nigris distincta. Jamieson. Sueth. *brokot*. Videtur fluxisse e verbo tali quali F. *brekke*, pf. *brák*, pf.p. *brütsen;* Nl. *breken*, pf. *brak*, pf.p. *gebroken;* F.u. *breke*. pf.p. *broken*. Lat. *color se frangit*. Cic. Res variegata fracta colorem est.

BRUN, (BRUUN), adj. fuscus. De noctis umbris fuscis poeta, *Nachtwâdsters eag belitsen mey ien wolck; Fjild, wetter, luft oerteyn mey tjuester bruyn*, G. J. I. 15. *'k Sjogh de nacht al rju forfleyn Mey syn bruyne wjuwcken.* ib. 57. Gal. *Il commence à faire brun*, la nuit approche. — *Brune eagen*, oculi subaquili. Prov. *Di brüne piper is di bæste*, piper fuscum est optimum, i. e. puella oculis fuscis præstat calore aliæ oculis cœruleis. *Brun-éachje*, puella suavis oculis aquilis, Gal. *brun*, *brunette*. — *Ien brun hynzer*, equus fuscus in genere. *Di brüne*, equus fuscus; cum articulo demonstr. certus indicatur equus. *Brune*, nomen ursi in Renardi fabula. Isl. *brunn*, m. equus badius. *Brun-bles merrie*, equa fusca notata macula albâ in fronte. — *Brüne beántsjes*, phaseoli oblongi fusci, Hind. *brune banen*, idem. Nota formam diminutivam substantivorum Hindelopensibus ut Anglosaxonibus et Frisiis veteribus deësse. Hodierni ex *béan* formant dim. *beánke*, *beántsje* (bjentsje). — Tropice *ien bruentje*, aura levis æstate paululum crispans planitiem placidam lucidamque aquarum, Hol. *een bruintje*. — *Brun sjæn*, *swart sjæn*, torvis spectare oculis. Ang. Wilts. *a brown-day*, a gloomy day.

BRÛN, (BRÜEN) n. p. v. Isl. *brunn*, idem. Ags. *Bruna*, idem. Ang. *Brown*, n. patronymicum. Goth. *Brunjo*, lorica. Isl. *Brun*, supercilium. *Brunihild*, n. p. f. filia Athanagildi, regis Gothorum occidentalium. Först. I. 285. — *Brun*, gen. *Bruns*, n. patronymicum, *Brunsma*, idem.

brunicke, brunick, n. p. f. C. M. 148. Confer *Reon*, n. p. v. *Reonke*, *Reonk*, *Reonts*, n. p. f. *Reonixa*, n. p. f. *Malorix*, *Tentorix*, n. p. virorum. *Alverick*, n. p. v. F. o. C. M. 147.

BRUNE, cg. angina maligna. *Di brüne*, *brune yn di kiel*, Ags. *brunethan*, Somnerus. — Ags. *bryne*, inflammatio; *bryn-adl*, febris. Hd. *bräune*, (breune) Kil. „*bruyne*, angina, synanche; ovis vitium cum linguæ tumore et exasperatione, siccitate et nigredine, unde et nomen Teutonicum habet."

BRUS, BRÛS, BROES, BRUISSE, n. p. v. Isl. *brúsi*, n. p. v. *brusi*, m. vir barba promissa, caper. *Barbatus* Latine erat, et homo longa barba, et hircus. Hol. *broes*, n. patronymicum.

BRUZE, vb.n. de aqua, fervere cum spuma. *Di kou jouwt sa folle moalke*, *dat it brúst oan 'e neilen ta. Di wâgen brûze*, undæ spumescunt. (Isl. *brusa*, æstuare; *brusandi bara*, fluctus æstuans.) *It scip brúst throch di weagen*, navis velificans spumam citat. *Enone seach her ljéawers scip bruwzjen*, G. J. I. 42, velificare impetu. — *Di sea brúst*, strepit e longinquo mare motum.

brûs, n. spuma. *It brús stiet di man op 'e mule*, spuma tumet in labris hominis (morbo caduco oppressi.) *Brús op it biar*, spuma cerevisiæ. Hol. v. *bruys*, hodie *schuim*. F. o. *bruse*, obbæ os.

brûze, vb.n. flare cum strepitu. *Di wyn brúst*, strepit ventus. *Di wyn brúst hird op ut it easten*, ventus flat tempestuose ex oriente. — Nl. v. *bruisen*, Hd. *in saus und braus leben*. Hol.

Doe Hans Poep een schip voerde van (hondert lasten,
Doe braste en bruysde hy, en had altijt (gasten.

BU, (boe) sonus vel vox hiscentis. *Nin bu oaf bá*, ne verbum quidem. *Ik freagge*

Digitized by Google

di grütsce gek nei di wei, mar hy sei bu oaf ba, petebam a moro superbo ut mihi monstraret viam, at ille ne verbum quidem mutiebat. *Ba* redit in *ba-bok*, supra 434. Ang. v. *A certayne persone being of Socrates bidden good speede saied to hym againe buffe ne baf.* Udal, apophth. fol. g. Wright, I. 265, qui recte vertit, *made him no kind of answer.* In dialecto Northamptonshire *buff nor bum*, Glossary, Baker, 84. Ang. v. *baffe*, latrare, Nl. v. *baffen, beffen*, idem, hodie *blaffen. Buff*, to emit a dull sound, to bark gently, ibidem, Wright. F. v. *bluffe*, jactare. *To bum*, bombilare. Confer *bof* et *plof*. Neerlandi veteres *bu of ba* de quacumque re usurpant quæ deest, Limb. III. 269, *Wine wetenre of bu no ba*, Leken-Sp. I. c. 16. vs. 45, puer recens natus videre vel audire, ire vel stare nescit *bu of ba.* At Flandri ut Frisii de responsi recusatione, *bu noch ba teghen segghen*, Oude Vl. gedicht. II bl. 58. vs. 53. F. o. *bubá*, acerba fremens.

BUCHTER, BICHTER, BIGTER, F. o. ager alluvialis apud maris littus, a primo possessore ut inutilis derelictus, sed postea ab alio iterum in possessionem assumptus. Vox ex legibus F. o.

BUDDE, vb. n. F. b. sese volutare in sicco pulvere, ut gallinæ solent, præsertim si sol est. Bend. 24.

BUDDE, n. p. v. Isl. *böth*, pugna. — *Bade*, n. p. v. Ags. *beado*, prœlium; *Beadan-ford*, Ang. *Bedford.* Ags. *Baddanburh*, Ang. *Badbury.*

BUDE, BOEDE, spectrum, larva, larva torva. *Bude fen ien keardel*, homo taciturnus, torvus et inhumanus. Sax. l. *buthe*, spectrum. Osnabrugge *budde*, diabolus. Teuth. *budde, spoick, mom.* Sueth. *butt*, torvus. Goth. *bauths*, mutus, surdus. Nd. *bodeke de gheyst*, Bergh. Mythol. Wb. p. 20. Confer Gr. Mythol. 474. 2ª ed. Hd. *butze.* Pro *botse* Nl. v. *potse*, in *pots-hoofd*, caput tumens magnum; *pots-hoofd, kappert*, lamia. Pro *pots*, obtusus, F. *plotsk*, obtusus; *plotske throánje*, facies retusa, i. e. rotundior et non prominens.

BUDE, cg. tumor, tuber in cute ictu vel casu læsa. *It bern falt him ien bude foár 'e holle*, infanti cadenti tumor in fronte citatur. „*Buyde*, carbunculus, H. Jun. 462, a." Kil. „*buye, buyde*, Fris. Hol. anthrax, carbunculus pestilens." F. *bude* non est anthrax, sed tantum tumor ex contusione ortus. (Confer *buye, bui*, Nl. nymbus, procella, a tumendo. F. *buoi*, idem. Ang. *to buoy* (tumere) *buoy up*, ascendere, crescere; fluitare.) F. u. *büde*, idem. Ang. *bud*, gemma, oculus rami. Nl. *botten*, protrudere, germinare. Kil. *botten als een gewel*, caput (ulceris) facere, Gal. *a-boutir*, venir a suppuration, en parlant des tumeurs, des abcès; *bouton* gemma, nodus rotundus ex osse vel metallo. — Cum *bude* confer F. *pude* sacculus, sive ex linteo, sive ex papyro. — Ex *bude* oritur dim. *budeke*, contracte *budk*, Ang. *botch*, ulcus, tumor, Nl. (Kil.) *butse, botse.* Gal. *bosse*, tuber vel tumor ex ictu.

Isl. *budda*, f. pera, crumena; *budkr*, pyxis. F. *bütte*, cg. capsa lignea forma ellyptica, peræ viatoriæ vices præstans, in quam viator reponit panem, ova, quædam vestitui necessaria. Ags. *byden*, cupa, dolium; *butte, but; bytte, byt*, dolium, orca, lagena, Ang. *butt.* Isl. *bytta*, situla, urna; Nl. v. *butte, botte*, (Kil.) dolium. Gal. v. *boute*, tonneau, futaille, Gal. *boutique*, officina, taberna. Gal. *boète, boite.* Ang. v. *budge*, Kennett, a bag or sack; a kind of water-cask. Ang. *budget*, saccus, fiscus. Nl. *buidel.*

budelje, buddele, F. o. bullire, sese cum murmure aquæ lavare. Stür. F. *bulje.*

boddelje, vb. n. bullire. *Op-boddelje*, in bullas ex aqua surgere.

BUDEL, m. W. o. omnia bona rei familiaris, multitudo. E. I. 862, *Wat ha dan man dait wûf in 'n budel sit latt*, F. *Hwat hat dy man dat wiiw yn 'n búl sitte litten*, quam turbatæ sunt res in quibus moriens maritus suam reliquit uxorem. Vide *bodel* 421.

BUDEL, cg. (büdel) F. u. crumena. Nl. *buidel*, Hd. *beutel.* F. v. distinguunt inter *budel* et *bigerdel.* F. v. *budel*, f. marsupium, pera. Vide *bude.*

bul, F. u. (büül) sacculus. *Bultsje*, sacculus papyraceus. F. u. *büle*, F. *bude*, tuber cutis, tuber ex læsione ortum.

buddel, F. o. lagena. Ang. *bottle.* Gal. *bouteille.* Confer tamen Isl. *bytha*, vas conicum.

budel-pest, cg. penuria nummorum inopia pecuniæ.

budelje, contracte *bulje* (boelje) Hol.

Digitized by Google

builen, per saccum rarum cribrare farinam.

bulje, vb.a. cribro longo incernere farinam in varias species. A *bule*, saccus; veteres enim farinam in sacco raro, hinc inde concusso, cribrabant. Nl. *buydel*, bulga, crumena, sacculus; *buydelen*, cribro incernere; Ang. North. *buddle*, to cleanse ore. Nl.v. *buydel-sack*, cribrum farinarium, Hd. *beutel-sack*. Ex *bulje* Gal.v. *bulter*, inversis literis hodie *bluter*, Ang. *to bolter*, *to boulte* et *to bolt meal*, cribrare. Ang. North. *bolted bread*, a loaf of sifted rye. (Confer tamen Isl. *bullt*, n. motus creber, rotatio, cum Ang. *bolt*, cribrare.)

bul-mounle, cg. machina post saccum inventa ad cribrandum far; constat ex quatuor asserculis satis longis parallelis, compactis in formam parallelopipedi, super quo lintea diversæ raritatis farra diversæ tenuitatis transmittentia, sunt expansa; hæc compactura locum tenens sacci antiqui et inde *bul-sek* (boel-sek) appellata, accipit far molitum, et succussante motu in gyrum agitata similas separat ab utriculis. Hd. *beutelmule*.

BUE, F.b. laborare. Bend. 6. Vide *bouwje*.

buing, f. sementis in vere, ibidem.

BUFFEL, cg. proprie, bubalus, sed in usu, homo inurbanus et repellens. Wangeroog *buffel*, m. idem. E. I. 362.

BUFKE, BOEFKE, n. corculum. Confer *boef*, nebulo. Hol. *schelm*, nequam, *Schelmpje!* dulce caput; *Dief*, fur, *Diefje!* deliciæ meæ. Amantes sæpe amorem significant convitiis diminutivis. Sic pater ad infantem primigenitum, W. G. 56, *du guwtje*, *du boefke*, *du scelmke*, *du hounsfotje!*

BUGJE, BÛGE, (boege) vb.a. et n. flectere, flecti. pf. *búgde*, pf.p, *búgd*, ger. *búgen*. Frisii perfectum primitivum perdiderunt. Ags. *bugan*, pf. *beah*, pl. *we búgon;* pf. *bogen;* F.u. *büge*, pf. *boog*, pf.p. *bogen*. ger. *bügen*. Nl. *buigen*, pf. *boog*, pf.p. *gebogen*. Isl. *buga*, curvare, inflectere; *bugda*, f. flexus, curvatura; *buga*, subterfugere. Gal. *bouger*, abire; *bouge*, demicercle qui est autour du fond de l'assiette, le milieu ou la partie la plus grosse et la plus elevée de la futaille. Ex *búgan* est *búch* (boeg) arcus proræ, *búgel*, annulus: ex *beach*. Ags. *beah*, annulus, F. *béage;* ex *boog*, Sax.v. *bóg*, annulus, F. *boage*, arcus; *boagje*, gyros percurrere.

Hy wol him nat búgje litte, (inflexibilis est) non flecti se patitur, vel necessitate, vel bonorum consiliis. *It mat búge oaf boárste*, si non flectitur rumpitur, ex. gr. arcus, pertica ferrea; tropice, ad extrema ventum est, *T mot búge off borste*, Burm. 67. Prov. *Better búgje as boárste*, MS. melius est cedere fato quam pervicacia perire. Ang. *Better to bow than break*, Ray. 81.

bûchsom, adj. flexibilis. Ags. *bocsum*, flexibilis, tractabilis, obediens. Nl.v. *boogh-saem*, idem, Ang. *buxom*, Ang.v. *bowghsomme*. *Hoe eeler hout hoe boegsamer twiech*, Burm. 31, quo nobilior arbor eo surculi flexibiliores. Laudat animum tenerum pueri, qui, ut ramus curvatur arboris egregiæ, obsequio curvatur. Isl. *Betra er tre sem bognor enn brestr*.

bûye, boeye, vb.a. deflectere equos arantes in dextram. *Hálde* (hâde) idem in lævam. *Umboeye*, vb.a. cum ad finem agri arandi ventum est quatuor equorum arantium duos posteriores deflectere ut anteriores in vertendo eos transire possint. *Umboeye*, *after-um-boeye*, et *oafboeye* sunt synonyma. Ex *búge* (boege) fit *búye* ut Danorum *böie*. Dongeradelæ.

bûch, cg. pl. *búgen*, flexus, curvatura. *It docht my seer yn 'e búch fen 'e knibbel*, dolore afficior in flexu genu. — *Búch fen it scip*, arcus proræ navis. *Dou maste my nat dwœrs foár di búch komme*, (ne transverse obviam veharis meæ proræ) ne mihi adverseris pertinaciter. *Búch*, latus navis. *Altiden oer ien búch sile, dat giet nat*, velificare nave semper ad idem vergente latus non prodest. Prov. *It is ien min scip dat op nin ién fen beide búgen sile wol*, homines intractabiles ubique exsulant. Fig. *Hy prebjerret it op alle búgen um ryk to wirden*, tentat omnes vias ad divitiæ.

bûch-spriet, cg. antenna dolonis ante proram; tropice, mentula. Phrasis nautica, *Hy hat awery oan di búch-spriet*, laborat lue venerea. Ex *spriet*, antenna, et *búch*, prora. Ang. *bow-sprit*.

bûgel, boegel, cg. circulus metallicus.

bûgel, annulus ferreus sphæristerii per

Digitized by Google

quem ludentes globum adigunt. Nl. v. *boghel*, *klospoorte* (Kil.) annulus ferreus sphæristerii, Kil. „*rolbane*, *buegelbane*, sphæristerium." H. Jun. ed. u. p. 214. *Ik ken nat throch di búgel*, per annulum transire nequit; tropice, non oportet. Nl. v. *Dat mag niet door de beughel*, Bred. Moor. Act. II. p. 5. *It ken nat throch di búgel*, *dat fammen juwns let op 'e baen binne*, non decet virgines sero vespere vagari per plateas. *Di faem spilet throch di búgel*, famula est impudica. Nl. v. *boghelen*, sphæra ludere per annulum. Kil.

bûgel-sjéas, Hol. *beugel-chais*, cg. biga duabus rotis; *bugel* dicta ab hemicyclis ferreis, quibus, in modum ventralium cingulorum, equi sustentant temonem. Hollandismus.

bûgel-tas, cg. ellyptice *búgel*, sacciperium muliebre. Hemicyclus argenteus, apud divites aureus, cui assuta crumena serica vel lanea acupicta, in quam mulieres condunt nummos et instrumenta pusilla. Pendet de zona mulieris, quare F. v. eam appellabant *bigerdel*. Animadverte veterum vestes nullis loculis fuisse instructas, eosque, quæ nos condimus in sacculis intus vestibus assutis, portavisse in marsupio de zona pendente. Van Wijn, Hist. Avondst. p. 128. tab. 3, 4. p. 144. not. Licias, de quibus pendebat crumena, secabant fures, unde Ang. *culpurse*, Nl. *beursen-snijder*, hodie *zakken-roller*, Gal. *coupeur*, Lat. *perenticida*, *zonarius*.

bûgel, cg. rete sacci formâ pendens de annulo ferreo, quo, extremitati asseris affixo, cœnum causticum ex ima palude trahunt.

fladder-bûgel, cg. saccus idem, sed major, quo cœnum bituminosum in fundo amplioris lacus hærens extrahunt, mixtum cum terra, cui incumbit.

boage, cg. arcus. Vide supra *boage*, 406.

span-boage, arcus, proprie arcus qui tenditur ad jaculandum; ellyptice *boage*. *Flitse ind boage*, idem quod *pyl ind boage*, sagitta et arcus.

bucht, f. F.b. flexura, curvatura; palma, victoria, principatus, Nl. *de overhand*. Isl. *buga*, flectere, debilitare, superare. Hald. *Bucht* Bend. 31 idem cum F. *bocht* supra 418.

bucht, F.o. sinus ripæ, membri flexura, articulus, *He het de bucht um de arm*, res in ejus manu est, molestias vicit, et potis est. In hac phrasi *bucht* proprie est funis flexus. F. *Hy háldt ien slach um 'e earm*, cautus est, promittit vel paciscitur sub conditione ne capiatur. Confer *bòcht*, flexura, supra 418.

BUI, vb. F. b. ornare, comere. Joh. 37. *Jü buidh her an hial stünje iar 's tu heuw ging*, illa se per totam horam comebat antequam templum versus ibat. Isl. *bua*, parare, ornare. Egilsson.

BUI, BOI, BUÓI, cg. procella sive venti, sive pluviæ, plurimum mixta. F. v. *bui*. *Rein-buoi*, imber. *Snie-buoi*, nives.

buoi, accessio iræ, quasi animi procella. *Hy hat it by buoyen*, interdum ex æstu et ira, F. b. *Hi hæt 't by beukan*, Joh. 5. *Aprils boyen*, breves procellæ mensis Aprilis, quarum nubila sequitur Phœbus: Prov. *Aprilbuoikes*, breves iræ feminarum; varium et mutabile semper femina. *As di buói opháldt is 't moai waer*, ubi procella desæviit serenum est tempus, i. e. ubi deferbuit feminæ ira mitis et benigna est.

buoyich, adj. procellosus. *Buoyich waer*, tempus procellosum.

âfbuoye, vb. n. pluviis et ventis desævire, spectat cœlum turbidum et procellosum. Nl. *buye* est ex *buyde*, quod tam nimbum quam carbunculum notat, et thema est vocis *buidel*, bulga, proprie omne tumens. Ang. *to buoy*, agitatus ventis undisque supernatare; *buoy on the flood*, Nl. *dobberen op den vloed;* Ang. *buoy*, lignum index fluitans super anchoram. Nl. F. *boei*. Ang. *to buoy*, tumultuose tumens surgere; *The sea would haue buoyed vp And quenched the stelled fires*, Shak. Lear, Act. III. sc. 7. *When the grand soul buoys up Leaving gross natures sediments below*, Young. Night. 5. Nubes motæ et tumentes, *the muse soars on through the buoyant atmosphere*, Mallet. Excursion. c. 2.

BUISKE, n. F. u. tunica (exterior.) Kil. *buys*, *gherneytken*, Hol. sagum, sagulum. Scoti *buist*, a part of female dress.

To mak them sma the waist is bound;
A buist to mak thair bellie round.

Jamieson, *buist*. Ibidem *to busk*, vestire, comere, colere. Prov. *A bonny bride is soon busked*, venusta sponsa

Digitized by Google

cito compta est; verum pulchrum non eget fuco.

BUK, (boek) cg. fagus. *Búken-béam*, idem. F.b. *beek*, Outzen. Ags. *bece*, n. et *bóc; bóc-treov*, fagus. Ang. *a beech; a beech-tree.*

BUK, cg. venter, tum hominis, tum animalis. In quibusdam phrasibus valet tantum de animale; ex. gr. *pine yn di buk*, tormina, de equo, sed *pine yt it liif*, de homine. *Di buk slacht it hynzer*, palpitat venter equo anhelanti. Prov. *En leegh buwck ken quelck de sliep fijne*, Burm. 13, venter vacuus difficile connivet somno. *Liaeue buwcken schilme ourlangzaem folle*, Burm. 43. Nl.v. *Men sal den lieuen buuc met staden vullen*, Harrebomée, bijlage, 148, ventrem tui dilecti ne repleas cibo nisi lente et modice; ne matris stultæ instar obruas stomachum infantis gulosi. Phrasis, *Men schoe him wol ien luws oppe buwck knippe*, Burm. 47, effarcivit ventrem extensum, ut in eo rumpat pediculum. — *Di buk fen it molkenfet oaf di tine*, muletralii venter, i. e. pars media extuberans. Ags. *buce, buc*, m. venter, lagena, hydria. Ang. *bucket.* — Ang.v. *bouke*, truncus corporis, (Chaucer), truncus arboris. F.v. *buk*, m. Nl.v. *buuc*, truncus hominis, corpus. Annot. in Maerl. IV. p. 237. Clignett, 293, 317.

buk-berrie, vide p. 228.

buk-bît, F.o. tormina (equi.) Stûr. 29.

buk-delling, cg. contignatio tegens costas navis fundi. *Delling* est ex Ags. *thele, thille*, (Somn.) tabulamen, assamentum, F. *thille*, ponticuli tabulatum, contignatio, Gron. et Ooststellingwerf, *dele*, solum, proprie, contignatio quæ plano pede est. Sax.n. *dêle*, area (triturantium.)

buk flæsk, cadaver animalis cæsi, exenterati et deglupti, absque capite et pedibus. Valet tantum de parvis animalibus qualia oves et vituli; *ien buk keálle-flæsk, — sojipflæsk.* Ludicre *ien scoan buk flæsk*, mulier obesa.

buk-gurl, (boek-gül) cg. cingulum circa equi ventrem. *Gürl* ex *gürdel*, Sax.v. *gurdian*, accingere. F.v. *gerdle* sed Ags. *gerdle* et *gyrdle.* Ags.North. *gyrdils*, m. zona. Nl. *gordel*, m.

buk-laper, cg. chirurgus, medicus; jocose dictum, proprie, resarcitor ventris.

buk-lemithe, f. F.v. debilitas sive mutilatio trunci corporis. Confer *buk*, dorsum.

buk-makker, cg. (ventris formator) maritus, in quantum ejus concubitu uterus uxoris tumet. *As di bukmakker komt, komt de boárstmakker eák*, papillæ sororiabunt si gravida fit e marito. Consolatio ad virginem mammis orbam.

buks-mjitte, cg. ventris mensura. Prov. *Elts mat syn eyn buks-mjitte wite*, quisque iu cibis noscat sui ventris mensuram.

buk-seck, cg. F.v. (ventris saccus) vestis feminæ ventrem et pedes tegens. Ang. *pettycoat.* Ang. *sack*, a womans loose robe; ellyptice pro *body-sack.* Confer Johnson. Hol. *sak*, toga laxa feminarum. Prov. *Dat comt fen lang preekien, sei de bagijn, en schiet ijne boeckseck*, Burm. 16, hodie, *ind sciet yn 'e rokken.*

buk-slagen, F.o. cordis pulsus vel tussis sicca equi. Stür. 29.

buks-wjergea, cg. virgo ingenio, forma, moribus viro certo commoda eique conveniens. *Wobbel wier riucht mijn buks weergae*, (weergæ) W. G. 9. ed. Wassenb.

buk-wunde, f. F.v. ventris vulnus.

güel-bük, (venter flavus) F.b. avis, Hd. *Rothkehlchen*, Hol. *roodborstje*, motacilla rubecula. Linnæus.

buk-fæst, adj. alvi continens, i. e. qui ephebis excessit et conjugio maturus est. Alio sensu Nl. *buyck-vast woonen*, fixam sedem tenere. Kil. *Myn junge is eak buk-fæst; hy síket al ien wiif.*

buk-seek, buk-siik, adj. intus fracidus, ex. gr. pyrum. *Di parren binne buksiik*, pyra intus mollescunt, Hol. *beursch*, F.u. *De peren würde beurs. Buk-siik*, proprie ventris morbo laborans, sed Sax.n. *buk-week*, idem, ventre emollitus.

bucket, adj. F.b. ventriosus. Nl. *buykigh. Bukkat uz an tan*, F. *thjok as 'n tonne.* Joh. 30. Ang. *bucket.*

bukje, vb.n. ventrem facere, curvari. Ang. Somerset *to buck*, to swell out.

podde-bukje, vb.n. lento et difficili gradu procedere. Metaphora a bufone (F. *pòd*) ducta, qui ventrem trahit per terram. Confer Isl. *vomb*, venter, *vambla*, ventre repere. Nl. *worm*, vermis, *wormen*, difficulter misereque niti.

Digitized by Google

BUK.

Sax. l. *puddeln*, vacillante gressu instar animalculi brevibus pedibus ire. F. b. *beaki*, ocyus summa vi aliquid portare. Joh. 31. N° 18. F. *Pòchel*, tergum, corpus; *pochelje*, insudare. Ang. *body*, corpus; F. *bòdje*, desudare.

utbukje, vb. n. distendi turgendo. Ang. East. Forby I. 32 *to boke-out*, to swell out. *Di muórre buket ut*, paries caduca prominet.

BUK, m. F. v. dorsum; permutatur cum *bek*, dorsum. Ex *buk* fit F. *puchel*, dorsum, corpus, Hd. *puckel*. *Bek* valet *bak*, dorsum, unde *pak*, in *hukkepak*, phrasis infantilis, incurvo dorso portare infantem, puerum vel puellulam varicantem. Ang. v. *huck a back*, a childish phrase for being carried astride on the neck. Wright. Ang. *huckle-back*, incurvus humeris. Isl. *huka*, se incurvare; Nl. *hukken*, desidere. Confer *bek*, dorsum, et adde *To bek taeste* (retro tangere) in auctione summum licitatorem respuere et proxime sequentem accipere.

BÚKJE, vb. a. pulsare repetitis ictibus. *Stokfisk bukje*, asellum arefactum tudere, Nl. *stokvisch beuken*. Tropice, *Di heit wier tobuke by di déa fen syn jimichste soan*, pater fractus erat animo mortuo filio unigenito. — *Bukje* idem est cum *butsje*, quod vide. Ang. Yorkshire, *to buck*, to beat. Teuth. „*bocken, cloppen*, percutere, verberare, ferire." Sax. l. ex *boken* formant vb. frequentativum *bökern*, verberare. Grimmius, vir summus, sciscitatur (II. 205 Lex.) quid sibi vult phrasis *garn-bocken*. Vult autem, verberare fila, quod fullonum, vel carminariorum, vel tinctorum est. Inde carminarius Italis est *batti-lana*, Nl. *wolleklopper*. Had. Junius (I^a edlit.) p. 330. *carminarius*. Instrumentum, quo verberant, dicitur (Kil.) Nl. *gaeren-klopper*, j. *vlashamer*, malleus stupeus. Opifex ipse, qui verberat, quoque appellatur *garen-klopper*. cf. *Lubbert de garen-klopper*. Romanorum fullones vestes laneas conculcabant pedibus, ut tabula picta Pompejis ex ædibus fullonis eruta, quam Neapoli in musæo Bourbonico vidi, mihi probavit.

bákje, vb. a. ferire. F. b. *backe*, *bocke*, verberare. *Backels*, pl. verbera. Outzen, 15. Hol. *bakkeleye*, manibus pugnare.

BUKJE.

hân-bakje, vb. n. *hân-bútsje*, alternatim dextrarum palmas ferire, ut solent emtor et venditor, dum hic pretium ponit, ille licitatur. Tandem cum de pretio inter illos convenit hanc pactionem vehementiore ictu dextrarum sanciunt, qui *pulm-slach*, volæ ictus, i. e. palmaria addictio, dicitur. Dextra est symbolum fidei. Lat. *En, dextra fidesque!* Nl. (Kil.) *koop-slagh*. j. *palm-slagh*, palmaria indictio; plausus injectæ dextræ." In auctione agrorum et domorum phrasis est solennis *by palm-slach forkeapje*, et ultima venditionis dies dicitur *di dei fen di palm-slach*. Nl. (Kil.) „*koop-slaghen*, vetus. mercari." Ang. *to strike a bargain*, Nl. *den koop treffen* (emtionem ferire) *den koop sluiten* (emtionem claudere) scilicet, junctis dextris. In auctionibus publicis præco loco volæ dextræ utitur malleo ligneo, quo ferit mensam cum rem venditam emtori adjudicat. Rem adjudicatam Nl. ideo vocant *toegeslagen*, et Angli *knocked down*. Ex. gr. *The biddings were increased to* 450, *at which sum the premises were knocked down*. Contra Hollandi vendentes non sine damno rem superfluam vel detrimento obnoxiam, hoc vocant *over de hand slaan*. — Isl. *kaup-slaga*, Sueth. *kopsla*, mercari; *sla wad*, pignore deposito certare: qui contractus erat testis junctas paciscentium dextras imposita sua separabat, indicio rei ad finem perductæ; inde *sla uf*, testem contractus agere. Ihre, Lex. II. p. 637. Confer Lat. *Pangere fœdus*, vel *amicitiam cum aliquo* et *pactum*. Cum hac formula consonat altera Suethica, scilicet *top;* cum enim pacem pangebant, vel pactionem sanciebant, ambo suum significabant consensum oppositis utrimque pollicibus, sive potius apicibus pollicum. Ihre *topp*, II. 924. *Top* est apex. Apud antiquos Hollandos olim mos idem obtinebat, et quamvis nunc obsoleta restat tamen in eorum lingua: nam sponsionem oblatam si quis suscipit, *top!* respondet. cf. Tac. Annal. lib. XII. 46. Jamieson; Scot. Dict. *thumblicking*, Suppl. idem. — Ad *bakje* quoque refer *bikje*, pulsare, et Ags. *bicgan*, (manum manu pulsare) emere, Ang. *buy* idem. Ex priore parte verbi *hânbakje* fluxit F. *hannelje*, Nl. *handelen* mercari. Tubantes *händelen*, proprio

Digitized by Google

sensu, jungere dextras, ut solent amici salutantes. Nota amicum redeuntem apud Gallos et Alamannos ab amico amplexu et osculis excipi; hoc autem Frisii et Angli inter viros ut pæderastiam olens fastidiunt, quin et horrent, quippe qui jungunt dextras non tam ut amorem quam fidem significent. Hd. *zu-schlugen*, Kil. *toeslaen den koop*, plausu manuum confirmare venditionem; *toeslaen het verbond*, ferire fœdus, pacisci fœdus, contractum, nuptias cæt. plausu manuum confirmare. Ags. *hig slogon hira vedd* Gen. XXI. 27, fœdus pepigerunt. Ang. *Strike me luck!* F. *Slaen my gelok!* inquit emtor; venditor ejus palmam palma ferit et respondet, *Gelok er mei!* Vide exemplum Hudibrasii, Halliwell *strike*. F.v. *klappa, kloppa*, pulsare, ferire, pangere vel firmare fœdus. *Ik hab Syerck klaeppet enen fry fest ferdban*, „Sirico spospondi incolumitatem publicam securam firmamque." Ang.v. *chap*, ictus, pulsus; *chap-man*, mercator; Goth. *kaupatjan*, κολαφίζειν colaphos impingere, verbum derivatum a *kaupon*, (palmas ferire) mercari; F.v. *cápia*, Ags. *ceapan*, F. *kéapje*, Nl. *kopen*,

hân-bakje, vb.a. manu plaudente mulcere collum equi.

hân-bakje, vb.a. alternis vicibus pulsare et mulcere manuum palmas, ut amantes inter Frisios solent. *'t Is nou wol mecke mey di trouckjeier, prokroor, mey di abbecaet, mey di yne deel, mey d'oor. Hier sille de podden om han-backje, de frosken om gonsje, de katten om slingerfestje, en di dœl siller sijn pies om kaerdje.* Rusticus loquitur apud Starterum, Timbre de Cardone; interludium Frisicum.

bikje, vb.a. pulsare (fores.) *To moárne bin ik raer ut it bæd bikke; myn buórman hie' him ophinge*, hodie mane me territum e somno citaverunt; vicinus se suspenderat.

forbûkje, vb.a. afflictare. *Forbûke*, afflictus.

bòks, cg. alapa. Ang.v. dial. *box*, a blow. Ang. *to box*, F. *bòxe*, arietare pugnis, ut fere solent pugiles Angli qui non verberant manibus, sed trudunt pugnos. Norvegi *byksa*, trudere, arietare, sursum deorsum salire. Aasen.

bòts, cg. alapa, verber; *master joeck di junge ien bots*, ludimagister puero pertinaci colaphum infligebat. (Ang.v. *a botch*, a thump). Nl. *bot, botte*, impulsus, ictus et resultus. Kil. Sax.n. *botten*, nummos parieti infligere ut resiliant. Ludus puerorum.

BUKRI, vb.n. F.b. magnum ignem prodige absque causa in foco alere. Joh. 37.

BUL, (boel) m. W.o. taurus. E. I. 362. Pueri F. *bule*. Vide supra *bolle* p. 447, quorsum (p. 450) quoque retuli *bollepream*, quasi esset cymba, qua taurus de prato in pratum vehitur. Neque tamen negligenda vox Ags. *bolla*, vas rotundum, cyathus; *heafod-bolla*, cranium; unde F. *bole*, (supra *bole*, caput, p. 446) et forsan F. *bolle*, celox rotundior et vulgaris (ex. gr. tignariorum) cymba major et rotundior *bollepream*. — *Bòlle-jeye* idem q. *bòlje* p. 451.

Frisii, ut in fabulis Reinardi, animalibus quibusdam indere solent hominum nomina, inter quæ numerandus est taurus, quem sæpe appellant *Jóst* (Joost) n. p. v. Hollandi idem nomen indunt diabolo; ex. gr. *Dat mag Joost weten*, me latet; sciat diabolus. Caput diaboli ut tauri cornubus instructum credebatur, et nomine *Jóst* forte cornu petentes innuuntur, cum qua causa concineret Barb. Lat. *Justa* vel *Josta* (du Cange) monomachia ludicra, hastiludium singulare; Ang.v. *jouste*, Gal. *Jouster, jouter*, impetere lance. Ang.v. *justle*, futuere. Wright. Isl. *Jóstr*, m. ramus arboris.

bullen-biter, cg. F.o. molossus, proprie, qui mordet tauros, canis major insignis fortitudine in pugna contra taurum. Ang. *bulldog*, idem; *bull-baiting*, ludi pugnæ molossorum contra taurum in arena. Stür. 27.

BULD et BLUD, F.v. pondus quoddam argenti vel auri. *En buldes wicht goldes.* Vox sola nummorum aliquem numerum quoque indicat, ex. gr. *li betane thera mutha alrec thriu blud.* — Vocis causa me latet; Richthofen eandem esse putat cum F. *bült*, copia, acervus.

BULE, cg. sufflatio, bulla in aquæ superficie, pl. *bulen. It reint dat di bulen op it wetter steane*, pluvia vehemens agit bullas in aqua. Nf. *water-bel, bel*, F. *wetter-bule*, n. *bule*. F.u. *bule*, sac-

Digitized by Google

culus, præsertim papyraceus, in quo piper, saccharum aliaque minuta venduntur; dim. *büeltje*. Nl. *buil*, tumor in carne ictu læsa, sacculus. Ang. v. *búle*, Ang. *boil*, a swelling.

bele, beile, F. v. tuber, ulcus. Ags. *byle*, Ang. *bile*, carbunculus. Isl. *blodbyli*, furunculus.

beulle, m. F. b. ulcus. (Nl. *buil*, tuber.) Bend. 230. F. b. *bál*, *tjit-bál*, Joh. 119, furunculus, carbunculus; Hd. *schweinsbeule*, proprie furunculus ad instar papillæ. *Titte*, *tit*, *tjit*, F. et F. b. papilla. Outzen, *tit*. Ang. *beal*, tumor.

beulne, vb. n. F. b. ulcerare.

bûl, m. et n. W. o. tumor cutis offensæ. E. I. 262. *Wat lapt dan búl dick up*, F. u. *Wat loopt die büde dik op!* F. *Wat rint dy bude tsjok op!* — *Bule* vox onomatopœia, quæ consonantem initialem *b*, ut ceteræ voces, in diversis linguis non mutat. Ad hunc ordinem pertinet quoque Ang. *bubble* et *to bubble*, Nl. *bobbel*, et *bobbelen*, Lat. *bulla*, et *bullare*. Goth. *vulan*, Lat. *ebullire*. W = B.

bulje, vb. n. in bullas surgere. Isl. *bulla*, bullire, ebullire. Ang. v. *bulled*, swollen. Isl. *búllar up*, F. *it bulet op*, ebullit, bullas agit. Ang. v. *bulgood*, fermentum, quo massa tumet, quasi F. *riis-goed*, mistio qua surgit massa. *Modder-sleátten bulje*, fossæ aquariæ cœnosæ suffiationes agunt. *It wetter bulet*, bullæ surgunt ex aqua. — Gal. *bouiller*, Ang. *boil*, Lat. *ebullire*. Gal. *bouillon*, vesica aquæ supernatans. *It wetter siedt dat it bulet*, fervet aqua ut bullas agat.

opbulje, vb. n. in bullas super aquam ascendere. Goth. *ufbauljan*, sufflare, ex *bulan*, *buljan*.

BULGEN, pl. F. o. maris undæ. C. M. 5. Kil. *bolghe*, *bulghe*, Sax. Fris. fluctus, procella, a tumendo. Ags. *belgan*, tumere ira, pf. *bealh*, pl. *we bulgon*. Nl. *bolgen*, unde *verbolgen*, tumens ulcere, iratus. Isl. *bylgia*, f. unda. Ags. *bylig*, follis, Ang. *bellow*, idem; *billow*, unda. Sax. Tubantes *bolken*, Nl. *wolken*, nubes.

BULKE, vb. n. F. u. ructare. Ags. *bealcian*, Ang. *belch*, Sax. l. *belgen*, B. N. L. I. 74.

bulk, cg. F. u. ructus, flatus e stomacho surgens. — Isl. *bulka*, tumere; *bulki*, protuberantia. Ang. v. *bulke*, Ang. *belch*, ructare. F. u. *Foppe fretter laet ien bulk fliege*. Ang. *bulk*, quidquid tumet et se expandit, ex. gr. venter, truncus corporis, multitudo, omnis populus vel maxima ejus pars, Nl. (Kil.) *bulcke*, thorax. F. *'n boer*, rusticus; ructus. Frisii quippe ructus ut agrestes et inurbanos fastidiunt.

beulk-wurtel, F. o. raphanus sativus; ironice ita dicitur planta quod citat ructus. Stür. 21.

BULSEK, cg. lectus tomentitius, culcita folliculis panici repleta, sive herba marina sicca, sive fœno, cui cubant nautæ, operarii et in genere homines ex plebe. Confer *bæd*. Kil. *bulkt*, j. *bulte*, culcita stramentitia; Hol. segestria, pelles nauticæ quibus indormiunt; *bulcken*, inclinare se."

BULT, cg. (ü) grumus. *Ien bult yn it lán*, pars gibbosa in agro. *Di modder op* vel *oan ien bült jeye*, argillam in acervum congerere Sax. l. *Daar ligt idt up enen bulten*, en omne in unum acervum congestum. Prov. *Di dïwel scyt jimmer op di gréatste bult*, (diabolus semper alvum exonerat in maximo cumulo, i. e.) fortuna divitias addit divitiis. *In den bulten*, in loco palustri huc illuc grumulis parvisque fruticetis ex herba uliginosa obsito, B. N. L. I. 160. *Hi jagget it yn 'e bülten*, sua dilapidat, comessatur, bacchatur et omnia turbat; proprie, agere currum per tumulos. Confer Hd. *in die bülze gehen*, perire, perdi. Suethi *bylte*, fasciculus. Dani *byld*, tuber, ulcus.

bulte, lutken birg, F. o. collis. C. M. 6. *Bült*, m. W. o. acervus. E. I. 362. F. *It lán' is mei hulten ind bulten*, idem. *Hulte* pro *holte*, lacuna.

bült, cg. gibbus (hominis). Nl. *bult*, m. Nl. v. *buyl*, *Gode-vaert mitten buyl*, Velden Chr. p. 19, hodie *Govert met den bult*, Godevardus gibbosus. cf. *bule*.

bülte, cg. magna copia, proprie acervus. *Ien bulte folk*, *jild*, cæt. vis hominum, pecuniæ, cæt. *'n bulte wille*, magna voluptas; *jild by di bult*, affatim pecuniæ. *Bulten leugens*, multitudo mendaciorum. T. B. Z. p. 5.

bült-ruchte, cg. fœnum junceum vilisque graminis, quo metæ fœni teguntur; et sternitur solum cui cespites bituminosi madidi imponuntur, cæt.

Digitized by Google

dong-bult, cg. (-bült) fimetum. Ang. *dunghill.*

mòl-bult, cg. (-bült) grumus a talpa egestus. Nl. *molshoop.*

bültich, adj. gibbosus, gibbis obsitus. *Bultich lân'*, agri iniqui, extumidi. Scoti *bully*, multus, magnus, largus, F. *by bulten*, accumulatissime.

bulterich, adj. gibber. *Bülterige wei*, via scabra. *Hulderich ind bulderich lân*, ager grumulis obsitus, gibbosus. Sax. l. *De weg is hultrig un bultrig*, B. N. L. I. 160.

BUM, F. b. arbor. Joh. 101.

bûmi, vb. a. F. b. pingere quid arbusculis. Joh. 166. F. b. *bibeamkje*, acu pingere arbusculos in linteis.

Confer *béam* (p. 204) et adde eis, quæ monui de superstitione infantili homines nasci ex arbore concava, inde pendere phrasin, *It wiif mat nei di wâlden* (mulieri eundum est in sylvas) mulier est gravida, parturit. Ipsa mater enim creditur cum obstetrice et nutrice in cymba per lacus navigare in sylvam, ubi infantes aviculorum instar assultim ludunt in ramis arboris antiquæ, omnes precibus certatim petentes a matre, ut eos amplectatur. Vide plura in voce *wálden*. Gelri arborem hominum genitricem appellant *kinderboom*, *holle boom*, Hol. *holle boom*. Vide Langedijk, IV. 367.

BUN, f. et n. W. o. cumulus, fascis: *æn bún ôier-kubûks*, cumulus testarum ovorum. Per apocopen literæ *d* ut F. *bún*, G. J. *buwn*, *buwne*, societas; *famne-buwne*, societas, caterva virginum, E. I. 362. F. *bine*, vincire, conjungere, pf. *bún*, Ang. v. *bun*, idem, Ang. *bound*. Halliw. 219.

BUN, BUN, cg. tabulatum perforatum sub fundo navis piscatoriæ, aquæ ubique pervium, in qua natant pisces captæ. Nl. *bonne*, *bunne* (Kil.) coassatio, tabulatum et fori navium, F. *di luken*. Sax. l. *bön*, laquear, tectum. Sax. n. Gron. *beun*, *beuntje*, tabulatum in templis. Bul. I. 116. Holst. Idiot. I. 124. Confer Ang. *bin*, a chest in which corn, bread or floor is kept. Confer *bin*, fiscellum piscarium, supra 301.

bun, Scoti, a large cask placed in a cart to bring water from a distance. Jamieson. Ibidem *boyne*, labrum, vas lotorium, Nl. *waschtobbe;* notat quoque „a flat broad bottomed vessel, into which milk is emtied from the pail," quæ forma eadem est cum Frisiorum *aed*, *ád*, supra 7.

bün-scip, n. navis piscatoria capedine perforata in fundo instructa.

BÛN, cg. S. o. vicus, F. *buórren*, *bürren*, Nl. *buurt*. *Op ûes bün*, in nostro vico, Nl. *op onze buurt*. West-F. (Nord. Hol.) *bontje*, vicus urbis. *Ga je mé 'n bontje om?* (Medemelacum) Visne obambulare mecum per vicum? Hol. *Ga je een grachtje met om*? Vici urbium Frisiorum et Hollandorum dispertiuntur intermediis canalibus.

BUN, BOUN, G. J. BUWN, pf. p. ligatus, verbi *bine*, quod vide. Prov. *Lit du 't keal boun stean*. M. S.

BUNDEL FLAEX, vide *bindel*, 305, *bondel* et *boándel* 408. — Alias *ien stien flaex*, sex libræ veteres lini cum dimidia. *Stien*, lapis, Ang. *Stone of wool*, 14 libræ lanæ. *Stone of meat*, 8 libræ carnium.

BUNDER, (boender) *buónder*, n. collective, nardus stricta. Hall. 250. Hujus graminis folia referunt tenuia fila viridia. Crescit in pratis humilibus vilioribus. Van Hall (p. 264) asserit *descampiam cespitosam* Frisice dici *boender-gœrs*, West-Frisii *boender-gras*, *boender-bosschen*.

bunder-lân, n. prata in quibus hoc gramen luxuriat.

BÛNE, cg. homo insuavis. *Ien bûne fen ien keerdel*, homo truci facie et ingenio. — „*Bone seu bune* Frisiis „autiquis rusticum sonabat," Hamconius, Frisia. p. 5, b. Hoc sensu *bûne* convenit cum Isl. *buondi*, contr. *bóndi*, colonus, qui utitur foco proprio; Dani, Suethi, *bonde*, rusticus, ruricola. Sed sensu hominis agrestis et insuavis quadrat cum Isl. *Bune*, f. pes bovis vel ursi.

BÛNGE, cg. quæ est antiquior forma vocis *bonge*, vesica. Vide supra 454. Nl. v. *bonghe*, *bunghe*, idem. Confer Kil. ubi *bonge* permutatur cum *bomme*. (ng = m.) *Dat wiif driuwt as ien bunge op it wetter*, femina illa inflatæ vesicæ instar supernatat aquæ! saga est. Sagæ credebantur non subsidere in aquis, sique mulier magicarum artium suspicionem præbuerat, eam ut tentarent in aquam projiciebant. *Als to leste di bonge reys berst in de*

Digitized by Google

sæk oan 't liácht komt, W. G. 49, cum tandem oppressa prorumpit et elucet veritas. Figura est in vesica, quæ nimis inflata rumpitur. *Lille-piipkers bonge*, tibia utricularia, Nl. *zak-pijp*, Ang. *bag-pipe*, Hol. *doedelzak*. *Lille-piipker*, ascaules, Nl. *zakpijper*, Ang. *bag-piper*.

BUNGEL, m. W.o. nolæ clava, idem quod *bingel* supra 3'0. E. I. 362.

BUNIK, m. W.o. libum hordeum; *jersen bunik*. E. I. 362. Ang. *bunn*, panicula rotundus dulcis. Ang.v. *bun*, *bunting*, a term of endearment, ut Lat. *meæ deliciæ*, Ang. *My little bunn* vel *bunting*. Confer Scot. *bun*, Jamieson. Causa vocis est in *bunt*, Northamp. pustball; in *bunny*, Ang. East. a small swelling, Ang.v. *bunny*, gibba; *bunch-backed*, hunchbacked. Wright. Dicitur *bun* a rotunditate tumente, ut F. *bolke*, idem quod *bunn*, supra p. 440. Notio tumendi quoque est in Isl. *buna*, scaturire.

BUNKE, BONKE, cg. os. pl. *bunken*, *bonken*, W.o. *bunk*, m. pl. *bunker*, E. I. 862, ossa. *Di faem hat it liif fol bunken*, famula gravida est. *Hja roanen as hja ien bonke um ien oártsen hienen*, minime parcebant pedibus. Præsertim valet de vaccæ ossibus; in sermone proletario de cruribus hominis. *It hynzer hat bonken as glæs*, gracilis et elegans forma pedum equi. *Ik brek dy ljeáwer di bonken as dy soldaet wirde to litten*, mallem tua crura frangere quam te videre merentem stipendia. E contra quoque avium pisciumque ossa notat, quæ est formæ diminutivæ *(bone, bone-ke)* notio propria, ex. g. *Fugel-bonken*, avium ossa, Nl. *vogel-beentjes*. *Fisk-bonken*, piscium ossa, Nl. *visch-graten*. *It famke hat ien bonke yn 'e kiel*, ossiculum piscis hæret puellæ in gula. W.o. *bunk*, m. præter ossa quoque piscium ossicula notat. E. I. 362. F.v. *bunke*, gen. pl. *bunkana*, ossium. Ags. *bán*, Ang. *bone*, dimin. F. *bonke*. In quibusdam partibus Frisiæ distinguunt inter *bonke*, os cum sua carne, et *botte*, os nudum. Nl. *bonket*, globulus osseus, sphærula eburnea; forma diminutiva Gallica Nl. *Bikkel en bonket*, astragalus et globulus osseus, *Met bikkel en bonket spelen*, Ang.v. *to play at bonket*, Halliw. 195. Prov. *Dær binne mear hunnen as bonken*, plures sunt canes quam ossa. *Ien hún by ien bonke kent nin friunen*, cani os rodenti amici alieni sunt.

bonke-hok, n. cavea in cœmeterio ubi ossa cadaverum reponuntur. Alias *bjintsje-kou*.

bonkelje, vb.n. ire. *Ik bin wirch; ik bin twaris nei sted ta bonkele*, defessus sum; bis ivi in urbem. A *bonke*, crus, est *bonkelje*, ut a *sconk*, crus, vb. *sconkje*, currere; a *foet*, pes, *foetérje*, pedibus ire.

BUNNI, W.o. lumen, in ore infantum. *Wat 'n hati bunni!* quam magnum lumen! Ags. *burnan*, ardere, Ang. *burn;* si frangitur *r* ut in F. *búnne* pro *barne*, ardere, fit F.b. *bunne*. E. II. 1, ubi autor citat alia infantilia, qualia *Litk bisi*, canicula, Ang. *little bitch; hinkel*, equus, infantes F. *hynke*, F.u. *hynke-pjert*, vox diminutiva ex *hynst*, equus; *pil-an*, anas, Sax.n. *pyl-end*, anatis pullus. Memorabile argumentum stabilitatis linguæ in ipso infantum ore præbet verbum F. *ninne*, quod infantibus valet, bibere; *ninnen*, n. potus; *ninkes*, n. potiuncula. Veterum Anglorum infantes enim eadem voce idem significabant. „*Nin*, the word, that children call their drinke by, as our children say *ninne* or bibbe." Florio, p. 64. Halliw. Sax.l. *ninnen*, bibere, lactere, in lingua infantum, Bnl. III. 252. *Nunneke*, *nuncke*, poculum stanneum, superne orificio tenui et molli instructum referente papillam, ex qua infantes sugunt lac bovinum, F. *stúchkanne*. Bnl. ib.

BUNT, BINT, n. cunnus vaccæ et scrofæ. *Di klink*, cunnus equæ. *It bint*, sed *di bint*, *bent*, culmus longus graminis. — *It bünt*, cunnus vaccæ viventis, ergo scaturientis, sed *koue-fot*, cunnus vaccæ mortuæ. Scotis *bunt* synonymon est voci *fud*, matrix, cauda leporis vel vulpis, Jamieson. Ang. Devon. *bun*, membrum muliebre, inguen. Wright. *Bun* dicitur pro *bunt* ut Ang.d. *bun*, a dry stalk, especially the stubble of beans, pro *bunt*, *bint*, *bent*, caules arefacti longi graminis. Isl. *buna*, scaturire per angustum foramen; *buna*, f. emissio aquæ per siphonem vel mentulam; inde in sermone proletario *di pisser* pro cunno. Ang. Oxf. *to*

Digitized by Google

BUNT.

bunt, to raise, to rear. Ang. East. *bunter*, meretrix, ut Horatius *cunnus* pro despecta muliere. Hd. *bunte*, epistomium. Videtur *bunt* apud Anglos veteres transiisse in notionem sacci sive sinus: Ang. v. *bunt*, the middle-part of the sail, formed into a kind of bag to receive the wind. Ang. *bag*, saccus, sarcina; Ang. v. *baggage*, meretrix; Nl. v. *sack*, idem. — *Ien baerch kriget ien blier op 't bint under it smiten* vel *bigjen*, in scrofæ cunno surgit pustula inter pariendum. — (Lat *fundo*, *fudi* = Germ. *buti*, *bunti*.) — *It kéal is to gréat; it ken nat throch it bint*, vitulus nimis grandis per cunnum fundi nequit.

BUNT, cg. pl. *bünten*, enodium cœruleum. Hall. 251. Idem cum *bent* supra 221. Nl. v. *bieze*, *biendse*. Kil. Alam. *pinus*, Hd. *bintze*. Sax. n. *mèl*, *mœl*, pl. *mèlen*, idem. Grimmius citat Ags. *beonet*, vocem mihi ignotam. Lex. *binse*.

BUNT, adj. versicolor. Ex *bunt* nascitur *bont* q. v. Forsan ex *bune* elucere? quasi *bunet*, illuminatus i. e. splendens maculis vel variis coloribus. Lat. *illuminare noctem facibus*. Confer Gr. φᾶνός, lucidus, splendidus, et *fant* in Gr. φάνταςμα, visum.

bunt-fiaggel, F. o. psittacus. C. M. 14. *bunt*, adj. varius.

BUOLGOED, n. vide supra p. 422. *Boere-buólgoed*, auctio rustici, in qua venduntur non tantum supellex et instrumenta agraria rustici mortui, sed et ejus pecus et animantia. Eo die præter eos, qui emtum veniebant, in villam mortui confluebat mixta turba juvenum, virginum et puerorum. In fundo extra domus erectæ erant parvæ tabernæ, in quibus cibaria et potus vinosi prostabant. Dum auctio fiebat juventus indulgebat ludis rusticis et omne genus hilaria agebat. In horreo chori adolescentum et puellarum ad citharam pede libro pulsabant terram. Pugnaciores calentes potu inebriante tandem sæpe ad manus veniebant disturbantes cœtum inter ejulatus puellarum et frangentes omnia obvia. Inde sensu tropico *buól-goed meitse*, utensilium frangere quid. Si quis proximus it a vasis fragilibus et pretiosis heram rogat, *Ken ik hjir eák buólgoed meitse?*

BUR.

BUORDE, cg. lacinia, margo vestis supera. Uretherp. *Di buórde op di roak sette*, marginem subligaris muliebris prætexere. — Sunt quædam voces huic dialecto privæ in vestium nominibus; ex. gr. *beffe*, F. *opsetsel*, Hol. *kraagje van het hemd* indusii collare. Recte Kil. *beffe*, Hol. j. *kraghe*, collare.

BUPPA, præp. F. v. supra. Confer *boppe* 458. *Buppe-burren*, F. u. *bovenburen*, aliquot domus in parte boreali collis Coldumensis.

BUR, m. F. v. incola vici, vicinus, civis. Vox videtur esse passa ellypsin (ex. gr. *bur-man*) et proprie notare domus habitatorem. Ags. (Jun. *bower*) *byre*, magalia; *bur*, m. cubiculum, conclave; *gebur*, habitator, colonus paganus, Ang. *boor*, rusticus; porcarius, homo inurbanus. Ang. Cumb. *boor*, bedchamber, Ray, N. C. W. 18. Nl. v. *buer*, casa: *vogel-buer*, aviarium. Gal. *buron*, casa coloni. Isl. *bur*, n. gynecæum; calathus piscatorius. Egilsson. Anglosaxones fundos agricolarum præcipue nominabant a proventibus, cibariis ruribusque, Ags. *feorm*, annona; *feoh and feorme*, (pecus et victus) bona, substantia; *feorme-ham* (domus hospitii ubi se recipit colonus et pecus alit) prædium. Barb. Lat. *firma*, prædium elocatum, Ang. *farm*, idem. Confer Blackstone, b. 2. c. 20, cujus verba citat Richardson ad v. *farm*. Somnerus, *feorm*.

bur, cg. agricola, per diæresin S. o. *bjüwer*, Hd. (*bur*, *bu-er*, bau-er) *bauer*, ut Ang. v. *bower*, conclave, ex Ags. *bur*; Ang. *bower*, pergula. *Búr* hodie scribunt ut Hol. *boer*, rusticus. Bellatorum et pastorum natio sedes fixas non habet; agricolæ necesse est horreum habere et in domo cum pecore habitare. Inde et *hus-man* (vir domesticus) et *búr* est agricola Frisiis. Barb. Lat. *villa*, domus rustica; *villanus*, colonus. Licet *hus-man* paulo honoratius sit nomen, *búr* domini notionem habet; agricola enim et ejus uxor a famulis compellantur *búr* et *frou*. Agricultura Frisiis semper in summo fuit honore, cui nobiles ipsi, ut olim apud Romanos, se dabant, et ad hunc usque diem virum, licet gravem et divitem, qui agrum non possidet, in verorum magnatum numerum non adscribunt. Contra Alamanni et Galli proletariis,

Digitized by Google

quos despiciebant, colendas linquebant agros. Lingua ipsa scatet exemplis hujus contumeliæ; ex. gr. Barb. Lat. *Villanus*, Gal. v. *villain*, agricola; seculo XIII illiberalis, proletarius; hodie infamis, sordidus. Hd. *bauerbengel*, *bauer-flegel*, *bauer-grete*, *bauerkanaille*, *bauer-bummel*, *bauern-feige*, *bauern-hebel*, *bauern-rekel*, *bauern-schrot*, *bauern-viol*, *bauern-zehe*, *bauer-pöbel*, et agmen similium convitiorum in agricolas. — Prov. *Di bûr hat ien ampt; hy mat oeral wæze*, agricolam quasi munere publico fungentem ubique adesse oportet. *Di bæste bûr is ien bûr ut ien bûr*, optimi agricolæ sunt filii agricolarum, a teneris inter boves et aratra educti. *Di here-bûren kenne wol dung yn 't lân bringe, mar hja wite it er nat wer ut to heljen — Giet ien bûr nei tsjerke den freget er, Ha'k wol duiten? ind giet er nei merke, Ha'k wol jild?*

bûr, Saterl. cubiculum. Hd. *bauer*, cubiculum.

boerke, buórke, n. rusticulus, homo qui tenui agello rusticatur; *Ien olyk, lompen, robbich, scillick, brykhackich boerke*. W. G. 47.

bûre-dògge, cg. molossus qui præsidet ædibus coloni. Ang. *farmers-dog*.

bûre-faem, cg. ancilla rustici, virgo campestris. *Steds-faem*, virgo municipalis.

bûre-feint, cg. famulus rustici.

büer-ham, F. b. concilium, conventus agricolarum. Joh. 5. *Tu buerham*, in tali concilio. — *Buerum*, vicus Collumerlandiæ? In oris Jutlandiæ australis *Borum*, vicus. Bend. 105.

bûre-hûs, n. (boere-hoes) villa, domus rustici.

boere-kryt, n. notæ simplices, partim Romanæ, quibus rustici legere vel scribere nescii calculum subducebant; *mei bûrekryt rekkenje*, eis notis computare calculum. Computabant autem per tres series, quarum suprema indicabat florenos, quemque valentem 20 stuveros; media stuveros valentem quemque 8 duitas; infima autem duitas. Scribebant stilo cretæ in tabella lignea ex. gr. has notas,

IIII
XVIIIVIIIIIVXIII
— O .— C

I valet unus, V quinque, X decem; — dimidium stuverum sive 4 duitas, Frisice *ien bòtsen;* O duas duitas, Frisice *ien oártsen;* C unam duitam. Calculator in secunda serie digito madido extergit binas notas denarias, tres quinarias et quinque singulares; quæ cum efficiant 40 stuveros, id est duos florenos, eos transfert duabus lineolis in seriem supremam. Restant in serie media 6 stuveri, quibus addit duos dimidios stuveros, i. e. unum stuverum, ex infima serie. Inde nascitur hæc ordinum forma,

IIIIII
IIIIIII
O C

quæ significat 6 florenos, 7 stuveros et 3 duitas. — Hæ similesque notæ, postquam ad unum omnes exarare literas didicerunt, pene exoleverunt.

Rustici similibus notis scribunt tempus futuri partus pecoris. Vaccæ fere pariunt tempore intermedio inter festum purificationis S. Mariæ *(Lioehtmis*, 2 Februarii) et mensem Maji *(Maeije)*: annotat igitur rusticus numerum hebdomadum die partus post festum purificationis lapsarum. Vaccæ binæ cubant in caveis separatis stabuli, et in tigno supero proximo vaccæ ejus partum annotat rusticus hoc modo. Triangulum ei est festum purificationis, et lineolis de basi pendentibus totidem notat hebdomades; lineola integra integram hebdomadem, dimidia dimidiam. Exempli gratia △ significat vaccam //// hebdomade tertia et demidia (die 26 vel 27 Februarii) post festum purificationis esse parituram. Dimidium hebdomadis item exarant lineola transversa — hoc modo △ Hæ qno- /// que notæ, postquam omnes literam facere didicerunt, diem de die obsolescunt. Observandum tamen est agricolis Anglis et Frisiis scribere ad hunc usque diem ingratum esse opus, eosque nullas nisi necessitate urgente exarare epistolas.

büre-lòdske, n. puella campestris simplex. Goth. *lauths*, vir: *jugga-lauths*, adolescens. Ags. *leód*, vir. Hind. *léod*, homines. Ags. *leóde*, populus. F. *leó*, *liú*. Ang. *lad*, adolescentulus; dimi-

Digitized by Google

BUR.

nutivum Scot. *lassie*, puella; *lassikin*, puellula. Jamieson.

bur-man, m. F. v. civis municipii, pl. *burliođa*. F. *búrman*, vicinus, pl. *bürleó*, *burliú'*, *buórlju'*. *Burmania*, n. patronymicum gentis nobilis Frisiæ. In dialecto quotidiano *Burmánje*. Ags. *burh-man*, civis. Confer Richth. *burar*, 2.

bûre-merke, cg. nundinæ paganæ, quas agricolæ soli frequentant.

boere-pear, n. par conjugum agricolarum recenter matrimonio junctum, *'n Ryk boerepear, dut pas trouwd is, habbe di dúvel op it hiem sjuwn*, divites conjuges agricolæ nuper maritati fundum effugiunt et quotidie vehuntur curriculo ad amicorum et consanguineorum epulas.

bûre-pléats, cg. fundus rusticus, domus, horreum et agri, ellyptice *pléats*. Hol. *landhoeve*. Ang. *farm*.

bûre-reau, n. instrumenta rei agrariæ.

bûre-strupers, pl. agrorum possessores, qui non tondent, sed deglubunt colonos. *Dy di boeren it fel oer di nekke helje binne boerestrupers.*

bûre-wirk, n. opus rustici. *Hy ken it búre-wirk; it is ien búr ut ien búr*, rusticus rusticis parentibus natus cuicumque occupationi agricolæ par est. *Burewirk* attinet quoque opificem, qui instrumenta rustica fabricare novit.

boerje, vb. n. rusticum agere, agriculturam exercere. F. b. *buri*, idem. Joh. 166. F. u *Boere*, vb. a. et n. idem.

bürkje, buòrkje, vb. n. et a. *búrje*, rem agricolæ agere. *It búrket bæst*, agricultura floret, sive favente cœlo, sive magno proventuum pretio. Prov. *Búrkjen ind brulloftjen mat ut di rumte gean*, in colendis agris et in nuptiis parcere nummis præposterum est. Perdit pecuniam, qui eæ in re agraria parcit. — *Ik hab dat beest boere*, hanc vaccam in meo fumdo natam ipse alui. Kil. *boeren* vetus. Flandri. j. *bouwen*, rurari, rusticari, ruri agere.

bürkery, buórkery, cg. rusticatio, agricolatio, plerumque minor. *Hy hat ien hús mei ien scürre; dær dôcht er bürkery yn.*

hére-bûr, eg. homo honestiore loco natus rem agrariam exercens. Ang. *farmer-gentleman*.

BÛR, Saterl. cubiculum. Het. 281. Ags. *búr*, m. conclave, cubiculum, casa. Isl. *búr*, n. penarium.

BUREN.

BUR, cg. (boer) F. u. ructus. F. u. *De feint liet 'n boer fliege; hij had sipels eten*, emittebat ructum. Hoogstraten, wb. *Een boer of wind uit de maag*, anhelitus.

BUR, F. o. ursus. C. M. 18.

BURD, n. (boed) *búd*, tabula, tabella, orbis. F. b. *bord*, tabula, mensa, repositorium. Saterl. *bört*, *beurt*, repositorium vasorum canthorumque fictilium. Outz. *Tafel-búrd*, patina. Vide supra *boerd*. Tabula soluta erat prima mensa, unde *búr*, *búrd*, antiquitus et mensam indicabat Isl. *borda*, cibum sumere et apponere hospiti, Ang. *to board; boarding*. Simili tractu Hol. a *tafel*, mensa, habent *tafelen*, prandere, accumbere.

bôrdauk, m. (bôrd-dauk) F. b. mappa. Bend. 22. Confer supra *boerd* 424.

BURD, (büd) cg. series domorum in ripa fluminis. Idem cum *bird*, p. 318.

BURDAERD, BIRDAERD, (bedáed) nomen vici in pago Dantumadela. Ex *Berdauwerd*, Chart. I. 401.

BUREL, m. W. o. lagena. F. u. *bürrel*, amystis, haustus spiritus vini vel juniperi. E. I. 363.

burrel-fles, cg. F. u. lagena e qua fundunt spiritum vini vel juniperi. Ags. *byrel*, *byrle*, m. pincerna.

BUREN, F. u. domus vel villæ aliquot vicinæ. F. *búrren*, *buórren*, idem. Distinguunt Frisii inter *burren*, aliquot domus vicinæ, quæ sunt in jurisdictione proximi vici, et *dorp*, F. v. *thorp*, vicus in cujus medio est templum cum turri; *Iemswâlde is nin dorp, mar ien búrren*. Plurale collectivum ut F. v *burar*, (Hol. *buurt*) ex perdito singulari *bur*, domus. Hoc collectivum nominibus multis aliquot domuum, licet paululum dispersarum, in locis campestribus subjectum est; ex. gr. F. v. *Dodoghema buren*, 478, 17, F. u. *Dooiemmer buren*, F. *Doyemer-bürren*. Hodie in nostra Frisia nominantur F. u. *Baerderburen* in Wonseradela, *Baburen*, ibidem, ambo viculi dispersi; *Deddingaburen* in Stellingwerf-oosteinde; *Engeburen* in Idaerderadela; *Esumburen*; *Fouteburen* in Rauwerderhema; *Franjeburen* in Menaldumadela. *Hornster-buren* in Rauwerderhem; *Jongeburen* in Doniawerstalla; *Jousum-buren* in Ferwerderadela, *Itsmaburen* ibidem; *Katteburen* in Doniawerstalla; *Ko-*

Digitized by Google

ningaburen in Franekeradela; *Medderburen* in Westdongeradela; *Meynertsburen* in Idaerderadela; *Middelburen* in Smallingerlandia; *Monseburen* in Hennaerderadela; *Nardeburen* in Idaerderadela; *Oosterburen* in Wimbritseradela; *Sandburen* in Doniawerstalla; *Sibrandaburen* in Wonseradela; *Sienzerburen; Sylsterburen*, in Wimbritseradela; *Sytjeburen* in Idaerderadela; *Snakkerburen* in Tietjerksteradela; in quibus omnibus pro F.u. *buren* ruricolæ usurpant *bürren* vel *buórren*. Prædicatum quarundam harum vocum est nomen proprium viri, qui primus ibi sedem figebat, vel primus inter pares erat, quales sunt *Ba*, *Enge*, *Foute*, *Jou*, *Meinert*, *Monse*, *Narde*, *Sytje* vel *Sytse*. Aliis præfixa sunt nomina patronymica gentis patriciæ, quæ in vicina villa rusticabatur, qualia sunt *Deddingha*, *Itsma*, *Sibranda*. Aliæ incipiunt a nomine vici, cui istæ domus adjacent, ut *Dodoghem*, hodie *Doyem* viculus dispersarum domuum, *Baerd*, *Eeum*. *Friesland*, *Geografisch Woordenboek*. *Leeuwarden*, 1746: pars tertia, p. 118. Autor E. M. van Burmania anno 1749 libellum edidit *Geographisch Woordenboek*, qui catalogus tantum vicos *(dorpen.)* Frisiæ continet. Confer *Di burun* nomen antiquum vici *Burum* in pago Collumerlandiæ, limitanei Groningerlandiæ. Crecelii Index Werdinensis. 1864. p. 18.

bürren, buórren, cg. domus contiguæ vici, Nl. *de kom van het dorp*. *Di borgers wenje yn 'e buórren, ind di búren buten*, cives (i. e. opifices, mercatores, nautæ, cæt) habitaculum habent in medio vico, sed coloni extra. *Di faem is sneins mei di bern di buórren op*, die solis famula (rustici) cum liberis diversatur in vico. F.v. *burar*, *buren*, Richthofen male vertit *bauerschaft*, communio rusticorum; lege, communio vici, pagana: *alrecke burar biskiffe sine eyne redieua*, quæque communio pagana creet ipsa suum consiliarium, judicem; *in da buren*, in vico, 479, 26 *binna burem*, in vico medio 156, 15. *Dat hia mogen setta in da buren elkis ieris thre redismanne da buren to byriochtene*, 429, 26, ut creent quoque anno in vico tres consiliarios ad jus dicendum vico.

bürren, cg. pars vici, cujus incolæ pactis antiquis ad mutua officia sunt obligati; ex. gr. curare ægros, efferre mortuos, extinguere incendia, cæt. Præpositi muletas poscunt et accipiunt, erogant nummos debitos, cæt. dicuntur autem *buór-masters*. Qui quum quotannis calculum subducunt expensi et crediti, dicitur

buórre-rekkening. Hæc sui juris communio, quæ nulla jura scripta habet, simplicissima et antiquissima ad hunc usque diem in vicis viget; ex talium communionum auctione et consociatione crevit respublica Frisica, quod et notio communis societatis publicæ, pervadens per omnes fere voces cum *bur* compositas, lucide demonstrat. *Bürre-* vel *buórre-plicht* officium vicini. *Burre-plicht dwaen*, officio vicini satisfacere, ex. gr. amicire mortuum veste ferali, eum sepelire, vigilia agere, cæt.

bur, buer, F.v. incola vici, civis urbis. F.v. *iefter enich vetbuer fiocht toienis dyne buer binna buirem*, si quis extra vicum degens aggreditur alium intra vici circuitum degentem, 480, 33. *Boer ende den vetbuer*, 481, 6, civis in urbe et extra pomeria urbis. *Fraenkera sted ief buren*, urbs vel comi Franekeræ 560, 1. Lat. *urbs Romæ*. *Fronekera buren*, cives Franekeræ, 479, 16. Richthofen male *bauern*, rustici. Lex. p. 674, a.

bur-man, m. F.v. (civitatis sive vici homo) civis. Richthofen male *bauersman*, homo rusticus: pl. *buerliode*. Lex. 675. *Buerman*, civis. Chart. I. 394. a.

bür-man, buór-man, cg. pl. *buórlin'*, vicinus. *By it forsteárren kriget di buórman di kaeyen*, mortuo hero vicino traduntur claves, quo cavebant Frisii, ne quid ex supellectile vel nummis subriperetur, ubi hæres aberat. — *Freagje myn burman Sikke, Di leagt sa wol as ikke*, mendax asseverat veracitatem mendacis. Prov. *Quea' buórlin' di gréatste pleage fen it libben*, pravi vicini maximum malum vitæ. *Boer-lius ky jaen greate mjillen al binne di amers oan 'e neil ta wan. Neilen* sunt claviculi ænei infixæ æneæ situlæ lactareæ distantia palmæ a labro. Invidia hominum putat proximo nihil quam fausta evenire.

büer, F.u. vicinus, pl. *büren*, vicini. F.v. gen. *bures*, vicini, F. W. 84. *Buórren, Bürren*, pl. vicini. F.v. *bura*,

Digitized by Google

BUREN.

idem. Prov. *Neiste buórren sibste friunen*, proximi vicini consanguinei proximi; qui scilicet in angustia urgente primi nobis subsidio veniunt.

bur-aldirmon. m. nomi vel vici præfectus, consiliarius, assessor judicii. Richthofen „*bauer altermann*," rusticorum aldermannus, in quo lapsus est vir clarissimus. Lex. 593, 675.

buór-beilster, cg. femina negligens, tempus otiose terens ititando et blaterando per viciniam. Ang. d. *to beel*, obgannire.

burre-bern, pl. pueri puellæque viciniæ, vicinorum liberi. Phrasis M.S. *Di burre-bern wite dat wol*, lippis et tonsoribus hocce notum est.

bûre-dorp, boere-dorp, n. vicus quem habitant nulli præter agricolas.

bura-ehêr, m. F.v. vici judex, præpositus.

bwr-ield, n. F.v. pecunia debita fisco communionis, sive vici, sive nomi, nomi vectigal, 559. 4. Richthofen *bauer-geld*, rusticorum pecunia, quod stare nequit. Lex. 675. Confer in eodem paragrapho *bura secreet*, vici vel nomi sigillum, quo signabant literas *burghamaesteren ieft reedslioda*.

buórre-lêd, n. vicini calamitas. Prov. *Buórreleed draecht makkelik*, solatium miseris socios habuisse malorum.

bur-mester, cg. F.o. rector vici vel urbis. Hind. *borgemester*. C.M. 36. F. *borgemaster*.

bure-riucht, n. jus, tribunal nomi. Richthofen labitur vertens *bauern recht*, rusticorum jus. *Bure-riocht*, Chart. I. 395, b. *In thet buer-riuchte gaen*, ib. 511, a. *Buur-riuchte*, jus civitatis, Nl. *burger-recht*, Gabbema, Leeuw. 38.

burre-, buórre-weide, F.u. *bureweide*, cg. ager compascuus vici; tale pratum dividitur in partes *scarren* (Ang. *shares)* dictas, quæ hodie auctione locantur. *Scar* autem est pastus æstivus unius animalis, quod quo majus est eo pluris constat pastus; inde *kòuwe-scarren*, *scjippe-scarren*, *hoklingscarren*, cæt. (Ang. *cow-*, *sheep-*, *heifer-shares?)* Olim plerique vici tale pratum sibi habebant privum; hodie paucissima restant, inter quæ Beetgumense pratum in pago Menaldumadela, quod dividitur in quadraginta quatuor partes pascuas sive *scarren* (1 scar = $\frac{1}{44}$ Sect. D. No. 266. 15

BURNA.

B. 98 R. 20 E. Kad. St. Anna-parochie).

bûr-blikand, adj. F.v. omnibus patens. Nl. *baer-blijkelijk*, nude patens, manifestus.

bûr-kuth, adj. F.v. toti nomo vel vico notus, omnibus notus; *liudkuth and burkuth*, hominibus notus et nomo notus. *Bur-kund*, idem. O. F. W. 172. *Kuth* = *kud. Bur-kud*, notus toto vico et *gæ-kwd*, notus toto pago. ib. 35.

buring, F.v. nomi sive vici incola. *Da van Deddinghum mey kiara buringum*, procuratores Deddinghumenses cum sui vici incolis. 487. n. 18.

buerscip, F.v. vicinia. Gab. Leeuw. 108. In pacto veniam mutuam condonant *om godis willa ende om gueder buerschip willa*, *ende om mara friondschip ut toe kommen*, ob vicinitatis mutuam benevolentiam. A° 1481. — Cives vici vel viciniæ. O. F. W. 98. — *Búrscip*, cautio, *Oender buur-skip staen*, cautioni obnoxius esse, ib. p. 56. *dae buurschip hoda*, prospicere cautioni, 59.

buórje, bûrje, vb. n. vicinus esse. *Wy binne bürren*, vel *wy buórje*, confines sumus.

BURGUM, in ore ruricolarum idem vicus cum F.u. *Bergum*, quod vide.

bergham, nomen antiqui tumuli in Frisia boreali; pro vico Anglosaxones plene *Berghamstede*, locus, id est, vicus apud tumulum. Vide *Bergum*. Johan. 21.

BURIK-GAT, n. W.o. fissura in veste per quam manus se inserit. E. l. 363. Confer F.o. *burse-gat*, Stür. 27, fissura superior in subligari feminæ per quam illa manum movet in crumenam. *Bords-gat* (oræ superioris fissura) F.o. idem, ibidem.

BURK, BÖRK (beurk) n. F.b. arcula interior separata arcæ, in qua res vestiaria servatur. Joh. 100.

BURKE, BUÓRKE, n. p. v. Isl. *Bürken*, *Burkr*, *Birkr*, idem. Dieterich, p. 338. Ang. *Burke*, n. patronymicum. Ang. *birce*, *byrce*, F. *bjirk*, Isl. *björk*, betula; Isl. *sig-björk*, betula pugnæ, gladius. Egilsson, 703. Non absurdum tamen est *Burke* habere contractum ex *Beoric*, falconum exercitator Edmundo, regi East-Angliæ. Strutt. 27.

BURNA, m. F.v. fons, Ags. *burne*, f. Ang. *bourn*. Ags. *burne* præter fontem, quoque notat rivum, flumen. Inde

Digitized by Google

BURNE.

Bórn, *Bóarn*, *di Boarn*, cg. flumen Frisiæ, supra 410, 411. *Burna* Frisiis hodiernis fontis notione ignota vox, qui pro ea habent *sáed*, Ags. *seath*, fons, ab Ags. *seothan*, pf. *seath*, ebullire, coquere, ut *burna* ab *byrnan*, ardere, (coquere.) F. *barne*, Ang.v. *borne*, Ang. *burn*, ardere.

burna-hus, n. F.v. cf. supra 411.

BURNE, n. p. v. Was. II. 172. *Burnes* et *Burns*, Burnei filius, per apocopen pro *Burne-sin*, vel *-son*. ex. gr. *Téade Burns*, Teada Burnei filius. Inde Ang. *Burns*. n. patronymicum.

born, n. patronymicum. Ags. *beorn*, vir eximius, primarius, princeps, sive virtute, sive dignitate, sive munere præstans. Isl. *biörn*, ursus, leo borealis. Diligenter consule Somnerum in voce *beorn*.

BURRE, F. b. lappa. Outzen. Ang. *bur*, idem. cf. Gal. *bourre*.

BURRE, BORRE, cg. F.u. felis mas. F. *boárre*, supra 411. *Borre*, nomen tauri in fabula Renardi.

BURREL, cg. F.u. amystis, haustus spiritus juniperi. Ags. *byrel*, pincerna. Ang.v. *byrle*, alicui pocula administrare. Wicklyffe, Jerem. XXV. 15. Confer F. *borne*, adaquare, et *borl*, *burdel*, *buddel*.

BURRIE, cg. F.u. feretrum mercatorum, quo bajuli bini portant caseos, dolia butyri, cætera. *Berue*, *berf*, Fris. i. q. *berie*. Kil. *Berue* ex *berewe* est Ang. *barrow*.

BUS, BÒS, cg. insignia sodalitatis operariorum, qui quaque hebdomade symbolas conferunt ad mutuum auxilium in morbis; ea vero gestat sodalitatis nuntius sive præco in pectore; Kil. „ *busse*, *stadt-wapen*, spinther, monile quod in humeris tabellarii et caduceatores ferunt. Proprie *bosse*, ornamentum rotundum et concavum ex auro, argento aut ære; umbo clypei. Kil. Ex avita lingua Francica Galli frequentant *bosse*, gibba; *en bosse*, sphæroides, extuberans, exstans; in opere sculptorio *figure relevée en bosse; vaisselle pleine de bosses*.

BUS-DAR, F.o. domus rustici janua lateralis, quæ ducit in *bus*, i. e. stabulum. C. M. 45. Confer *bós* supra 463. Scoti, *buse*, stabulum; *to buse*, stabulare. Jamieson. F. *stâl*, stabulum; vb. *stâlje*, stabulare. F.b. *bäus*, n. casa cespitibus exstructa, antiquitus pecoris stabulum. Bend. 8, 12.

BUSE.

BÛSE, F.o. cavum parietis in quo lectus sternitur. Galli *alcove*. Stür. 29. Confer *besma* supra 477. A *buse*, sive sensu sacci, (Gal. *cul de sac*), marsupii, recessus dicitur, sive sensu culcitræ (vide *buse*). Ita figurâ continentis pro contento *bœd* notat tum lectum, tum cavum parietis, in quo lectus sternitur. Ang.v. *bose*, a hollow. Confer *buse*, sacculus.

BUSE, cg. sacculus intra vestimenta sutus, sive in bracca, sive in trunci tegumentis, F.u. *büse*. Ang.v. *bose*, a hollow. Sax.l. *bóse*, siliqua, vb. *bósen*, fabas, pisa ex siliquis excludere. F. *pule*, et vb. *pulje*, idem. B. N. L. I. 123. Inde *broeks-buse*, *roaks-buse*, *baitsje-buse*. — *Atse sit syn faem jimmerwei op 'e buse*, Atsius suæ puellæ semper hæret lateri. *Dou maste mem mar yn 'e buse krupe*, tam addictus tuæ matri quare non sedem figis in ejus loculo? *It is noch al goed, dat de Friezen di Holláners nat yn 'e buse hoawe to krupen.* — *Dou rinste mei oármans-jild yn 'e buse*, barbâ tuum riget os; obolum expende tonsori. — *Ruch op di buse*, qui crumenam habet pecunia tumentem et erectis phaleris hispidam, dives nummis. Sermo non est de sacculo hodierno vesti insuto, sed de crumena soluta de cingulo pendente. *Op*, supra, præpositio Hollandis familiaris est in phrasi, *Soldaten hebben niet veel op zak.* — *Dyn buse!* interjectio quid recusantis. Prov. *Men matte di thomme op 'e buse hâlde*, expensæ secundum reditus moderandæ sunt.

buse, bjuse, Saterlandi, stragulum forma sacci plumis farti, culcita. Het. Nl. *dek-bed?*

bus-dôk, cg. sudarium, Ang. *pocket-handkerchief*, Nl. *zakdoek*. Hæc sudaria, quibus Frisii et collum ornabant, eis quo elegantiora et pretiosiora tanto magis in deliciis erant, erantque maxime serica Indiæ. In sudario serico Frisius offerebat nummos puellæ, quibus ejus quasi ambiebat nuptias. Hoc juvenis Amelandus donat amasio, qua cum comessari optat. Verbis suum explicare amorem hæc gens austera non amabat; secreto nutu vel signo fiebat. Olim si procus ambire puellam volebat

Digitized by Google

BUSE.

ad eam accedebat pendente apice sudarii serici ex ejus vestis loculo. Hoc si puella ei eripiebat significabat procum sibi gratum esse; sin minus, repulsam ille ferebat.

buske-warem, adj. tepidus calore corporis humani; ex. gr. pomum in vestis loculo tepefactum. *Di apel is buske-warem.*

bus-gat, n. rima oblonga perpendicularis lateralis in subligaculo feminæ, pone quam pendet loculus, in quo asservantur claves præcipue et nummi. Feminæ Hindelopenses hoc subligaculi foramen ante ventrem habent eamque appellant *muze-lock*, murum foramen, et viri *moázze-gat*, quam vocem nautæ Hindelopenses ex Hollandia petiverunt. Kil. *mosegat*, lavatrinæ foramen. Confer quoque Kil. *mosejancken*, unde Hol. *moes-janker*. *Busgat*, loculi foramen, conspirat cum F.o. *burse-gat* (crumenæ foramen) idem. F.o. itidem *borsgat*, proprie, oræ vel fimbriæ superioris foramen. Stür. 27.

bus-jild, n. Ang. *pocket-money*, Nl. *zakgeld*, nummi aliquot quæ quisque secum habet. Figurate, vis procreatrix genitalium viri, *Di ûlde stakker trouwt my dær ien flink jung frommis ind hy hat nin busjild.* Figura latet in scroto, quod Frisii *di sek*, sacculum, nuncupant. Confer Ags. *puse*, f. marsupium, Alam. *phoso*, idem, Isl. *pues*, m. marsupium, volva equarum, F. *pus*, cg. cunnus.

busje, vb.a. clanculum surripere; proprie, in suum loculum mittere, ex *buse*, ut Angli eodem sensu ex Ags. *pocca*, sacculus, Ang.v. *poke*, *pouch*, Ang. *pocket*, idem; *to pocket*, ex st. *pocket*. Gal. *empocher*, mettre en *poche*. Confer Ags. *poc*, pl. *poccas*, Ang. *pox*, F. *ien pók*, pl. *poak*, pustulæ in summa cute extuberantes, variolæ, Nl. *de pokken*. F.u. *bule*, sacculus, et cutis tumor.

buskje, vb. mittere manum in vestis loculum; ex *buse* ut ex *hús*, domus, est *huskje*, exstruere domunculam, i. e. disjectos carbones in foco ordine congerere. Ambas voces Lenige, incola Makkumi, pater Cinthiæ Lenige, junxit in poemate quodam Frisico M.S. de hyeme;

It tîzich âldwiiw is bifærzen yn hjar hert,
Sit op 'e stowe fæst hjar hannen jip (to buskjen.
Hjar Joost sit by dî hird um it fiur (by ien to huskjen.

BUTEN.

Ien huske bouwje, domunculam ædificare; figurate, cespites causticos componere ad focum alendum. *It fiúr by ién huskje*, carbones in foco sparsos et semiustas turvas construere.

BUSK, F.o. dumetum. Ang. *bush*, idem. C.M. 10, qui addit synonymon *braeck*. Ang. *brake*, spinetum, dumetum.

BUSKE, n. sodalis dilectus. *Dy twa binne greate buskes*, par amicorum. F.u. *grote buiskes*. Sueth. *buse*, amicus intimus. Hol. *buys; buysken*, amicus, sodalis. Kil. Ang. *to buss*, osculari. Confer *buiskes*, in *bolle-buiskes*, scriblitæ tumidæ, eodem sensu quo Hol. *broeder*, *zuster* usurpant pro placenta spissa delicatiore rotunda.

BUS-KOAL, cg. F.o. brassica capitata, G. J. *bœyse-koal*, Gal. *chaux-cabus*.

busk, m. W.o. *dan busk blaumer*, *dan riukel-busk*, Ang. *nosegay*, fascis florum. Lat. *fascis* = Ger. *busk*. E. I. 368.

BUSTKE, n. p. v. F.o. Cad. M. 148. Isl. *bust*, f. fastigium. Scoti *busteous*, vastus, robustus, sævus. Jamieson.

BUSTUM, viculus pagi Utingeradelæ; ex *Birstum*, prope a vico Accrumo in boream. Confer *Bertum*, vicus F.b. in pago Nordstrand. Bend. 104.

BUTÊN, præp. extra, foris, exceptus, sine. F.v. *buta*, more solito abscissa finali *n* pro Ags. Sax.v. *butan*, ex *bi-utan*. F.v. *buta*, extra; *buta huse*, F. *buten hús*, extra domum; porro. Exceptus, *Alle fiskar hropath al to Godi and tha stifne net nen manniska buta God al ena*, 130, 15, omnes pisces clamant simul ad deum eamque vocem nemo intelligit præter deum solum, Ang. *but God alone*. (*Stifne*, Goth. *stibna*, Isl. *stefna*, vox, Richthofen vertit *stiftung*, *schöpfung*, creatio.) F.v. *buta* regit dativum vel accusativum. — *Buten boart falle*, de nave in aquam cadere. *It is ien waer, ien boer scoe' syn houn' nat buten doar jeye*, in hac sæva tempestate ne rusticus quidem canem foris ageret. — Sine, absque; *Hy helpt net as buten syn scéa*, non fert auxilium nisi absque noxa sua. *O, dat boaskjen buten rie!* Proh, ista connubia temeraria absque consilio parentum salubri! *Lit us patje buten tol*, misceamus oscula innumerabilia. *Buten kennis wæze*, deliquium animi pati; *Hy is buten westen*, sui non conscius est, sive ebrius, sive in

Digitized by Google

animi deliquio, sive raptus motu animi; phrasis nautica. Deviatio acus magnetici a puncto septentrionis est in Europa occidentem versus diciturque *di Noard-westring*. Nauta qui hanc deviationem in occidentem velificans negligit *(dy buten westen is)* malum petit cursum et aberrat. — *Buten biens ride*, non recto cursu, ut Frisii solent, grallis glacialibus properare, sed pedibus alternatim divaricatis vagari. F.o. figurate *buten-beens gaen*, mœchari; *buten-beens kind*, nothus, Hol. *een buitenbeentje*, idem. Stür. 28.

bute-bór, cg. Hindel. convivium tenue mulierum postmeridianum inter prandium et cœnam, apud antiquos inusitatum itaque dictum *buten-bór*, vicis extraordinaria.

bute-buórren, cg. vicus extra urbis pomeria, vel vici circulum.

buten dyks, extra aggerem aquarinm. *It lân leit buten dyks*, agri extra aggerem aquarium sunt adeoque aquæ tumentis diluvio obnoxii.

buten-dyksk, adj. extra aggerem aquarium positus. *Buten-dyksk héalân*. Confer *Butjadingerland*, pars Frisiæ orientalis extra sinum Jadæ.

buten-farre, vb.n. navigare ad exteras nationes. *Di junge wol buten-farre*, puer amat navigare oceanum.

buten-farjer, cg. nauta qui oceanum navigat, proprie, navigans extra portus Frisiæ et mare mediterraneum Suder-seæ. *Binnenfarjer*, nauta, qui navigat per lacus et canales mediterraneas. Gal. *matelot d'eau douce.*

di butenfeart, cg. navigatio per oceanum. *Di butenfeart dær is di redme âf*, proventus navigationis in portus peregrinos tenues sunt. *Di binnenfeart*, navigatio per lacus et canales mediterraneas.

but-hus, n. (domus extra fores) stabulum boum; confer *binnen*, 312. Ang. *out-house*, a barn, cowhouse or any other convenience, belonging to a dwellinghouse. F. *Ut-hus*, domuncula domo rustici vicina, in qua fingit caseos vel mulieres lavant lintea, cæt.

buthus-doar, cg. boum stabuli ostium; plurimum ellyptice *but-doar*. Differt ab *ut-doar*, janua exterior domus coloni per quam exeunt in plateam. Stabulum olim disjunctum, sed domui agricolæ contignum erat, quare ostium ducens e domo in stabulum *busdeur* a Cad. Mullero vertitur, ostium laterale.

bute-lân, n. agri pascui nullo aggere septi, àquis tumentibus obnoxii. E contra collectivum *krite*, cg. agri communi aggere contra aquas exsurgentes septi. *Myn lân' leit yn 'e krite*, mei agri sunt in tractu aggere aquario cincto. — *Ut-lân*, n. agri extra aggerem. Ex. gr. Kad. Gemeente Buitenpost. Sect. A.

bute-lânsk hea, binne-lânsk hea, adj. fœnum prati, vel intra, vel extra aggerem aquarium positi; illud validum, hoc flaccidius est.

buten-tier, (Frisii et Flandri) præter modum et rationem, immodestus, indecens, petulans. cf. *buyten-tier*, Kil. F. *tier*, gestus, modus, dispositio.

buten-tynje, cg. angustiæ aquarum sive fretum mediterraneum in pago Titjerksteradela. *Buten-tynje-héawei*, via per quam fœnum ex pratis humilibus plaustris vehitur ad horrea rusticorum.

buten-wenst, F.o. insolentia, insuetudo. F. *unwenst*, *on-wenst*.

bute-wetter, n. aquæ communes Frisiæ circumfluentes prata aggeribus septa; maris aquæ alluentes latera exteriora aggerum majorum, qui cingunt totam Frisiam. Opponuntur aquis intra hos aggeres, quæ dulces sunt et vocantur *it binne-wetter*.

buten-slaen, vb.n. delirare.

BUTER, cg. butyrum. Vox Scythica, teste Plinio, Græcis adoptata βούτυρον, et βούτυρος, Ags. *butera*, *butere*, m. et f. F.v. *butera*, F. *buter*, G. J. *boeytter;* F.u. ut Angli *bütter*. In *buter*, quippe voce peregrina, *b* stat immota; vox indigena est Gl. Lipsii *kuo-smer*, butyrum, Alam. *kuo-smær* (Graff. 633.) Isl. *smiór*, butyrum, oleum; proprie vaccæ adeps; nam ë lacte bubulo plerumque ubivis fit. *C* sive *k* in voce peregrina *caseus* æque ac *b* sedem tenet; Ags. *cese*, *cyse*, F.u. *kees*, Nl. *kaes*, *(k = tsj, tsh)* F. *tsjiis* Ang. *cheese* (tshiize). Apud omnes Germaniæ populos exceptis Scandinavis vox *butyrum* recepta est, et miror hanc vocem peregrinam expulisse quæcumque synonyma indigena. Hispani tamen vocem Gothicam verterunt *mantica de vacca*, (Sax. v. *kuo-smer)* buty-

Digitized by Google

rum, proprie, pinguedo vaccæ. Ellyptice *mantica*, butyrum, haud aliter quam Sax. v. *embar smeras*, amphora butyri, Freckenhorst, 80. Itidem pro peregrina voce *olie* (Lat. *oleum*) Islandi retinuerunt *lios-matr*, alimentum lucis, oleum. Butyrum fit ex cremore agitato; hoc igitur omnes nationes Ger. manicæ parare scibant et comedebant. Ut autem fiat caseus primo lac coagulandum, deinde densandum et premendum est in massam cohærentem, *(massam lactis coacti*, ut Ovidius canit) quod opus ulterius et difficilius cum nationes rudes spernerent, caseus eis erat ignotus. Tacitus diserte docet (Germ. XXIII. 2) Germanos vivere ex recente fera *et lacte concreto*, F. *wrongel;* ad casei formationem igitur appropinquabant, eam vero non attingebant. Non igitur erat, cur Plinius miraretur barbaras gentes, quæ lacte vivunt, ignorare aut spernere tot secula casei dotem, densantes id alioquin in acorem jucundum et pingue butyrum. Plinius lib. XI. cap. 41.

De butyro ejusque usu Plinius (cap. XVIII. 9.) hæc habet: „E lacte fit et „butyrum, barbararum gentium lau„datissimus cibus et qui divites a „plebe discernit." Ante quadraginta et quod excedit annos hic mos nondum obsoleverat; divites comedebant butyrum, pauperes arvinam suillam. Postea luxuria temporum butyrum inter solitos pauperum cibos retulit, donec prætium adipum in tantum crevit, ut pauperes et butyro et arvina abstinere coacti essent. Cæterum proavis nostris butyrum laudatissimus erat cibus, quod tum ex disertis testimoniis, tum ex lingua eorum patet: erat enim symbolum lautissimæ affluentiæ et bonæ fortunæ. Quid enim aliud tales phrases innuunt, quales, *Rea buter oan 'e beame; ien stik buter yn 'e bry; di buter utbriede; buterje*, et id genus plures?

Hjûd scil di buter jilde, hodie butyro facient prætium, i. e. res ad triarios rediit, hodie certamen dirimetur. — *Di buter utrane*, dissolvere butyrum igne tam vehementi, ut fere omne in auras evolet, i. e. laute comissari. *Di buter is al op it flûr*, butyrum jam igni admotum est, i. e. Venite intus! edite, bibite! omnia parata sunt. — *Dat is ien stik buter yn 'e bry*, dulcis et inopinata ei cecidit fortuna, proprie, frustum butyri in pulte; Frisii enim veteres si pulti ex lacte et polenta paululum butyri immiscebant genio indulgebant. *Buter ijne brij Is wol mijn flij*, Burman. 6. *Dær is di buter!* Ibi te manet flos fortunæ. *Dær is 't réa-buter oan 'e béame*, (ibi dolium ad fundum usque repletum est delicato butyro æstivo) ibi affluunt divitiæ et dapes lautæ. — *Hy fult mei it gat yn 'e buter*, fortuna ei immerenti famulat. In his omnibus butyrum est symbolum fortunæ secundæ, caseus contra in nulla phrasi Frisica. Hollandi tamen *Hij snijdt de kaas*, secunda utitur fortuna et se jactat; contra, *Knaap! Eet kaas, de boter is duur*. Ang. *That which will not be butter must be made into cheese*. Ray. — *Is dat dijn buwter soo meyste dijn brae wol drugh ijte*. Burman. 38. — *Lit uws de buter opijte, soo schilt moaij waer wirde*, Burman. 44. Prov. *Alles is nin buter kwat di kou scyt;* Ang. *All is not butter the cow shites*. Ray. 83. *Dy nin buter bære mei, moat syn bréa druck ite.* — *Dat bern is sa fet as buter*, (butyro pinguior i. e.) obesus et mollis est ille infans. — *It jacht lit di buter sjen*, celox velificans vento ad latus premitur ut carina appareat; Frisii carinas celocum et phaselorum velificando de premio certantium oblinibant butyro rancido, ut facilius et celerius per aquas gliscerent.

Botter en brod smiten, F. o. lapillos planos per superficiem aquæ ita jacere ut eam tangentes resiliant et pergant. Harlingerland, *Ei, bei, botterbrod*. Stür. 22. F. *sculderje*, Ang. *Ducks and drakes*. Gal. *ricochet*.

buter bare, confer *bare*, depsere butyrum recens.

buter kjimme, massam butyri jam depsitam in omnes partes persecare, ut acies cultri auferat pilos bubulos aliasque fibras. — *Dær is buter to kjimmen*, ibi fervide agitur, litigant, pugnant; rumpe moras!

buter meitse, butyrum pararc.

buter stekke, intrudere semicaniculum in vas butyri ut id experiatur emtor. Confer *butergote*.

buter-aed, n. alvus fraxineus vel æneus in quo butyrum depsit rustica; in

Digitized by Google

fundo est apertura per quam effluit serum expressum.

b u t t e r - a m, F.o. Hol. *boter-ham*, Ang. *butterham*, bread and butter, Wright. planum absegmen panis butyro linitum. Ex *butter* et *am*, (Kil.) pars esculenta. *Ham* pro *am* propter antecedentem $r = \beta$. Kil. *boter-am*, *boter-ham*.

b u t e r - b i l æ z e r, cg. incantator butyri. Cum cremor in careno agitatur, aliquando causis chemicis, vulgo ignotis, fit, ut in massam butyri concrescere nequeat. Hocce vitium superstitiosi dæmonis mali artibus vel vetulæ incantatricis adscribebant, quas pellere incantatione oportet. Magus *(duvelbanner)* exorcista itaque herbis magicis circumpositis carenum ineludit, murmurans cantamina et literas secretas adscribens. Dicitur autem *buterbilæzer* a *bilæze*, incautare precibus, exorcisare; *læze*, legere, preces fundere, quæ vincula dæmonum solvunt.

b u t e r - b l o m, cg. ranunculus auricomus.

b u t e r - b o s k, n. nomen pratorum fœnicullariorum prope a vico *Ter Horne*, vel *Ter Herne*.

b u t e r - b o x e n, pl. mercatores carnum, adipis, butyri, taliumque. Nl. *vetkopers*. Ang.v. *butter-box*, a Dutchman.

b u t e r - f e t, n. dolium butyro recipiendo serviens. Prov. *Manshân boppe, ind ik yn it buterfet, sey it wiif.*

b u t e r - f j i r d e r, cg. dolium $\frac{1}{4}$ pars tonnæ, ex *fjirde*. quartus. *Ien kynsen buter, ien fjirder buter*, notant butyrum ejusque quantitatem; *ien buterfjirder, ien buter-kynsen* contra dolia ad butyrum capiendum destinata.

b u t e r - f l i e, cg. papilio, Flandri *boterschete, boter-schijte, boter-vliege*, papilio. Kil. Ags. *buter-fliege*, Ang. *butterfly*. F.u. *butterflig*, F.o. *botter-veugel*. Stür. 22.

b u t e r - g o t e, cg. semi canaliculus ferreus, quem mercator trudit in vas butyri usque ad fundum, deinde contorquet, et ita butyro repletum extrahit. ut ejus qualitatem et odorem experiatur. cf. *buter-stekke*.

b u t e r - g o u n e, cg. nummus argenteus, nunc derogatus, 28 stuverorum (1 flor. 40 cent.) F. *acht-ind-twintich*; magis tamen in usu florebat *inkel-goune*; ludicre hujus nummi nomen erat *'n goune mei stirten*, florenus caudas trahens, ita dictus, quod florenum solitum 8 stuveris superabat. Hol. *goudgulden*. Veteres Frisii *buter-goune* appellabant, quod butyri pretium non per florenum 20, sed 28 stuverorum statuebant. In cochleari argenteo natali Petri Wilhelmi filii hujus monetæ pro butyro solutæ mentio fit. Confer inscriptionem supra 229, unde liquet media centuria XVII*a* quartam partem tounæ constavisse 35 florenos. Hoc culmen prætii inauditum eo erat ævo, quod tamen hodierno usitato longe superatur. *Tonna* dividitur in quatuor partes, quarum quæque 80 librarum *ien fjirder* appellatur; *ien fjirder* a° 1649 constabat 25 florenos 28 stuverorum, quæ valent 35 florenos nostros; nunc *ien fjirder* 50 florenos et quod excedit assidue constat. In libello, *beeldenaer* dicto ('s Gravenhage 1622), qui exhibet effigies et valorem nummorum Neerlandicorum, noster *buter-goune* ita notatur, *Den Vriesschen silveren gulden op 't gewichte van* XII. *eng. ende een half ter remedi van* 4 *asen, tot* 1 *gulden VIII stuyvers*. Sequuntur partes dimidia et quarta hujus nummi pretio analogo. — *Doe ick hem sey fen dy oor Pilatus Prokroor seyer, „Mondus vol beschite." Ik wiit næt, het wyrum het te sissen is; den ick tins, „wyse ljoe habbe omme moule græte birden," dat het dat te sissin is. Den seyer, Ick hab jytte yen græt boeck, dir Porcus Luris* (corpus juris) *hiet; wustu dir twa fleamske mey yen buttergone oan weye, so wol ick dy miin laviis* (avijs, advijs) *tige jaen en diin claddoyen in conscripsis* (pleidoyen in conscriptis) *stelle*. Starters Timbre de Cardone. Tusschenspel, Siouck Sipkes. I act. 3 sc. Leeuwarden, 1618.

i n k e l - g o u n e, idem notat quod *butergoune:* F.v. *inka* enim est butyrum; (O. F. W. p. 92) unde forma adjectiva *inkel* pro predicato ante subjectum *goune* in *inkel-goune*. Alam. *anco*, Hd. *anke*, butyrum. Graff. VI, 833. Mhd. *anke*, cremor, butyrum. Forte per ellypsin notat butyrum, plene *buterinka* ut Alam. *anchun-smera*. Nl. *botervet*, butyri adeps. Gr. Gesch. 1003. Germanorum *ankan* respondet enim Lat. *ungere*, unde *unctum*, oleum, apud Per-

Digitized by Google

sium, et Italorum *unto* butyrum, arvina, ut a Nl. *smeren*, ungere, est st. *smeer*, adeps. Forsan ex *anke* manavit verbum F. *antje*, quod supra (106) retuli ad *anken*, ingemiscere. *Antje* enim est parturire, et valet tantum de vacca, cui parturienti humor viscosus seu phlegma adipi liquido simile ex cunno fluit. F. *flibe*, saliva, *flybkje*, salivare; Nl. *sever*, vb. *severen*, idem.

buter-hûs, n. ædes in quibus butyrum prostat.

buter-hoer, cg. puella ex infima plebe in ollula ab emtore accipiens frusta rejectanea butyri explorati. Ang. v. *butter-whores and oyster-women of Billinsgate.* Halliw. Wright.

buter-jier, n. annus feracissimus butyri. Cultura arvorum in nostra Frisia hodie plerumque est separata ab ea pratorum, adeo ut agricolæ sint, vel armentarii, vel aratores, non autem ambo simul. Hoc cum olim fieret in Anglia antiquus mos ferebat ut materfamilias pretium butyri acciperet in usus domesticos. „*Butter-pence*, the farmers wifes perquisite money gained from the sale of her butter." Similis mos ad hunc diem viget inter agricolas quorundam pagorum Zélandiæ, qui negligunt pascua quod ex eis suæ crumenæ privatæ nihil emolumenti redundat.

buter-jild, n. nummi accepti vel accipiendi pro vendito butyro.

buter-kéaper, cg. butyri mercator. pl. *buter-keáp-liu'*, *buter-kéapers.*

buter-kynsen, n. vas tenens partem octavam tonnæ butyri. *Kynsen* pro *kyntsen*, Frisice ex *kynken*. Nl. v. *kindeken*, *kinneken*, vasculum, actava pars cadi. Kilianus putat *kindeken* eandem esse vocem cum Ang. v. *kylderkin*, *kilderkin*, a kind of liquid measure containing two firkins. Sed *kilderkin* est Nl. v. *kelderken*, Nl. *keldertje*, *kelder*, cista lignea continens 12 lagenas spiritus juniperi, cistula 4 vel 6 lagenulas variarum specierum spiritus fortis continens. Nl. *kelder*, cavea. Confer E. Phillips, the new world of words. (1706) *kilderkin.* — *Heál-kynsen*, (dimidium octavæ partis tonnæ, i. e.) doliolum $\frac{1}{16}$ tonnæ.

buter-laed, n. capsa oblonga portatilis lignea operculo tecta, in qua rusticæ venditant globulos butyri.

buter-lân, n. prata butyri feracia.

buter-ljitske, n. idem quod *buter-hoer.*

buter-makker, cg. quæ parat butyrum virgo vel femina.

buter-print, cg. Ang. *butter-print*, sigillum ligneum flore vel alia imagine incisa signatum, quod imprimit rustica butyro: quod cum fiat ornatus gratia audit *Di buter pronkje*, ornare butyrum. Sigillum rustici, qui agros pascuos suæ ditionis colit, (F. *eigenierde boer*, Ang. *a freekolder)* est trifolium, quod et insignia procerum ornat, quorum avita bona sunt agri pascui.

beudar-skîw, m. F. b. idem quod *butteram.* F. *scif*, discus, segmen. Joh. 5.

buter-skot, n. F. v. tributum annuum butyri templo, altari vel sacerdoti solvendum. *Botter-schoet*, Chart. I. 349. a. Hol. *schot en lot*, omnia tributa cujuscumque generis simul. Hoc tributum præstabant, vel certo butyri pondere annui vel certa parte totius proventus annui butyri, ut ex arvis certum numerum mergitum (Nl. *garven)* totius messis solvebant. Hoc genus tributi leges F. o. posteriores vocant *buttergarberey.*

buter-scute, cg. navis vehens dolia butyri de foro in portum.

buter-spaen, cg. spatha qua butyrum e vase raditur. F. o. *botter-spón.* Ags. *spón*, segmentum ligni. F. *spoen*, idem. Ang. *spoon*, cochlear. Nl. v. *spaen*, cochlear. Nl. *spaen*, segmentum ligni.

buter-stikken, pl. et *stikken buter*, (butyri frusta) massæ rotundæ butyri duarum fere librarum. Alias *boalen buter*, pl. sing. *'n boale buter.* Hol. *een kluit boter; Meppelder kluiten. Meppeld*, oppidum Threntiæ.

buter-tafel, cg. mensa in qua depsitur butyrum recens.

buter-tòsken, pl. par primum dentium anteriorum in maxilla superiore infantum, dentes primores incisores. F. u. *butter-tannen*, Nl. *boter-tanden*, F. o. *botter-tannen*, Ang. *butter-teeth*, the two incisors in front of the upper-jaw. — Antea soli in re lauta positi quotidie butyro fruebantur. Homines tenues tantum diebus festis genio indulgebant usui butyri, neque absonum est credere patrem familiæ suos ex-

Digitized by Google

cepisse butyro, ubi bini primores dentes sui infantis apparuerant. Isl. *tannfé* (Ang. *teeth-fee?*) munus patris, ubi dentes infantis vidit primos. F. *di butertoaken matte ut*, a butyro propter caritatem abstinendum est.

buter-waech, cg. ædes in quibus ponderantur vasa butyri.

buter-wiif, n. rustica vendendos exponens in foro globos butyri recentis. F. u. *butter-wyf*, Ang. *butterwife*, idem. Todd's Johnson.

gærs-buter, cg. butyrum ex lacte vaccæ pascentis in prato.

hea-buter, cg. butyrum ex lacte vaccæ fœno in stabulo pastæ.

klaei-buter, cg. butyrum vaccæ pastæ in terra pingui argillosa.

rea-buter, G. J. *rea-boeyter* (butyrum rubrum) butyrum ex vacca pascente in prato viridi; ita dictum propter flavescentem ruborem.

sterke buter, butyrum rancidum: *bittere buter*, butyrum amarum, ut fit, cum prata scatent ranunculis auricomis F. *buter-blom*, Ang. *butter-flower*.

wâld-buter, cg. butyrum effectum in pratis soli arenosi.

winter-buter, cg. butyrum hiemale, cum pecus stabulum tenet et alitur fœno; opponitur butyro æstivo *(réa-buter)* ex vaccis in pratis viridibus pascentibus. — Penus hyemalis butyri æstivi.

buterich, adj. butyro inquinatus, butyrum olens. Ang. *buttery*, having the appearence or qualities of butter.

buterje, vb. n. in careno butyrum fieri, scilicet, cremor qui agitatur. Tropice, succedere, *It wol nat buterje*, res procedere nescit, Sax. l. *It wil nich bottern*, B. N. L. I. 127. Alias F. *it wol nat tribelje*, successu caret, Ags. *tribulan*, pinsere.

Inter nostrates decantatum est vetus distichon,

Buter, bréad ind griene tsjiis
Is goed Ingelsk ind goed Friisk.

Ang. *Butter, bread and green cheese*
Is good English and good Frisick.

Animadvertendum est F. veterum *grene* hodie transivisse in *griene*, et *kese* in *tsjiis*, quas novas formas et literis scriptis sequimur. Angli licet eodem modo mutantes *grên* in *grien* et *cese*, *chese* in *tsjiise*, in scriptione tamen *green* et *cheese* immota retinent. Hanc observationem si referas ad totam linguam plurimæ differentiæ, quæ linguam Anglicam inter et præsentem Frisicam videntur intercedere, evanescent.

Multos textores artificiosos, quibus Frisia olim abundabat, sedem fixisse ajunt in urbe Anglica Hallifax, et hi distichon decantatum ad novam patriam retulisse videntur; in historia urbis enim celebratur proverbium *Gooid brade, botter and sheese Is gooid Halifax and gooid Friese.* Hæc verba, licet corrupta, excerpsi ex quibusdam urbis chronicis trivialibus.

Pertinet hoc distichon ad ea verba, quæ Frisice audiunt *kneppel-spreukjes*, quorum variæ species in ore populi erant. Antiquissima sunt, quæ in bello vicem tesseræ præstabant et a doctis viris *rhetræ* et *χάλεποι* vocantur. Si quis se Frisium et amicum Frisiorum prædicabat, et nostris dubium obrepebat de hominis veracitate, eum compellebant eloqui quandam rhetram Frisicam difficilem pronunciatu, ut extraneum ab inquilino et inimicum ab amico discernerent. Frisii, qui obsidebant Saxones in urbe Franekera (anno 1500) hac tessera utebantur, *Fiouwer lotter claer leepaeyen op in finneherne yn tén nist*, Winsemius, 371. Melior lectio Kemponis Martenæ habet, *fyouwer lutter claer klyep-aeyen op een fenne-herne in een nest.* Chart. b. II. 9. Kempius, „fuit „recepta, inquit, a Frisonibus anti„quitus consuetudo, ut neminem pro „Frisone agnoscerent, nisi materna „ac vulgari lingua dicere potuisset „*Hyrd rae ryrn lyrre.*" Item quod sequitur *Dir is nin klyrck so krol als Klyrckcampster krolherede klyrck; aller klyrcken ys hy to krol*, C. Kempius, de situ Frisiæ, Lib. I. c. 18. Hilarides (MS.) legit *Hird rea riekt riere-liere.* Idem pro *Klyrckcampster* legit *Klaerkampster.* — Tandem ferunt navarchum Greate Pier disticho supra citato *(buter, bréad ind griene tjijs*, cæt) usum fuisse, ut dignosceret Hollandum a Frisio, et eum quemque Hollandum, qui illam tesseram efferre non potis erat, projectum in mare aqua suffocavisse.

Circumferuntur præterea rhetræ, quarum verba ab eadem litera con-

Digitized by Google

sonante incipientes et celeriter elatæ, loquenti difficiles sunt. Has autem Frisii sæpe joci gratia inter amicos repetebant, ut expeditior fieret lingua. Tales sunt *Bi di brol yn 'e blâuwe bril is blâuw baei to kêap. Di Blyer blye bryklok. Dær klipt ter-Cappler klok. Bange bane brekke as bry.* — Watze Wytses Cammenga anno 1578, ut perhibent, habitabat in villa Witgardam et Wirdumum intermedia, ibique florebat auctoritate, unde sequens rhetra in ore populi erat, *Wytte Watses wennet west Wirdumer Witeweerd* (Witgaerd); hæcce enim villa spectabat Wirdum ab occidente.

BUTHEM? BOTHEM, m. W.o. fundus, solum. Mutant Nl. et Scoti *th* in *d*, Nl. *bodem*, m. Scoti *boddum*, Ags. et Ang. in *t* Ang. *bottom*, Ags. *botm*, m. Frisii mollem aspiratam inter duas vocales mutant in vocalem , *boyem* supra 429. Respondet *buthem* Latinorum vb. *fundo*, *fudi*; *fusus*, *fusum*, quæ notio superest in Ang. v. *bothem*, aquæ ductus, fluentum. Halliw. Wright. E. I. 861. Pro *buthem*, fundus vasis, insulani F.b. frequentant *bushm*, (buzem), Joh. 101.

BUTJE, vb.a. permutare rem re. F.b. *butji*, Joh. 187. Silt, *bütti;* apud Outzen *büte*. Nl.v. *bueten*, Kil. Synonyma fere sunt *tyskje* in *hynste-tyskje*, et *quanselje*. Goth. *bugjan*, Ags. *bycgan*, emere, vendere, in genere. Ang. Crav. *but*, barter. Frisii præfigunt *róalje*, permutare, ut speciatim mercium compensationem significent, in verbo

roálle-butje, permutare rem cum re, F.u. *rule-büetje*. Tene tamen Isl. *byta*, distribuere, permutare, et Ang. Craven, *to but*, to barter.

küdj-bütji, Joh. 187, res emtas iterum iterumque cum aliis mutare. Apud Outzen (büte) *küte-büte*, infantum more sua crebro cum aliis mutare. Su. *kyta och buta*, idem: *kuta*, permutare. Teuth. *cuyden*, *wesselen*, *buyten*, cambire, permutare. Scoti *cose*, idem.

butenschoup, F.b. mercium compensatio. Outzen, 37. *Schoup* pro *schup*, F. *-scip*, Nl. *-schap*, terminatio in F. *keapman-scip*, mercatura, Nl. *koopmanschap;* F. *rid-scip*, Hol. *gereed-schap*.

BUTSJE, (boetsje) BOEKJE, vb.a. ferire, pulsare, pro *bukje*. G. J. *buwtse* et *boeytse*. Nl.v. *buyeschen*, pulsare, J. Harduin 49. Kil *botsen*, *butsen*, pulsare. *Boetse*, j. *butse*, tuber. *Boesen*, impetuose pulsare. *Blutsen*, *butsen*, quassare, Hol. *poets*, verbera.

oanbutsje, pulsare fores. Nl. *aenkloppen*.

forbutsje, vb.a. pulsu frangere. *Di stalle forbutsje*, mallei capulum pulsando rumpere; figurate, aliquid corrumpere.

scern-butsje, advectos fimi cumulos dispergere per prata.

biscern-butsje, (colere agrum dispergendo fimum) *Di boere-junge, dy to folle leert, wol di finne nat biscernbutsje; dat is goed foár 'e dummen, seit er.*

scot-butse, idem quod *scernbutsje;* pf. *scot-buke*. Nl.v. *schot*, *wtworpsel*, ejectamentum, Nl. *uit-schot*.

tsjettel-butsje, reficere ahena. Kil. *ketel-boeten*, idem. Flandri *ketel-buyschen*, idem.. *Booten*, malleo contundere. *Buysschen*, Flandri, pulsare, tundere. Confer tamen et Nl. *boeten*, emendare.

fortsjettelbutsje, interpolando resarcire. Hol. *verhakstukken*. Confer *klutsen*, Nl. quatere, concutere, et Nl. *verlapt*, *verklutst*, *en verketelboet*, quæ sunt synonyma; Westerbaen, voorrede, Psalmen. G. J. *Fortsjettelbuwtje foár di leafde*, conformare animum ad sensum amoris.

BUTTE, cg. capsa lignea ellyptica, operculo et sera clausa, in usus viatoris. Vide supra *büde*.

BUWA, v.a. F.v. ædificare; incolere, habitare; *bowa*, idem. Confer Isl. *buga*, ædificare, incolere, et F.v. *buger in de loegh*, incola vici; Nl.v. *bouwman*, *bouwer*, colonus, Isl. *bu-mathr*, rusticus. Ex *bower*, est *boer*. Cf. *bouwje* 475.

bou, cg. ædificatio, structura; arva quæ aratro vertuntur; fructuum cultura in arvo. Figurate *Hy is yn syn bou*, mirifice gaudet, Hol. *Hij is in zijn tuin*, (in suo est horto) idem.

BUWS- vel *bós-doárren*, F.b. fores horrei. Confer supra *bos*, parva casa, cæt. et Bend. 8, 12, *bûs*, n. taberna sive casa ex cespitibus structa. Talia erant prima stabula, in quibus agricolæ cum pecore vivebant.

BUZE, vb.n. F.o. bacchari instar procellæ. *Buzick wær*, cœlum procellosum. Confer *buse* in *buze-kappert*.

Digitized by Google

BUZE-HAPPERT.

bûstert, procella sæva sed brevis. Stûr. 29.

BUZE-HAPPERT, cg. dæmon aquaticus, qui creditur puerulos per extremam ripam ludentes attrahere in aquam ibique suffocare. Eo dæmone parentes et seniores in Frisia, lacuum et canalium plena, terriculamentum injiciunt. Vox componitur ex *buze*, dæmon malignus, et F. *happert*, qui morsu prehendit. Confer Ihre *busa* 203. ten Kate I. 602, b. et Grimm, Mythol. p. 474, 475, ubi disserit de *butse*, larva, spectrum, dæmon aquaticus. Ang. *buzz*, susurrare, murmurare, immugire ut mare æstuosum. Hæretici, qui medio ævo satanam adorare credebantur, conveniebant in locis subterraneis *Bus-keller* dictis. Mag. bibl. Pat. XXV. 308. b.

buze-beller, F. o. spectrum, larva terribili indutus homo, terriculamentum. Stür. 28.

beuk-kærel, idem. Harlingerland. Stür. 21, 28. Ex *boke*, *böke*, *beutse*.

busse-man, F. b. dæmon aquaticus, idem qui F. *buze-happert*, Outzen. Dani *buse-mand*, spectrum, terriculamentum infantum. Kil. *boesman*, Fris. j. *bietebauwe: bytebauwe*, manducus, larva, spectrum. Scoti *bu-man*, *bu-kow*, spectrum, diabolus. Jam. Ang. North. *boggle-bo*, a spectre, a nursery bugbear, Brocket, 45,

My mammy bid me gan to bed,
My daddy he said, No!
My mammy said, if I wad na gan,
She would fetch boggle-bo.

Dæmon ille aquaticus Anglosaxonibus est *wicor*, Nl. *nikker*, Isl. plene cum *n* aspirata *Hnikar*, de cujus ingenio consule Grimmium, Deut. Mythol. p. 456, et quæ sequuntur. Absque *man* vel *happert*, Hd. *butze*, larva terricula infantibus.

buwze-man, cg. G. J. spectrum, larva.

buzeman, (qui larvam induit) qui jussu secreto venditoris in auctione publica plus licitatur ut emtores pretium majus offerant; item qui licitatur, non ut emat, sed licitationis præmium propositum auferat; in genere qui speciem falsam præ se fert, veterator.

buzemannery, cg. dolosa agendi ratio.

B.

Supervacuum habui omnia Frisiæ Borealis verba, quæ cum supra citatis congruunt, notare: sunt tamen inter ea multa, quæ propter formæ singularem cum Anglicis similitudinem notari merentur, præsertim ea quæ apocopen terminationis infinitivi passa sunt. Terminatio Ags. *-an* perdebat *n* apud Islandos, Frisios et Anglosaxones Northumbriæ; *a* apud Frisios hodiernos transibat in *e;* tandem incolæ Angliæ, parvarumque insularum Frisicarum Wangerogæ et Helgolandiæ istam *e* resecuerunt; ex. gr. Ags. *dælan*, Ags. N. *dæla*, F. v. *dela*, Isl. *deila*, W. o. *deil*, E. I. 68, Ang. *to deal*. — Ags. *niman*, sumere, Nl. *nemen*, Isl. *nema*, Ang. v. *nime*, *nim*, F. *nimme*, Helg. *nem*. — Ags. *stican*, Nl. *steken*, Ags. North. *sticia*, F. *stekke*, Ang. *stick*, Helg. *steck* pungere. Hæc apocope igitur non pendebat a casu fortuito, sed a similitudine ingenii et organorum loquelæ, qua ejusdem stirpis Anglo-Frisicæ gentes, post sedecim seculorum separationem, in abbreviandis vocibus eundem habebant exitum. Miror igitur Anglos, qui barbararum gentium idiomata ad terræ ultimos fines usque indagantur, istud Helgolandiæ, suæ ditionis insulæ, penitus neglexisse, licet solum cum eo Wangerogæ causam apocopes suis infinitivis propriæ explicare potis sit. Quæcumque sit verborum litera initialis omnia præbent ejusdem apocopes ubera exempla; quæ sequuntur verba sunt a consonante *b* incipientia. Excerpsi ea ex libro limato Ehrentrauti, *Friesisches Archiv*. Tom. I. Quæ carent regionis indicio sunt Wangerogica; Helgolandica signavi Helg.

back, Helg. pinsere, Ang. *to bake* (beek) F. *bakke*, Nl. *bakken*, Ags. *bacan*.

bain, 67, F. *bjinne*, Nl. *boenen*, aqua præverrere.

ban, 67, Ang. *burn*, F. *barne*, (banne) Nl. *barnen*, urere, Ags. *byrnan*.

bârg, 49, F. *bergje*, Nl. *bergen*, recondere, Ags. *bergan*.

barik, 59, F. *boárje*, Ang. *bore*, Nl. *boren*, terebrare, Ags. *borian*.

befèl, Helg. jubere. Isl. *fela*, condere, mandare, F. v. *bifella*, F. *bifelje*, Nl. *bevelen*, Ags. *befelan*.

begrîp, Helg. intelligere, F. *begripe*, Ang. *gripe*, Ags. *gripan*, prehendere.

Digitized by Google

B.

berst, 48, Ang. *to burst*, F. *boârstje*, Nl. *barsten*, dissilire, Ags. *berstan*.

bid, 56, Helg. *bêd*, 180, Ang. *bid*, F. *bidde*, Nl. *bidden*, Ags. *biddan*.

bik, 59, Ang. *to pick*, F. *bikje*, Nl. *bikken*, *pikken*, pungere.

bin, 49, Helg. 191, ligare, Ang. *bind*, F. *bine*, Nl. *binden*, Ags. *bindan*.

biôd, 39, Ang. *bid*, F. *biede*, Nl. *bieden*, offerre, Ags. *beódan*.

bit, 47, Ang. *to bite*, F. *bite*, Nl. *bijten*, mordere, Ags. *bitan*.

biut, 56, Ang. Craven, *to but*, to barter, F. *butje*, (supra) permutare rem cum re, Ags. *bycgan*.

blaat, Helg. sanguinem excernere, Ang. *to bleed* (bliid) F. *bliede*, Ags. *bledan*, Nl. *bloeden*.

blar, 68, balare, F. *blare*, Ang. dial. *blare*, Nl. v. *blaren*. Hodie Ang. *bleat*, Nl. *blaten*, mutata *r* in *t*.

blink, 60, fulgere, Ang. *blink*, nictare, F. *blinke*, Nl. *blinken*, Ags. *blican*.

bliw, 40, Helg. *bliiw*, remanere, Ang. v. *bileve*, F. *bliwe*, Nl. *blijven*, Ags. *belifan*.

borg, 60, recondere, servare, F. *bergje*, Nl. *bergen*, Ags. *bergan*.

brik, 45, frangere, Ang. *break*, F. *brekke*, Nl. *breken*, Ags. *brecan*.

bring, Helg. ferre, adferre, Ang. *to bring*, F. v. *branga*, *brenga*, *bringa*, F. *bringe*, Ags. *bringan*, Nl. *brengen*.

bru, 68, vexare, *Dû brûst mî mô as al min jîl*, F. *Dou pleagest mi mear as al myn jild. (mô* Ang. *more)* F. *bruye*, q. v.

brûd, 53, nectere, Ang. v. *broid*, Isl. *brydda*, freq. F. *broddelje*, supra 500.

bruk, 60, uti, Helg. 199. F. *bruke*, Ags. N. *brucca*, Ags. *brucan:* deëst Ang. qui habent ex Lat. Barb. *to use*.

brul, 68, fremere, F. *brulle*, Nl. *brullen*.

brûz, 68, fervere, spumare, F. *brûze; It gœrs brûst er ut*, germinat herba lætissime, Ang. *browse*, germinare, pullulare.

bûg, 41, flectere. Helg. *biiûg*, Ang. *bow*, F. *bûge*, Ags. *bugan*, Nl. *buigen*.

buk, 60, se incurvare, inclinare, F. *bokje*, Nl. *bokken*, *bukken*.

buter, 78, in butyrum coalescere (dum cremor in careno agitatur) F. *bûterje*, idem, Ang. *to butter*, illinere butyrum.

D.

Inter voces Frisicas a litera consonante *d* incipientes multæ desideran-

D.

tur, quas habet catalogus linguæ Neêrlandicæ. Hujus rei causam paucis explicare tentabo.

Recta literarum pronuntiatio pendet primo ab acutis auribus; cum enim os efferat, quæ aures capiunt, ille, qui non accurate audit, articulatim et distincte vocum elementa pronuntiare nequit; deinde a dextra flexibilitate organorum loquelæ. In juventute rudi nationis sensus omnes vigent nativa alacritate, quæ valet differentias subtilissimas auribus percipere et ore proferre; postquam autem cultura artium et scientiarum, nec non concamitans luxus corpora sensim debilitavit et cum eis simul organa auditus et loquelæ, difficiliores patrum literas non amplius efferre potest. Inter has primæ sunt aspiratæ, quippe quarum natura subtilis fluidaque acutum aurium judicium et primitivam linguæ dexteritatem requirit. — Literæ consonantes dividuntur in

gutturales	G, K, H.
linguales	D, T, Th.
labiales	B, P, F.

Ultimæ literæ H, Th, F, vocantur literæ aspiratæ. Vis aspiratæ *H* nobis periit, licet figura remanet; vis *th* simul cum figura interiit; aspiratæ F et forma et vis, quantum scio, integra superest.

H duplicem præstavisse usum videtur; alterum spiritus gutturalis, alterum aspiratæ gutturalis. Spiritum gutturalem hodie audimus ante vocalem in F. *hund*, *hals*, *hâp* vel *hopen*, *haved*, *hûd*. Nota tamen hanc literam *h* in lingua Latina ἀντίστοιχαν habere *k*, ut probant ex. gr. *canis* (Gr. κύων) *collum*, *copia*, *caput* et *cutis*, cujus k (= c) litera aspirata est *ch*. Me judice *h* in hoc loco igitur valet mollem *ch*. Asperior autem fit *h* ante tenuem *t*; ex. gr. Ags. *liht*, *miht*, *suht*, *dohtor*, quæ Neerlandi, postquam *h* vim primitivam amiserat, scripserunt per *ch* et Angli per *gh*, Neêrl. *licht*, *macht*, *sucht*, *dochter;* Ang. *light*, *might*, *(sught) daughter*. Angli veteres Ags. *c* post *s* mutabant in *ch*, sed posteri rejecta *c* solam *h* retinebant; ex. gr. Ags. *scanca*, *scyld*, *sceran*, *sceavian*, Ang. v. *schanke*, *schelde*, *schere*, *schawe*. Ang. *shank*, *shield*, *sheer*, *shew;* Nl. *ch* plene,

Digitized by Google

D.

schonk, *schild*, *schéren*, *schouwen*. Frisii ut veteres solum *c* = *k*; *sconk*, *scild*, *scere*, *scâuwe*. *Ch* post *s* Angli pronuntiant ut *ſ*, (schear) *sheer*, (scharp) *sharp*, effer *sjeer*, *sjarp*, ut Hd. *sch* = *sj*, ex. gr. *shiessen*, *schade*, effer *sjiessen*, *sjade*, F. *sjitte* jaculari, ex. F. v. *skiâta*, *schiâta*. Madden, Gawayne. Glossary. — Aspirabant præterea istâ literâ *h* liquidas initiales *l*, *n*, *r*, *w*, ex. gr. Ags. *hlæst*, F. v. *hlast*, F. *læst*, onus; Ags. *hleápan*, F. v. *hliápa*, Ang. *leap*, saltare, F. *liáppe*, *ljeppe*, saltu superare; Ags. F. v. *hlid*, Ang. *lid*, F. *lid*, operculum; Ags. *hlynjan*, F. *lynje*, inclinare. Ags. *hnecca*, F. v. *hnekka*, F. *nekke*, Ang. *neck*, cervix; Ags. *hnut*, Ang. F. *nut*, nux; Ags. *hnigan*, F. v. *hniga*, F. *nige*, caput inclinare; Ags. *hnoppa*, F. *nop*, Ang. *nap*, floccus. Ags. *hreód*, F. v. *hreid*, Ang. *reed*, F. *reid*; Ags. *hricge*, F. v. *hreg*, F. *ræch*, Ang. *ridge*, dorsum, jugum (montis); Ags. *hrympelle*, Ang. *rumple*, F. *rimpel*, ruga; Ags. *hroc*, Ang. *rook* (roek) F. *roek*, corvus. Ags. *hwearfa*, circuitus, permutatio, (Nl. *beurt*) *hwearfum*, (Nl. *beurtling*) vicissim, F. v. *hwarf*, vicis, F. *elts syn war* vel *wor*, quisque suas vices. Ags. F. v. *hwit*, F. *wyt*, albus. Sonus liquidæ aspiratæ jam pridem cum ipso signo aspirationis *h* ante liquidas evanuit, ut inter alias hodierna lingua Frisiorum et Anglorum probat, et qualis iste sonus fuerit nemo viventium hodie conjectura ipsa assequetur. Haud dubie affinis fuit literis *h* et *ch*, modo quodam ignoto cum liquida conflatis. Hoc probat muta *k* in locum aspiratæ *h* a posteris supposita, ex. gr. Ags. *hnæppian*, Ang. *to take a nap*, F. *'n knipperke nimme*, Hol. *knipperen*; F. v. *knekke to beke*, infringere retro, F. *to bek knikke*; Ags. *hnol*, vertex, Nl. *knol*, globus; Ags. *hweosan*, expumare, Ang. *wheeze*, spiritum streperum edere, F. *quéaze*, strepere ut aqua a gradiente in calceo compressa. Pro nomine proprio *Hliudwig* posteri dixerunt *Chliudwig*, B. L. *Clodovæus*, Nl. *Lodewijk*, Gal. *Louis*. Probant præterea ἀντίστοιχαι voces Græcæ et Latinæ incipientes a *k*, quæ generatim requirit aspiratam gutturalem *ch* in eis linguis Germaniæ, quarum consonantes recto stant talo; ex.

D.

gr. Ags. *hlid*, operculum, Lat. *claudo*; Ags. *hlud*, sonorus, κλυτός, obstrepens; Ags. *hræv*, cadaver, F. v. *hré*, Gr. κρέας, caro, (ut Goth. *leiks*, caro, Nl. *lijk*, cadaver, F. *deád lyk*); F. *hât*, odium, Gr. κότος. Angli ad hunc usque diem in scribendo frequentant *hw*, sed jam olim in tantum scopi et veræ pronuntiationis erant oblíti, ut aspiratam *h* non ante sed post *w* ponerent; ex. gr. Ags. F. v. *hwit*, albus, Ang. *white*, F. *wyt*; Ags. *hweol*, rota, Ang. *wheel* (wiel) F. *wiel*; Ags. *hwa*, F. v. *hwa*, F. *wa*. Ang. *who*; Ags. *hwilc*, Nl. *welke*, Ang. *which*, quis; Ags. *hwæg*, serum, Ang. *whey*, F. *wai*; Ags. *hwæte*, triticum, Ang. *wheat*, Su. *hwete*, (wéte) F. *weet*; Ags. *hwelp*, catulus, Ang. *whelp*, Nl. *welp*; Ags. *hwile*, temporis intervallum, F. v. *hwile*, Ang. *while*, F. *wile*, Ags. *hwilon*, olim, aliquando, Ang. *whilom*, Nl. *wylen myn moeders lessen*, Ang. *My late mothers admonitions*; Ags. *hweljan*, acuere, Alam. *hwezjan*, Ang. *whet*, acuere, irritare, Nl. *wetten*, Goth. *hvotjan*, acriter increpare. Ex Lat. *cos*, *cotis*, Frisii ut Gothi non tantum *o* admittunt, sed et *h* literam ἀντίστοιχαν Lat. consonantis c = *k*, in F. *hótte*, cos, *hótje*, acuere. In Ags. *hwostan*, tussire, mihi non liquet, num *hw* primitivum sit, an contra *w* fluxerit ex *u* in F. *huóstje*, tussire, Alam. *huóstjon*.

Hw apud Gothos significabat sonum Græcis Latinisque ignotum, quique adeo nullo elemento horum alphabethi indicabatur; erat præterea sonus singularis, non ex duabus consonantibus compositus, quare Gothi eum notabant uno eoque novo signo, quod erat vocalis O in centro puncto notata. In locum ejus grammatici hodierni temere substituunt *hv*, quæ literæ explicationem suspectam et omnibus minime probatam exhibent.

Venio ad aspiratam literarum lingualium, quæ est ex contrariis mixtus sonus, ideoque difficilis pronunciatu. Dum enim apex linguæ intra dentes exseritur et contra seriem superiorem premitur ubi est in loco lingualis tenuis *t*, locutor tentat efferre sive *s* (sibilans aspera) sive *z* (sibilans suavis). Inde oritur iste sibilus fractus sed suavis, quem soli Islandi, Angli et

Digitized by Google

partim Frisii boreales integram servare potuerunt; asper est iste sonus si locutor *s*, mollis si *z* efferre tentat. Alphabethum Runicum hunc sonum nota peculiari significabat, et licet Runicæ notæ, incantationis quippe instrumenta et paganica, post recepta sacra Christiana inter proavos abrogabantur, tamen quia nullum signum inter Latina elementa Germanorum aspiratæ linguali respondens inveniebant, cæteris notis Runicis rejectis unam literæ, quæ *thyth* vel *duss* vocatur, retinebant. Postquam istud signum Runicum tandem obsoleverat apud Anglos, hi in locum ejus substituerunt duas literas junctas *th*, quo dupliciter peccaverunt; primo unum indivisumque sonum indicabant literis duabus; deinde, earum ultima est spiritus gutturalis *h*, quæ cum linguali aspirata, vel cum *t*, vel cum *s*, nihil habet commune.

Nostræ stirpis insulani, a continente remoti et duritiei navigationis et piscaturæ obnoxii, soli, quantum scio, veram aspiratæ lingualis pronuntiationem servare potuerunt. Incolæ litoris occidentalis Sleeswiki, qui dialectum Moringensem frequentant, in eo multa nobis offerunt aspiratæ vestigia, sed integram, ut eam habent Angli, tuentur incolæ insularum Frisicarum Wangerôg, Fôr et Amrum: Joh. 2. Exemplo sint voces Fôrenses et Amrumenses *thaank*, grates; *thàgh*, tectum; *thâl*, m. area; *thârp*, vicus; *thast*, sitis, pro *tharst* ut F. *toast* pro *toarst; thiif*, fur; *thing*, causæ actio; *thong*, alga marina; *thurn*, sentis; *tus*, dens, pl. *theth*, *th* pro *t*, Joh. 111. Ags. *thanc*, *thæc*, *thil*, *thorpe*, *thurst*, *theôf (thief*, *thyf)*, *thing*, *thung* (= Isl. *thang) thorn (thyrn)*, *toth*, pl. *têth*. — F. b. *thackt*, densus; *than*, tenuis; *therw*, insulsus, vapidus; *thjok*, crassus, *tejokti*, crassitudo (p. 137) Sueth. *tiock*, F. *tsjôk*, crassus, Joh. 149. Isl. *thiéttr*, (Nl. *dicht*, F. *tícht)*, Ags. *thin*, *therf* azymus, *thic*. — F. b. *thâft*, m. transtrum; *thonnar*, tonitru; *thölk*, m. pugio; *thuat*, m. tumultus; *thuas*, fons, scaturigo, Joh. 16. Ags. *thoft*, *thunor*, *(thunerian*, F. b. *thunri*, tonare, Joh. 176.) *thutan*, ululare, tumultuari, Isl. *thyeja*, cum impetu ferri, pf. *thusta*. Hæ Forensium et Amrumensium voces probant veram aspiratæ *th* pronuntiationem non apud solos Wangerogenses, ut vult cl. Ehrentraut (L. 214) esse servatam; jure tamen ex Wangerogensi idiomate plurimas citat voces a *th* incipientes, cujus pronuntiatio ne hilum quidem differt ab Anglica aspirata *th*, quales sunt *thwong*, *thacke*, *thúm*, *thitsel*, *thón* (F. *toán) sjóth*, *mith*, *quithin*, *faithem*, Ang. *thong*, *thatch*, *thumb*, *thistle*, *thorn*, *seeth*, Ags. *mithan* (F. *mije*. Nl. *mijden*, vitare), *cveden*, *fæthm*, E. I. 215, 216; 398, 399. Ex Ags. *seóthan* fit *siothan* (i = j) *sjothan*, F. b. *sjóth*, F. v. *siátha*, F. *siede*, Ang. *seeth* (siith), coquere. Apud Frisios *r* ante *n*, in proxime antecedente vocali absorpta, hanc producit, unde *thón* pro *thorn;* ut F. *hón*, *kón*, *món* pro *korn*, *korn*, *morn*, (Ang. *morn* moan). Confer Ang. *bard*, *card*, *lard*, *regard*, quæ pronuntiantur *baad*, *kaad*, *laad*, F. *regaad*, in quibus *r* fit *a*, cum F. *moádje*, *hoát*, *moán-tiid*, tempus matutinum, *hoánnen*, cornua, in quibus *r* accentu mutatur in *a* pro *mordje*, trucidare; *hort*, pulsus, Ang. *hurt;* Ang. F. *morn;* F. *hornen*, Ang. *horns*. Attende linguæ Sanskritæ liquidam R valere vocalem.

Supra docui *th* ex *t* et *s* vel *d* et *s* esse mixtam; inde si genuina aspiratæ *th* pronuntiatio languescere incipit alia consonans affinis substituitur, quæ est vel *d* aut *t*, vel *z* aut *s*. Notum est Neerlandos, Saxones, Alamannos, aliosque ab initio substituere *d*. Matronæ quædam sciolæ et fastidiosæ in Anglia *s* initialem sæpe transformant in *th* dicentes *thee*, *thea*, *thad* pro *see*, *sea*, *sad*, quo probant affinitatem inter *th* et *s*. Angli boreales *th* sæpe vertunt in *d*, ex. gr. *fader*, *moder*, *Rodbury*, pro *father*, *mother*, *Rothbury*, (Conf. Brockett *th)* cæt. ut Nl. *vader*, *moeder*, dum *th* media inter duas vocales propter naturam mollem in ore vulgi sæpe syncopen patitur, F. u. *faer en moer*, F. *moar*. — F. b. *brauser*, frater, pro *brauther*, Bend. 18. F. *azem*, spiritus, pro F. v. *athem*, Ags.. *æthm*, Nl. *adem*, Anglis, qui habent *breath*, periit. — Ang. bor. *teethy*, cross, peevish, as children, Brockett, F. *tísich*, idem, a F. *tiesje*, Nl. *teezen*, minutatim carpere, ex. gr. lanam, fila intricata, cæt. Ang. *techy*, posita aspirata gutturali pro linguali. — Ags. *sethe*, falx messoria, Nl. *zeisen*, F. *seine* pro

Digitized by Google

seithene. — Sc. o. *ierze* pro F. v. *irthe*, F. *ierde*, Ags. *eorthe*, Ang. *earth*, terra. — F. b. *bi-iasi*, juramento obligare, ex *iath*, metathesi pro Got. *aiths*, Ags. *âth*, Ang. *oath*, F. v. *êth;* vb. *êtha.* Joh. 173. Confer Goth. *ufaithis*, juratus, obligatus. — Ags. *tôth*, dens, m. pl. *têth*, Ang. *tooth*, pl. *teeth*, F. b. *tæus*, m. pl. *tæis*, Bend. 47. — Isl. *dauthi*, (Ags. *death*, F. v. *dath)* F. b. *duz*, mors, Bend. 6. — Ags. *clæth*, vestis, F. v. *klath*, Ang. *cloth*, F. b. *kluz*, Bend. 6. — Ags. *seath*, fons, scaturigo, puteus, F. v. *sôth*, puls ebullita, F. b. *suz*, fons, Nd. *soot*, idem, Bend. 6. F. *sâd*, scatebra, puteus; *sôd*, ebullitio. — F. v. *smeth*, faber ferrarius. Ags. *smith*, artifex, *iren-smith*, faber ferrarius, Ang. *iron-smith*, F. *smid*, pl. *smidden*, Nl. *smid*, pl. *smeden*. F. b. *snâs*, Bend. 13. — Ags. *smiththe*, officina fabri, F. *smitte*, Ang. *smithy*, F. b. *smàz*, ib. — F. v. Ags. *lith*, n. membrum, Anglis deest, F. *lid*, n. F. b. *las*, n. Bend. 12. — Ags. F. v. *muth*, m. os, ostium (fluminis, oceani), Nl. v. *mude*, F. b. *müs*, Bend. 12. Finalis *th* adeo est aspera ut in Ang. *mouth*, os; contra mollis est in verbo *to mouth*, quod olim non erat finalis, sed in media voce inter duas vocales *mouthe*. Restat *s* in F. *mus-kopje*, ore capiti admoto susurrare. In ore infantum F. u. *moes*, mater, ex *moeth*, apocope pro Ang. *mother*, quæ *th* est Scandinavica, Isl. *mothur*, et licet primitiva (Lat. *mater)* jam apud Ags. abierat in *d*, Ags. *modor*. — Angli ipsi, ubi veram vim aspiratæ *th* in fine 3. pers sing. præs. perdiderunt, substituerunt spirantem *s;* ex. gr. Ags. *gifth*, *wæcth* (F. *wekket) bæcth;* Ang. *gives*, *wakes*, *bakes*. Ags. *styrth*, *slæpth*, (F. *slept)*, *wepth;* Ang. *steals*, *sleeps*, *weeps*, et sic in cæteris. — F. v. Ags. *monath*, mensis, F. u. *maent*, Nl. *maend*. — Vertitur in *ts* Ags. *matha*, termes, F. *maits*, Nl. *made*. — Rare *th* initialem vertunt in *st;* ex. gr. Ang. *throat*, F. *stroate*, fauces; Isl. *threkr*, animi corporisque robur, F. *sterk*, robustus. In *s* F. b. *siârm*, *(thiarm)* ile. Joh. 108.

Duplex erat Ags. *th* vis, altera aspera quam scribebant litera Runica Þ, altera mollior, quam scribebant Ð. Aspera fere incipiebat voces; mollior

sedem figebat in medio et fine vocum. Similis fere distinctio regnat apud Anglos, vocantes asperam *the sharp sound*, mollem *the flat sound*, sed paucis exceptis aspera aperit et claudit vocem; in medio, præsertim inter duas vocales, regnat mollior, ubi propter naturam liquidam locum tueri apud Frisios non potis erat, dicentes *fâer*, *fêer*, *wâer*, *tagerre*, pro *father*, *fether*, *wather*, *tagether*, Ang. *father*, *feather*, *weather*, *together*. Frisii veteres non tantum utebantur genuina aspirata *th*, sed eam eodem modo ut Angli distinguebant in asperam et mollem. Disertis enim verbis asserit cl. Ehrentraut incolas insulæ Frisicæ Wangerogæ, tegentis littus Frisiæ orientalis, nuperrime adhuc aspiratam *th* non tantum eodem sono ac Angli proferre, sed et æque ac hi in asperam *th* et molliorem TH distinguere; ex. gr. W. o. *thwong*, vis; *thacke*, tectum; *thum*, pollex; Ang. *thong*, *thatch*, *thumb*. W. o. *thank*, F. *tank*, Ang. *thank*. W. o. *thwærs*, F. *dwærs*, Ang. *thwart*. W. o. *sjöTH*, ebullire, *miTH*, vitare, ex *sjoTHe*, *miTHe*, ut Ang. *seeTH* ex *seeTHe*, Ang. v. *miTHe*, celare. Addit autor *th* asperam in ore juniorum sæpe degenerare in tenuem *t* et TH mollem in mediam *d*. Quin et provectiores ætate incipiunt *th* veterum Frisiorum in *t* vel *d* mutare, ex. gr. *dêf*, fur, pro *thêf*, et *êt* pro *êth* juramentum. E. I. 215, 216; 6.

Apud Frisios nostrates, mercatura et commercio cum oppidis contaminatos, aspirata *th* imminutionem periculosam patiebatur; sed dum illa evanescebat manifesta duplicis naturæ vestigia relinquebat. Cæteræ Germanicæ stirpis nationes promiscue, tum pro *th* aspera, tum pro molli TH, substituebant in genere mediam *d*: sed Frisii inter utramque ut juniores Wangerogenses distinguunt; quippe *th* asperam reddunt per *t*, mollem TH contra per *d*, E. I. 216. Quin et Forenses et Amrumenses, ubi *th* veterum dedidicerunt, in ejus locum substituunt initialem *t;* ex. gr. *treast*, solatium; *trem*, scalæ gradus; *taal*, vestibulum; *traagh*, alveus; *triad*, filum, cæt, Joh. 111. Hinc tot voces Frisicæ a tenui *t* incipiunt, quarum consonans initialis apud Neêrlandos est media *d*. Hoc autem discrimen cum nos

Digitized by Google

D.

doceat, num *th* mollis an aspera veterum Frisiorum voces inchoabat, præmittam voces hodiernas Frisicas a tenui *t*, pro *th* aspera substituta, incipientes, dum posterus catalogus vocum a *d* incipientium monebit, quænam voces Frisicæ olim literam initialem habebant TH mollem, ut nunc mediam *d*. *Th* initialis Anglorum est aspera; excipe voculas *this*, *that*, *than*, *the*, *thee*, *thence*, *there*, *they*, *thine*, *thou*, *though*, *thus*, quæ habent *th* mollem, et notatu dignum est huic apud Frisios respondere mollem mediam *d*, F. *dizze*, *dât*, *dan*, *de* vel *di*, *dy*, *dinne*, *dære*, *dy*, *dine*, *dou*, *doghs*, *doz*.

Ut aspirata gutturalis et lingualis *ch* et *th*, sic et labialis f asperum et mollem habet sonum, inter quas Neerlandi rite distinguunt, notantes asperam F, mollem V Frisiis ignotam. Idem sibi constant in genere pro *f* initiali ponentes molliorem v ut pro *th* initiali, ut dixi, ponunt molliorem mediam *d*; ex. gr. *vader*, *vatten*, *vangen*, *verzenen* pro *fader*, *fatten*, *ferzenen*, quæ apud Frisios adhuc audiunt, F. *fetje*, *fange*, cæt. Neerlandi *f* initialem in genere usurpant ante voces extraneæ originis, ut *fabel*, *fakkel*, *fruit*, *feest*, Lat. *fabula*, *facula*, *fructus*, *festum*. Contra vox indigena *veest*, pedilus ventris tacitus, habet *v*, Isl. *fys*, m. idem, Ang. *fiest*, idem, F. *fyst*. Nl. *faem*, Lat. *fama*; sed *vaem*, ex *vadem*, brachiorum expansorum mensura.

Take. Lat. (tago) *tango*, pf. *tetigi*, pf.p. *tactus*. Ags. *thigan*, pf. *thac*, sumere, Ang. *take*, F. *take*, clandestine sumere, surripere.

Tankje. Ags. *thancian*, gratias agere, Ang. *to thank*, (ex *thaccian*) Isl. v. *thakka*, adj. *theckr*, gratus. F. *tankje*, F.b. *thaank*, gratiæ, Joh. 111, Nl. *danken* gratias agere.

Tærskje. Ags. *thærscian*, triturare. pf.p. *thorscen*, F. *tærskje*, pf.p. *turscen* (tüsken) F.b. *tærske*, Outz. Nl. *dorschen*. Isl. *threskia*, Su. *tröska*, Ang. *to tresh*, W.o. *thresk*, E. I. 47. *Tærskje* Frisii, elisa *r*, pronuntiant *tæskje*; ita et F.b. *thoskar*, Joh. 135, *thaska*, 176.

Teye. Isl. *thyda*, liquefacere; *thydr*, degelatus, Nl. *ont-dooid*. Ags. *thawan*, degelare, Ang. *to thaw*, F. *teye*, Sueth. *toa*, F.b. *tòje*, Nl. *dooyen*.

D.

Teye. Ang. *thegen*, miles, eques, comes ducis. F. *Teye*, n. p. v. Nl. v. *deghen*, vir strenuus, fortis, præstans.

Tek. Lat. *tego*, Ags. *thac*, tectum, *thæc*, stramen vel arundines tecti, F. *tek*, F.b. *thâgh*, Joh. 111, Nl. *dak*, domus tectum. — F. *tekken*, stragulum, Nl. *deken*, F. et Nl. *dek*, constratum navis. Diversarum formarum diversæ notiones. F.b. *thæig*, f. funis ex contorto stramine ad tectum domus operiendum, Bend. 47, *teeg*, Outzen.

Tenne. Ags. *thun-wang*, tempora. F.b. *tên*, Outz. Nl. v. *dunne*, Kil. hodie *de slaep van 't hoofd*: Sax. l. *dünning*, F.b. *ûr-tenning*, Outz. 354, aurium *thuning*. *Thun* vox obscura; idem esse suspicor cum Ang. v. *dunt*, pulsus, ictus, quod in temporibus arteriarum pulsus est evidens, Brockett. ed. 2a. p. 149. Neerlandi appellant *de slagh* (pulsus) *van 't hoofd*, (Kil.) et Græci κρόταφος, κρόταφοι, tempora (capitis), a κροτέω, pulso; Sax. *Or-slag*, Gr. Lex. *duninge*, ut F.b. *ûr-tenning*. Ags. *thun-vang*, gena pulsans; Sax. n. et l. *dun-egge*, angulus pulsans.

Tere. F. *tére*, plicare, Sax. l. *tarven*, *um-tarven*, *up-tarven*, manicam extremam circumplicare. Bnl. V. 28.

Term. Ags. *thearm*, Isl. pl. *tharmar*, ilia. F.b. *thiarm*, Joh. 128, F. *tearm*, *term*, F.b. *teerm*, Outzen; *tæirem*, m. Bend. 8, 64, Nl. *darm*.

Terp. Goth. *thaúrp*, f. ager, rus, vicus, Ags. *thorpe*, vicus, F.v. *thorp*, F. *therp*, collis, plerumque manu hominum egestus, in qualibus primi Frisiorum vici; F.b. *thârp*, vicus, Joh. 111, Nl. *dorp*, F.u. *dürp*, vicus. F. *Trop*, caterva, multitudo, Gal. *troupe*.

Teuterje. Ags. *thoterian*, ululare, queri. Kil. *toteren*, buccinare, F. *oan é earen toeterje*, obgannire aures. F. *teuterje*, infantili more canere cornu, nugas effutire; *bitheuterje*, animos alicujus confundere, *bitheuterd*, confusus.

Ticht. Isl. *thiettr*, densus, F. *tícht*, adj. arctus, comtus. (F. *thwang*, vis, coactio. adj. comtus). Nl. *dicht*, adj. densus.

Tiermje. Isl. *thirma*, parcere, in re angusta vivere; *thirmingr*, misellus. F. *tiermje*, *tjirmje*, ægrotare, in ægritudine voce querula loqui. *Hy sûcht er bithiermd ut*, facie est morbida.

Digitized by Google

Tiéte. Isl. *thiotta*, pulpamentum nervosum. F. *Tiéte*, *Tjitte* (tsjitte) n. p. v.

Tige. Goth. *theihan*, proficere. F. *'n tige man*, vir probus, integer, strenuus, Nl. v. *degen-man*, Suethi *dege-man* (Ihre, *thægn)* vir manu promptus et moribus probatus. F. *tige*, adv. præstanter, valde. Altera forma mutat *th* in *d*, F. *dye*, proficere, crescere.

Tiigje. Goth. *theihan*, Sax. v. *thihan*. In hac voce F. v. jam *th* mutaverant in *t:* F. v. *tigia*, proficere; *alsoe moete ioe tigia quick ende bern*, sic tibi prosperent pecus et liberi, F. *tiigje*, incrementum capere, *It wol net tiigje mei dat bist*, vacca ista adolescere nescit, Nl. *dijgen*, coalere, Kil. pf. p. *gedegen goud*, aurum obrussum.

Tiisdei. Ags. *tíwes-dæg*, martis dies, F. *tiis-dei*, Ang. *tues-day*, Nl. v. *Dijsen-dagh*, *dynsen-dagh*, Nl. *Dingsdag*.

Tikje. Ags. *thaccian*, leviter tangere, F. *tikje*, Scot. *tick*, Nl. *tikken*, Gal. *toucher*, Ang. *to touch*.

Tille. Ags. *thille*, *thelu*, *thell*, tabulatum; *thylian*, tabulare, F. *dŏuwe-tille*, (columbarum tabulatum) columbarium; *tille*, ponticulus ex tabulato fixo. (F. *tille*, levare, tollere, Nl. *tillen?* Nl. v. *til-brugge*, pons versatilis, hodie *val-brugge.)* F. u. *dille*, idem, Sax. n. *delle*, area, plene W. o. *tresk-thille*, Nl. *dorsch-vloer*, E. I. 399. F. b. *taal*, (pro *thâl)* solum vestibuli, Joh. 111, *Thâl*, area, ib. *Têl*, Outzen.

Tin. Lat. *tenuis*, Ags. *thinn*, Ang. *thin*, F. *tin*, Isl. *thunnr*, Nl. *dün*.

Tine. Ags. *thindan*, turgere, tumere, F. *tine*, Nl. *dijnen*, tumere; *dijning*, motus maris tumens absque vento. Anglosaxones distinguebant inter *thindan*, tumere, et *dinan*, depascere, Ang. *to dine*, Gal. *diner*, prandere; Ang. *dinner*, Gal. *diner*, prandium. Similiter a *repascere* est B. L. *repastus*, Gal. *repas*.

Ting. Ags. *thingian*, intercedere, pacisci, F. *tingje*, licitare, Nl. *dingen*. F. b. *thing*, tribunal, judicium, Joh. 111, sed F. ut Nl. *ding*, res.

Tinke. Isl. *thykia*, arbitrari, Ags. *thincan*, cogitare, Ang. *to think*, F. v. *thinka*, *thinszia*, F. *tinke*, *tinze*, Nl. *denken*.

Tiúster. Ags. *theóstre*, adj. obscurus F. *tsiúster*, *tsjuster*, F. u. *duster*, Nl. *duister*.

Tiútte. Ags. *theódan*, adjungere, associare, Isl. *thydan*, exponere, F. *fordutskje*, traducere, exponere. F. v. *bithióda*, significare, F. *bitsiutte*, significare, exponere, F. u. *bedüde*, Nl. *beduiden*, Alam. *pitiutan*, Gr. I. 19. F. *untsjudsk*, peregrinus, in *untsiudske moai*, idem quod *frjemde moai*, (peregrine pulcher i. e.) eximie pulcher, elegantissimus. Alam. *uncadiuti*, *ungidiuti*, barbarus, peregrinus.

Tixel. Ags. *thixel*, temo, F. *tixel*, Nl. *dissel*.

Tjassens. Isl. *Thiassi*, vir torosus, nomen gigantis? *Tjasse*, *Tjesse*, n. p. v. *Tjassens*, *Tjessens*, nomen villæ in pago Westdongeradêl, contractê pro *Tjessen-hus*. Effer *t* ut *ts* = *th*.

Tjæ. Ags. *theoh*, femur, F. v. *thiach*, F. b. *thiegh*, Bend. 48. Ang. *thigh*, Ang. N. *thie*, *thee*, Brockett. Ang. v. *they*, F. *tjæ* (tsjæ) Nl. *dij*.

Tjæf. Ags. *theof*, fur, F. v. *thiaf*, F. b. *thiif*, Joh. 111; *thief*, Bend. 48, F. *tjæf*, *tsjeaf*, Nl. *dief*.

Tjibbe. Isl. *Thybbin*, n. p. v. F. *Tjibbe*, (tsjibbe) idem,

Tjinje. Ags. *thenian*, servire, Isl. *thiena*, F. v. *thiánia*, F. *tsjinje*, Hind. *tænje*, servire, F. b. *tiener*, m. servitor, Bend. 5, 48; *tiene*, servire, 8; Goth. *thivan*, asservire, Nl. *dienen*.

Tjotterje. Isl. *thióta*, strepere, stridere, buccinare, cornu canere, F. frequent. *tsjotterje*, minurire sturni instar, Ags. *thoterian*, flebili voce clamare.

Tjouwe, Ags. *thyvan*, arguere, minari, F. *tsjouwe*, obgannire aures culpando, rixari.

Tjûne. *Tsjúne*, *tsjoene*, incantare, *Tsiansier*, *tsjonster*, *tsjoenster*, incantatrix. Causa incerta est; si fluxit vox ex F. v. *tióna*, nocere, scribenda est litera *t*, *tjoene;* si contra ex Ags. *thunan*, crepere, tonare; *thunega*, phylacteria; *thunga*, aconitum, vel ex F. v. *thiania*, servire (malo dæmoni) litera initialis esset *th*, *thjúne*.

Toárn. Ags. *thorn*, sentis, F. b. *thurn*, Joh. 111. F. *toárn-bei*, sentis uva, Nl. *doorn*.

Toarst. Isl. *thorsti*, m. sitis, Ags. *thurst*, *thyrst*, m. Ang. *thirst*, F. v. *thoerst*, F. *toarst*, cg. Nl. v. *daerste*, Nl. *dorst*, m. Frisii liquidam *r* ante *st* fere elidere solent; inde in elocutione *toast*, F. u. *dü'st*, et F. b. *tha'st* pro *tharst*. Joh. 111, 168.

Digitized by Google

D.

Toegel. *Túgel*, *toegel*, n. radicum veterum arundineti compacta textura. F. b. *thong*, armeria maritima, Joh. 111, *Teck*, *teik*, Outzen. Isl. *thaungull*, *thöngull*, m. fucus caule maximo lignescente; *tháng*, n. Dani *sötang*, fucus littoralis dichotomus.

Toetje. Ags. *thutan*, ululare, Goth. *thuthaurn*, F. *toet-hoarn*; *tútje*, *toetje*, canere cornu, cantare organum musicum, Nl. *tuyten*, canere cornu, Kil.

Toften. Ags. *thofte*, transtrum, F. b. *thaaft*, Joh. 16, pl. *-as*, F. *töften*, pl. Nl. *doften*.

Tok. Ags. *thicgean*, accipere. F. *tok!* accipio pretium oblatum; vox solemnis cum emtio vel pignus, quo certant, pangitur.

Tok. Ags. *thic*, Isl. *thyckr*, adj. F. v. *thik*, crassus, magnus, Hind. *tok*, F. *tajok*, Nl. *dik*, F. u. *dik*, intimus: *It binne nou dikke frinden*, Ang. N. *They are very thick just now*, interiore familiaritate nunc juncti sunt, Brockett 1ma ed. in voce *thick*, ubi patris verba mutilavit filius in 2a editione. Scoti *thick*, intimus. Jam.

Tokje. Isl. *thoka*, movere de sede suaviter, persuadere, Jonsson. F. *tókje*, tangere, allicere; *forthokje*, seducere. Nl. freq. *tokkelen*, repetitis vicibus attrahere et mittere, ut pisciculi meticulosi escam admordent; *de snaren tokkelen*, pulsare chordas.

Tölk. Poli, Bohemi, *tulich*, pugio. F. b. *thölk*, Joh. 16. F. Nl. *dolk*, F. v. *dolga*, vulnerare, F. *dolgje*, pugione ferire. Isl. *dolg*, pugna, bellum.

Tomme. Ags. *thume*, pollex, Ang. *thumb*, in qua vocis forma *m* attrahit *b* ut in *dumb*, *number*, *lumber*, pro *dum*, *nummer*, *lummer*. Ang. v. *thom*, Brockett, Scoti *thoum*; (thoom) F. v. *thuma*, F. b. *thüm*, Joh. 111. Isl. *thumal-finger*, F. *tume* (toeme), *tomme*, Su. *tomme*, pollex. Isl. *thumlungr*, Egilss. chirothecæ tegillum pollicare, F. *tomling*, *tumling*, idem, F. u. *dumeling*, Nl. *duim*, *duymlinck*, Kil. theca pollicis. Alam. *fúst*, pugnus; *fústiling*, m. chirotheca.

Tonger. Lat. *tonare*, Ags. *thunrian*, F. *tungerje*, (Ags. *thúr*) Hind. *túrje*, Nl. *donderen*; Ang. *thunder*, F. *tunger*, F. u. *dunder*, *donder*, tonitru. F. b. *thunnarböi*, Joh. 112, F. *thungerboi*; F. b. *tunner*.

Tongers-dei. Ags. *thúr*, deus Thor; *thures-dæg*, *thurs-dæg*, Isl. *thorsdægr*,

D.

Jovis dies, Hind. *toersdæi*. Ags. *thuneres-*, *thunres-dæg*, F. *tongersdei*, Nl. *donderdag*. Lat. *tonitru*, Ang. *thunder*, tonitru, F. *tunger*, *tonger*, Nl. *donder*.

Tor. Lat. *torreo*, Gal. *tarir*, Ags. *thyr*, Isl. *thur*, *thor*, Dani *tor*, F. *tór*, siccus, aridus, Nl. *dor*, Ang. (dyr) *dry*. Goth. *thaursjan*, siccare, F. *torkje*, Su. *torka*, Nl. *dorren*.

Torkje. Ags. *thocerian*, *thocrian*, *thocrigan*, vehi, ferri, hinc inde cursitare, F. *torkje*, inverse pro *tokerje*; *umthorkje*, hinc inde neglecte ferri ut res nihili, lapillos in aquas jacere ut pueri solent. Nl. v. *Daeckeren*, Flandri, motari, volitare, vibrare, Kil. Ang. N. *dacker*, mutabilis, inconstans (cœli temperies), Brockett.

Törre. Isl. *thora*, audere, Su. v. *thora*, Su. *töras*, F. b. *teurre*, Outzen, F. u. *deure*. Dubii hærebant veteres inter *th* et *d*, Goth. *dauran*, Ags. *dearran*, *dyrran*, Nl. v. *derren*, Nl. *durven*, Ang. *dare*, F. *doare*, audere.

Trachter. Isl. *tregt*, f. infundibulum, Nl. *trechter*, Dani *tragt*, F. *trachter*. *T* forsan ex *th*; Goth. *threihan*, coarctare, pf. *thraik*, pr. p. *thraihans vigs*, arcta via. Confer tamen B. L. *trajectorium*, fundibulum.

Traen. Isl. *thrana*, rancessere, F. *traen*, Nl. *traen*, oleum balænarum, ellyptice pro Ang. *train-oil*, idem, oleum rancidum proprie, Isl. *thrain* rancor. F. *thrang*, adj. rancidus. Ng = m, F. *trimmich*, *trjimmich spek*, lardum rancidum, (Ang. N. *thrang*, premere, contundere?)

Træterje. Isl. *threyta*, fatigare, contendere, Dani *træte*, id. F. *træterje*, *tritrótje*, irritare, lacessere verbis, Hol. *trœteren*, idem. Cf. Isl. *thriótr*, m. vir obstinax, *thriotzkaz*, obstinato esse animo. Sensu proprio, ut videtur, *threyta* est obtundere, unde Sax. l. *treite*, instrumentum ligneum, quo linum et cannabim cum caulibus perfringunt, Bnl. V. 102.

Tréast. Goth. *thrafstjan*, consolari, F. *tréastje*, idem, *oantreastje*, animos addere, impellere (equum). F. *tréast*, solatium, F. b. *traest*, idem, Joh. 111. Nl. *troosten*, consolari. Gabelenz et Loebe huc male trahunt Ags. Sax. v. *thristi*, audax, acer, F. *dryst*, Nl. *driest*, audax, temerarius.

Trye. Lat. *tres*, Goth. *threis*, Ags. *thry*,

Digitized by Google

tres, Sax. v. *tria*, F. v. *thre*, Ang. *three*, F. *trie*, *trye*, Nl. *drie;* Ang. *thrice*, F. b. *traie*, ter, — Goth. *thridja*, tertius, Ags. *thrydde*, F. *tredde*, inverse Ang. *third*, Nl. *derde*. — Ags. *thrivinter*, triennis, Scot. *thrinter*, *thrunter*, ovis triennis, F. *trinter*, equus triennis. — F. *tryje-som machtich*, tres homines uniti, numero tres, Ang. N. *threesum*, id. Brockett, 2ª ed.

Tried. Ags. *thræd*, m. filum, Ang. *thread* (thried) F. b. *triad*, Joh. 11, *trædd*, m. Bend. 48. F. *tried*, F. b. *treed*, Isl. *thradr*, Nl. *draed*. Contra *th* transit ad *d* in Ags. *thravan*, torquere, volvere, F. *draye*, Nl. *draeyen*.

Triet. Goth. *thriutan*, tædio afficere, F. b. *triet*, Outzen; F. *fortriet*, tædium, F. b. *fortrjitte*, miserari, Bend. 308, Nl. *verdriet*. Alam. *driuzan*, Nl. *verdrieten*.

Triftich. Isl. *thrif*, n. diligentia domestica, salus: *thrifa*, manu apprehendere, curare; *thrifaz*, bene se habere, satis habere, Ang. *thrift*, parcimonia; *to thrive*, bene valere, vigere, F. *treftick*, adj. frugi et in re satis lauta; *threftige liu'*, familia honesta et in solida re.

Trilje. Ags. *thyrlan*, perforare, Ang. *thrill*, idem, Ang. Devon. *thrill*, to twirl or whirl, F. *drille (immen)* exercere aliquem; Ang. *to drill*, perforare, exercere milites, Nl. *drillen*. — F. *trilje*, tremere, Nl. *trillen*, Kil. *drille*, *trille*, Fris. j. *spoelwiel*, rhombus quo fila deducuntur.

Trime. Goth. *thramstei*, ex *thrimman*, exultare, verbo in reliquiis Gothicis non obvio. Ags. *thrymme*, exaltatio, majestas, *trym*, m. gressus, F. *trime*, cg. gradus scalæ gestatoriæ, F. b. *trem*, m. idem, Joh. 111. Kil. „*trame*, Fris. j. *sporte*, character, gradus scalæ." Nl. v. *trant*, gressus; hodie, mos, modus agendi, F. *thrantke*, *thrantsje*, saltatiuncula.

Trinten. Ags. *thrintan*, tumere; *thrinten*, tumens (inani superbia) F. *trinten*, feroculus, *Jenten ind trinten*, nitide comtus et ornatu se gestiens. Nl. v. *Drinten*, vetus; Flandri. turgere, tumere; *drintigh*, vetus, turgidus. Confer tamen Ags. *getrymian*, stabilire, ordine disponere, Ang. *trim*, nitide vestitus, West-Gothlandi *trimpot*, elegans, politus. Ex pf. p. *trimet*, comtus, *trimt* et *trint?*

Troach. Ags. *thruh*, f. sarcophagus, alveus lapideus, Isl. *thro*, f. cavum excisum, sive ex arboris trunco, sive ex lapide. F. *throach*, cg. F. b. *traegh* Ang. *trough*, Nl. *tróch*, alveus, Ags. *troh*, alveus, obba.

Troaye. Isl. *threya*, *thra*, desiderio alicujus teneri, F. *immen troaye*, indulgere alicujus votis urbano obsequio. Confer tamen Sax. *traden*, aliquem desiderio sequi, Lat. *ob-sequium*, *obsequi*. Pro *tràden*, F. *troaye*, ambulare, gradi; *immen neitroaye*, post aliquem gredi. *De wollustne neitroaye*, voluptates prosequi. G. J.

Trobbelje. Ang. *to throb*, elevare, tumere, palpitare. Frequent. F. *trobbelje*, Makkum *drobbelje*, arcte adaptatis pedibus salire, A. Dorset, *drub*.

Troch. Ags. *thurh*, præp. per, F. v. *thruch*, F. *tròch*, Hd. *durch*, Nl. *door*.

Tromme. Isl. *thruma*, intonare, *thruma*, tonitru, *thryma*, strepitus, pugna. Hald. F. *tromme*, tympanum; *tromje*, tympanum pulsare, Ang. *drum*, tympanum. Isl. *thrum-kétill*, Nl. inversis syllabis *ketel-trom*, vas æneum membrana stricta obductum, tympani usum præstans, Ang. *kettle-drum*.

Trop. Ags. *throp*, inverse pro *thorpe*, F. *ien trop huzen*, domus aliquot contiguæ in loco campestri, F. *'n throp jonges*, puerorum caterva, Gal. *troupe*. Hol. *dorp*, vicus.

Trudze. F. *trudze*, cg. gravedo, quæ dicitur mala, equorum, Ang. v. *thrushes*, a disease in horses, Halliw. Nl. *droes*, equorum catharra, *quade droes*. Confer Nl. v. *droesen*, dormitare, Ang. *drousy*, somnolentus; *the drousy evill*, lethargia, Kil. *Droes*, *droessem*, fæx.

Trunje. Isl. *triuna*, Hald. *trjona*, Egils. rostrum, quidquid prominet et coniforme est, F. *troánje*, Hol. *tronie*, vultus. F. *trunje*, *oan-trunje*, petere repetita prece, fatigare flagitando; figuram præbet canis esuriens, qui rostro trudens dominum flagitat offam.

Trut. Isl. *thruda*, virgo, puellula, Hald. *Thrudr*, divæ seu nymphæ nomen, And. F. *myn trut!* (troet) meum corculum! Nl. v. *drut*, amicus intimus, fidelis. Confer Nl. *troetelen*, mulcere, blandiri, sinu fovere. Isl. *thruda*, n. p. f. Nl. *Gerthruda*, idem, (virgo desiderata). Nl. *troetelkind*, corculum.

Digitized by Google

D.

Trutling. Isl. *thrutna*, intumescere, Su. *trutna*, idem, F.b. *trutte*, amplificari, propagari, Outzen. F. *trutlingen*, *eftertrutlingen*, posteri in certo quodam, mihi autem ignoto, affinitatis gradu. Confer *trüt*, cunnus.

Truwe. Isl. *thruga*, premere, F. *truwe*, *triuwe*, *trjouwe*, premendo pellere, *ynthriuwe*, vi inserere. Goth. *thriggjan*, idem, (Nl. *proppen*) *thrusgjan*, *intrusgjan* (Nl. *inproppen*).

Trûzelje. Isl. *thros*, *threys*, *thrês*, *thræs*, sagitta, Egils. Ags. *dreosan*, ruere, F. *truzelje*, ruere.

Tuas. Isl. *thusta*, frigescere, F.b. *thuas*, m. fons, Joh. 16. Nisi sit ab Isl. *thysia*, proruere strepitu; *thyss*, strepitus, F.b. *thuat*, id. (Isl. *suthr* amnis: quasi murmurans, *sutha*, murmur; F. *suze*, stridere. Inverse *thuas?*)

Tuf. Ags. *thufian*, germinare, pullulare, fruticare, frondeseere, criniri; *thufe*, vexillum militare (apice hirsuto, crinito?) F. *toef*, *tuf*, cg. crista comæ, collum obligati sacci; *ien toef blommen*, florum fasciculus; *toef hjirren* crinium plumula, Nl. *tuif*, idem, Kil. tiara, Ang. v. *tuff*, cincinnus lanæ, Ang. *tuft*, crista, glomus, *to tuft*, fronde coronare, ornare; *The solemn oaks*, *that tuft the swelling mounts*. Thomson.

Tule. Isl. *thula*, confabulare, sermocinari; st. *thula*, narratiuncula; *thylia*, nugari. F. *tule*, jocus; *tulkje*, jocari; *tule*, corculum, Nl. *tuyl* et vb. *tuylen*, idem. Ex F.b. *tülle*, *tölle*, sed Bend. 5 *thöle*, os, ut *orare*, *oratio* ex *os*, *oris*, Lat. *orator*, Ags. *thyla*, orator.

Tute. Ags. *theote*, tubus per quem ducitur aqua, Isl. *túda*, idem, F. *tüte*, capitulum, vasis os. Labia in tubi formam contracta, fusorium, F. *tutke*, basium, diminut. ut Lat. *osculum* ex *os*. Nl. *tote*, *tuyte*, papilla, rostrum, apex cornu instar: *tote-pot*, *tuyt-pot*, cirnea, Gron. *doetje*, osculum, Hol. *dotje*, corculum.

Tûtje. Ags. *thiótan*, ululare, Goth. *thiutan*, cornu canere, F. *thútje*, idem, F.b. *thuat*, strepitus; *thuat magi*, strepere, turbas ciere, Joh. 16, F. *tsiótterje*, garrire sturni instar.

Tûzelje. Isl. *thusa*, *thysa*, *thysja*, ruere, ferri cum impetu. F. *tüzelje*, præceps ruere: *tüzel-sin*, ingenium præceps, inconsultum. F.v. *dusia*, vertigine laborare; *dust-slek*, *dust-stowe*, ictus vel pulsus, quo quis vertigine captus procidit, volvitur, Kil. *dust*, attonitus.

DA.

Tuzen. Ags. *thusund*, mille; Ang. *thousund*, F.v. *thusend*, F. *tüzen*, Nl. *duizend*, F.u. *düzend*, Sc.o. *djieusen*. Forte per ellypsin pro *thusund-tig*, ut *fyf-tich*, *sex-tich*, Goth. *fimf-tigjus*, *saihstigjus*, Sax.v. *thüsuntig*, Nl.v. *dusentich*.

Twaye. Ags. *thvean*, lavare, F.b. *twâie*, Nl.v. *dwaen*, abstergere aqua; *dwale*, *dwele*, Flandri, mappa. Kil. Nl. *dweil*, peniculus.

DOESE DOELICHE BUTEN! Hind. Procul hinc talis farinæ homines! His verbis Hindelopenses hominem pravum et invisum e sua societate religant. Forte *doese* est ex Ang. *those*, isti, et *dorliche*, ex Ags. *thuslicu*, A. *thoselike*, istis similes; *buten*, extra fores. Nl. *deze en dergelijken buiten!*

DOEST, DÛST, cg. verber, alapa. *Immen ien doest foár 'e kóp jaen*, alicui vehementem alapam infligere. Ang. North. *dowse*, a blow; *dowse-i-the chops*, a blow in the face. Brockett, 142. Kil. *doesen*, pulsare cum impetu et fragore. *D* fluxit ex *th* in Isl.v. *thysja*, pf. *thusta*, cum impetu ferri; hodie Isl. *thusa*, *thys*, m. tumultus, strepitus. Ags. *thys*, fragor; *thysa*, *thisa*, impetu proruens, oppugnans vir, gigas. Ang. West. *dusset*, a blow; North. *dush*, to push violently, Ang.v. *dust*, tumultus, seditio.

Isl. *dusta*, verberare; pulverem excutere; pulvere conspergere; *dust*, n. pulvis; propric contusum adeoque neut. generis, ut Nl. *stof*, pulvis, n. Confer Lat. *pulvis*, *pollen*, cum vb. *pello*, *pepuli*, *pulsum; terram pede pellere; puer pulsus*, verberatur.

dust (düüst) n. pulvis farinarius excitatus a lapide molari versato, dum hordeum delibrat; rejectanea hordei delibrati quæ scopis coaguntur, purgamen.

dust op 'e hôlle, n. pollen in capite infantis lactentis.

dust, n. muscus simileque lolium hispidum in pratis inter gramen. Tres præcedentes voces *dust*, quod collectivæ sunt, fiunt neut. generis.

dust-gærs, n. alopecurus agrestis. Hall, 25, Ellyptice *dust*, n. Flosculi nigri sive apex seminalis niger, qui refert pulverem nigrum, hujus vocis origo est. Ob nocivam hujus lolii naturam vocatur etiam *it dust fûl*. *Fûl*, n. purgamen.

dust, duist, crines sive pili molliores porci; setæ autem in dorso porci vocantur *boárstels*.

DOF.

DOET, DOETJE, F.b. Sylt, puellula. Fôr, Pelwurm *dothe*, idem. Confer *dochter*. Hol. *dótje*, puella cara, corculum, res parvula et concinna. Outzen 42. Infra *dokke*.

DOEZE, cg. mentis torpor, stupor, sopor. *Yn 'n doeze*, in mentis stupore (versari.) Ang. North. *in a doze*, to bee spiritless, benumbed.

doezich, adj. mente torpens, soporosus. Ang. North. *dozened*, idem. *Soes* et *soesje* fere synonyma sunt vocum *doese* et *doesje;* forte ambo *s* et *d* fluxerunt ex *th* antiquata.

doesje, vb.n. animo delinqui, in mentis stupore esse. Isl. *dusa*, tranquillum, otiosum esse. Egil. *dos*, languor; *liggia i dosi*, deliquium animi pati. F. *Hy leit er sa yn ien doese hinne*, in sopore fere jacet continuo.

DOF, F.b. massa farinæ subactæ. Ags. *dâh*, *dâg; h* = ch = f. g = w, Ang.v. *dow*. *(Ch* = Ang. *gh)*, *dóch* fit *dógh*, Ang, *dough*, Bend. 82. Vide supra 610 *dâi*. Scoti *dufe*, a soft, spongy peat, the soft or spongy part of a loaf, new cheese, cæt.

DOF, DÔW, adj. surdus; cariosus. *Heárende dôf*, audiens et se simulans surdum. — Cariosus, *Dówe nüten*, *dy moagelich wirde*, *dat men ze towriuwe ken*. *Dowe pulen sunder jerte* vel *eárte*, siliquæ irritæ pisis carentes. *Dowe boekels*, pericarpia irrita fagi. Ang. *deaf nut*, *deaf corn*, eodem sensu. Confer *dâf*, supra 619. — *Dówe koal*, carbo extinctus; Scoti *duffart*, dullburning coal.

dôf-hûdich, adj. vide supra p. 619. Eadem forma quæ *los-hûdich*, cui cutis pori patent; ex. gr. equus facile sudans.

dôwje, extingui. *Turf dy dowet*, glebæ causticæ quæ accensæ sua sponte extinguuntur. Econtra *turf dy koal hâldt*, glebæ causticæ, quæ semel accensæ ignem servant.

DOF, adj. subhumidus. *Dôf waer*, coelum humidulum, temperies aeris nebulosa, torpens, absque ullo vento. Scoti *dowf*, gloomy, inert; destitute of courage; *a dowf day*, a hazy day. *Dôf linnen*, lintea subhumida. *Di hân is klam; it linnen is dôf*, manus paulum sudoris emittit; madent nonnihil lintea. *Ien dôf lûd*, sonus surdus; vox subsurda. — Nl. *duf*, adj. muci-

Digitized by Google

dus, gravedine laborans, languidulus, non bene se habens, (res mercatoria) absque fiducia agens et instrenuus; *doffen*, languescere; *verdoft in smart*, perculsus dolore. Su. *dufwen*, languidus, fatigatione exhaustus, vapidus (de vino et serevisia dicitur.) Scoti *duffart*, a blunt stupid fellow; dulburning coal, ut F. *di lampe barnt sluch*, lampas tenue lumen spargit; *sluch*, somnolentus: vel per metaphoram a sono desumtam, *di lampe barnt lúd*, lampas perlucidum spargit lumen; F. *lúd*, sonorus. *Dòf* cohæret cum Goth. *daubs*, adj. surdus, induratus, refractarius. Isl. *daufr* surdus, subtristis, fatuus, insipidus. F.v. *dáf*, Sax.v. *dóf*, Ags. Ang. *deaf*, surdus. Lat. *surdus locus, (in theatro)* ubi non clare auditur, *loca surda*, Seneca, inferi. Hd. *dumpf*, F. *bidompt*. Præter auditum quoque ad olefactum transferunt Lat. *cinnama spirant surdum*, i. e. debile. Ad visum, *surdus color*.

doft, F.b. vapor. Outzen.

dòfje, vb.n. tenuis pluviæ instar descendere et irrorare. Ags. *thavan*, degelare. Isl. *döggva*, rigare; *dögg*, pluvia tenuis, ros, Dani *dug*. Mhd. *tuft*, vapor, nebula, humiditas, halitus. Benecke, III. 127.

DOFFER, cg. columbus, proprie Lat. *mergus*, qui mergit in aquam. *Hy is sa griis as ien dòffer* vel *dou*, capilli columbo vel columba ei caniores sunt. Confer supra *duwwe*, *dou*, 610.

DOFKE, n. munusculum, ex. gr. nummuli aliquot famulæ erogati. Ags. *thafian*, dare, concedere, permittere; *thafa*, fautor, adjutor. Ang.v. *to thave*, dare, fulcire, Hal. — *Di faem krigge ien aerdich dòfke fen frou*, famula a domina pulchro donabatur munusculo. *Di fiskerman mat di bærsscákels foár siktaris butje; dær scil hy wol ien dòfke ut helje.*

DOFTEN, pl. transtra, remigum sedilia. Nl. *dochten*, idem. Nl.v. *haghe-dochte*, sedes sive sedile, i. e. latebra in specu sub arbustis, locus secretus sub terra. Ex *th* fluxit *d*; Isl. *thofta*, f. Ags. *thofte*, idem, Ang.v. *thoft-fellow*, socius remex in transtro. Angli rejecta patria voce singulari transtrum duabus *rowing-bench* circumscribunt. F.b. *toft*, *taft*, area domus, sive solum, in quo domus exstructa est, proprie, sedile domus. Outzen. Dan. *töft*; *(f* alliciente labialem *m)* Suethi *tomft:* Grimm R. A. 539 *tompt?* Ihre legit *tomt?* F *hus-stál*, area domus; *réak-stál*, acervi fœni area ramalibus strata.

toftum, B. L. in sermone jurisconsultorum Angliæ locus, ubi olim erat domus rustici. Spelman et du Cange in voce *tofta*.

DOGE, vb.n. valere, prodesse, frugi esse. *O* ex *u* in F.v. *duga*. *Doge*, præs. *ik doack*, *dou doachste*, *hy doack*, pl. *wy*, *jimme*, *hja doge*. pf. *dóchte*, pf.p. *dócht*, ger. *dogen*. *Doach* 3ª pers. sg. ind. patitur apocopen finalis *t* ut F.v. *duch'*, *doech'*, pro *ducht*, *doecht*, et *daegh'* pro *daecht*. Itidem Sax.v. *dugan*, valere; *dóg*, prodest: Ags. *dugan; deáh*, prodest; pf. *dohte*. Ang. North. *to dugh*, valere, aptus esse. Angli verbum rejecerunt.

Nâuwe scuón habbe mar ien brek; hja doge nat, calcei nimis arcti prorsus nihil valent. *It waer doach nat foár it gærs*, cœli temperies gramini crescenti non utilis est. *Gelagen fen jongfolk doage dy nat*, sympoaia juvenum tibi periculi plena sunt. *Eer mocht ick naet, letter docht ick naet*, Burm. 17.

dóach, cg. valor, probitas. *Hy doach' nin doach*, ad nihil proficit, est nebulo.

doagenet, Nl. *deugeniet*, Ang. Teesd. *donnat*, p. 36. Hd. *tauge-nicht*, homo nequam. Ang. North. *dennat*, diabolus, F. *di quéade*, idem, proprie, malus.

deugd, Neerlandice virtus in genere; Frisice speciatim beneficentia in homines, quæ est summa virtus. *Di man, dy myn soan wer op it riúchte paed brocht, hat my ien greate deugd dien*, qui filium meum in virtutis semitam reduxit me summo affecit beneficio. Enixe ab aliquo rogans beneficium hunc permovere tentat promisso, *Ei, toe, ju! Dòch it! Ik scil dy neyer-hân ien deugd werdwaen.* Ita ex Ags. *dugan*, valere, est *digian*, benefacere; *Dugan*, pf. *dohte*, benefaciebat. *Deugd*, contracte pro *deuged* ex *doged;* F.v. *duged*, beneficium solidum, commodum, actio integra. *Hia setten da riucht ta nenes dueged* 431, 35, in nullius commodum. F.b. *deucht*, Joh. 101, virtus.

dueghede, F.v. efficacia. *Dyne fert mit duegheden sterkia*, 486. 14, securitatem publicam strenue, efficaciter

Digitized by Google

firmare vel promovere. F.b. *deuggen-kāid*, Joh. 101.

duchtich, adj. solidus, vehemens. *Di lubes hat ien duchtich pak kawn*, nebulo sæve vapulavit. Ang. *dought*, adj. strenuus, impavidus. Aga. *duhtig man*, homo virtute eminens inter omnes.

DOGGE, cg. canis molossus, ut Nl. *dóg*, et Gal. *dogue*, sed Ang. *dog*, canis in genere. Ubi Angli usurpant *dog* nostrates habent *hound*, *houn'*; ex. gr. Ang. *sick as a dog*, *dog-sick*, F. *sa siik as ien houn'*. Ang. *dogg-days*, F. *houn-dagen*. *Dogg-kwipper*, a churchbeadle, F. *houne-giseler*. Halliw. Anglosaxonibus et Frisiis vet. *dog* deërat. Origo vocis latet. Confer Isl. *doggr*, m. conus; canis molossus: supra *byke*. Figur. *It is ien dögge*, anus est spurca, immunda.

hiem-dögge, molossus in fundo rustici, domum et familiam nocte custodiens. Fundum numquam linquit cancellis licet apertis. Prov. *Ien dögge fuicht ful op syn ein hiem*, quisque pugnat acriter in propria domo et patrio solo.

DÖG-WERD, DOERD, F.b. Fôr, jentaculum. Alibi *dägerd*; Sylt. *dauerd*. Isl. *dag-verdr*, jentaculum. *Dag*, dies; *verdr*, prandium, portio cibi homini sufficiens. Isl. *dög-urdr*, prandium. Egil. Outzen 39.

DOINJENEEL, cg. pirum speciei, quam Galli appellant *beurré gris au verd*, Hol. *Grauwe of groene boterpeer*. Hanc speciem tabula VII operis J. H. Knoop Appelen en peren, repræsentat. Nomen traxit ab altera pirorum specie, quam Galli appellant *Beurré blanc*, *Michel doyenné*, *Gris doyenné*; Hol. *grote of blanke doyonné*. Gallia optima colit pyra, quæ cæteræ gentes cum nominibus Gallicis recipiunt.

DOK, DÛK, DOEK, cg. linteum quadrangulare, sive lineum, sive sericum. *Doek* Frisiis hodie plerumque est linteum, sive sericum, sive lineum, quo viri tegunt collum, quod veteres nudum linquebant, et feminæ humeros et pectus. Isl. *dukr*, pannus velando collo, focale. Egils. F.v. *dök*, m. F.b. *de dauk*, m. Bend. 32. Sylt *dûk*, m. Joh. 101. Nl. *doek*, Sueth. *duk*. Frisii habent *oe* longum, Hollandi brevem. Deest Sax. vet., Anglosaxonibus et Anglis.

Frisii et Hollandi hujus vocis notiones distinguunt genere; masculinum notat linteum ab aliis distinctum, neutrum quod collective sumitur. Hol. *de doek*, m. F. *di dök*, cg. linteum; *het doek*, F. *it dök*, tela ex qua vestimenta aliaque fiunt. Eodem modo F.b. distinguunt *dat dauk*, m. tela, et *de dauk*, m. linteum (singulare ex tela factum.) Bend. 101. *It dök*, n. tela linea ex qua indusia, mappæ, stragulæ lecti interiores fiunt: sed Isl. *dukr*, m. idem. *Ien stik dök*, telæ lineæ certus plurimarum ulnarum numerus. Tela linea speciei diversæ est *ien stik kortelingh*. *It dök*, tela cannabina ex qua navium vela fiunt, plene *seil-dök*. Hol. *het doek*, *het zeildoek*. *Dök*, hoc sensu collectivo caret plurali.

di dôk, cg. Hol. *de doek*, m. linteum pl. *dóken*, Hol. *doeken*, lintea.

Nota *dök*, linteum, pertinere ad feminæ cultum et feminæ esse symbolum tum apud Frisios et Neerlandos, tum apud Germanos Scandinavos. Isl. *bil*, f. puella a Manio (luna) Asidibus annumerata, *Bil duks*, femina; *höfud-dukr*, peplus muliebris; *hör-dukr*, pannus linteus; *hörduks Rind*, nympha panni lintei, femina; Egils. *(Nam-eik*, arbor panni, femina, ib.) Nl. *doek*, femina, in phrasi *de doek en de broek*, (linteum et bracca) genus femininum et masculinum. Hol. *een witte muts*, mitra linea feminæ; tropice, femina; *Hy mack gaarne een witte muts zien*, tenetur amore insito mulierum.

dôkje, n. linteolum. *Dökjes foár it blieden*, prætextus, causæ.

seer-doekje, n. fasciola linea qua obligatur digitus vulneratus. F.v. *sér*, Ags. *sár*, vulnus, Ang. *sore*.

Phrasis. *Ick wol er nin doeck om wynne*, Burm. 37, fucatis verbis veritatem nolo velare; *Ik wol er nin doek om wine; mar di Ingelsecen ind Friezen binne drankswiet*, verum si velare nolimus Angli et Frisii ad pocula proclivores sunt.

blyn-doek, cg. linteum quo oculi perstringuntur.

brouw-doek, cg. supra 530.

bus-doek, cg. supra 566.

fyn-dôk, n. tela elegantior et pretiosior.

fyndoeks-poep, cg. Alamannus circumforaneus, oriundus præcipue ex vicinis

Digitized by Google

Westfaliæ partibus, vendens telas, lintea et quæcumque pertinent ad mundum muliebrem rusticarum. F.u. *fyndoeksdrager* (linteorum bajulus.)

hôl-doek, cg. linteum quadrangulare lineum, quo feminæ supra capitium tenue caput perstringunt: F.v. *een fyowerherned doeck*. Talia lintea fere variegabantur lineis rubris decussatis. De Germanis Tacitus, „Non alius feminis", inquit, „quam viris habitus, nisi quod feminæ lineis amictibus velantur, eosque purpura (vaccinia, rubra) variant." Tac. Germ. XVII. Veterum *hol-doek*, F.u. *hooft-doeck*, erat totum velamen capitis feminarum ingenuarum, quod ex variis partibus ut illud Hindelopensium constabat. In catalogo supellectilium sec. XVII fere medio inveni, *Een Friesche hooftdoeck met syn toebehooren*. Inventarisboeken, Bolsward, 1643, p. 161. Forte idem erat velamen cum Hindelopensium *sendôk*, quo se mulieres seculo XVII per totum tractum australem Frisiæ ornabant; ante hos 80 annos florebat Workumi et juvenis illud vidi Warnsæ. Isl. *hofuth-dukr*, m. pannus velando capiti, peplus muliebris. Egilsson. In tabula veteri picta prandii quorundam nobilium Frisiæ, capita matronarum solutis linteis tecta sunt. Hanc tabulam possidet Societas literaria Frisiæ.

knotte-dôk, cg. filiæ antiquitus erant sub dominio, sive patris, sive fratris, sive avunculi, certe alicujus viri ex consanguineis, a quo procus eam sibi statuto pretio quasi emebat in uxorem. Ex eo instituto per secula XV, XVI et XVII reliquus erat mos, quod procus, qui puellam in matrimonium rogabat, eæ in eleganti linteo serico nummos aliquot argenteos asperos offerebat. Quod linteum, cum esset renodatum, appellabant *knotte-dôk* a *knotte*, Ang. *knot*, nodus. Nodus ille annuit vincula amoris, quæ copulant desponsatam virginem cum proco suo; Anglice dicitur *a-true-love-knot*. Hoc munus si acciperet virgo, valebat apud judices desponsationem. Vide de hoc argumento Brands popular antiquities, Ellis, II. 108, et meum opusculum *De naoogst*, 178.

letter-dôk, cg. linteum lineum quadrangulare, in quo puellæ, postquam suere dedicerunt, literas, arbuscula, domunculos, flores, molendina acupingunt. Supra *bôk* 431.

pis-dôk, cg. pl. pis-dôken, pl. fasciæ infantum, Nl. *luijers*.

ry-doek, cg. tela linea nondum insolando excandefacta. Ags. *hreaw*, Ang. *raw*, F. *rie*, crudus, incoctus; *rie flæsk*, caro cruda, incocta. Ang. *raw silk*, Nl. *ruwe zijde*, bombyx cruda, i. e. neque neta, neque texta.

scertel-dôk, cg. (scettel-doek) præcinctorium muliebre, Isl. *skirta*, f. subligar, indusium, Ang. *shirt*, F. *scoârt*, subligar superius, rotundum laxumque, pendens a coxis usque ad pedes, et quaquaversum nates, femora et tibias tegens. *Scertel* in *scertel-dôk* tantum anteriora feminæ spectat.

scutel-dûk, cg. (linteum ad abstergenda vasa fictilia) Hol. *vage-doek*, Nl. *wisch-doek*, linteum rude ad quæcumque lavanda; ex. gr. patinas, mensam, cæt. apud vulgus quoque faciem et manus, in quem finem lautiores adhibent mantelia F. *handoken*, Nl. *handdoeken*.

sen-dôk, cg. Hind. linteum decussatim variegatum ex gossypio, complicatum, frontale et a fronte cingens caput desinensque post cervicem in duos apices transversos. Proprie, linteum solare, quod paululum prominens arcet solis lumen ab oculis. Hind. *sense*, sol. Isl. *enni-dukr*, m. linteum frontis.

swarte-doc, F.v. linteum nigrum quo veteres oculos damnati perstringebant antequam mortis pœnam subiret.

tsjiis-dôk, cg. linteum rude quo obligantur fragmenta lactis concreti, dum comprimuntur in formam casei.

web-dôk, n. tela linea, collective, tela ex qua fiunt indusia, stragula interiora lecti, cæt. *Web*, stamen, opponitur subtemini *ynslach*. *Web* notat longitudinem telæ, telam in longum extensam, adeoque collective pannum lineum, materiem, ex qua vestimenta fiunt. F.v. *gold ande god woh*, aurum et texta pretiosa: supra *wobtheke* 643.

DOKKE, cg. Hind. pupa infantis. Suethi *docka*, idem. Hd. *docke*, Al. *tochâ*. *Myn dôkke*, meum dulce capitulum! Workumenses *swiet-doekje*, dulce capitulum! ad infantem. Confer *dol. Dôkkeman*, carum caput, ad puerulum amatum; Suavi *dokken-mann*, Gr. Wb.

Digitized by Google

docke. S.l. *dokke*, pupa, in sermone infantili *dokkedei; Dat is een reckte dokke van kinde!* En suavissimum infantem! Nl. *Dat is een beeld van een kind*, idem, *(beeld*, imago.) *Dokken*, ludere imaguncula ut solent puellulæ, Bnl. I. 222. Analogice F. *pòppe*, pupa, infans recens natus, carus infans; *pòpkje*, ludere imaguncula. Nl. *beeld*, imago, puella formosa; *beeldtje*, infans formosus. Ang.v. dimunit. (dockege) *docky*, Ang. *doxy*, amasium, meretricula. Hol. *dót*, *dótje*, idem, Hd. *dattermann*, Grimm. Nl. *docke*, pupa, Hol. *dok*, Hd. dimin. *dokkel;* Hol. *pop*, *poppie*, cæt.

dókken, pl. fasciculi juncorum, qui sicuti straminei domorum rusticorum tecta sub tegulis cooperiunt, ut ventis et pluviis impervia sint. Hic mos adhuc obtinet in Westerwolda, olim pago Frisiæ, nunc Groningensi. Hall, 230. *Dokken*, S.l. fasciculi eidem ex stramine, Bnl. I. 222. Similiter „*poppe*, Galli *poupée*, pupa." et „*poppe*, Flandri. j. *rock van vlasch*, pensum, Gal. *poupée. Poppe*, *brandpoppe*, stupa incendiaria." Kil.

dókje. vb.a. F.b. domus rusticæ tectum fasciculis straminеis cooperire. E. II. 203.

Inde a remotis temporibus pupæ apud nostrates fiebant ex convolutis panniculis, quas rudi modo ornabant; non tantum ut puellæ eis luderent, sed ut simul imagines deorum essent. *Indiculus superstitionum* has vocat *simulacra de pannis*, Nl. *goden-beelden van lappen*, quæ ut larium signa ornabant focum. Puellæ pauperum ad hunc usque diem ex misellis panniculis pupas colligant. Isl. *docka*, f. panus fili minoris, Nl. *kluwen gaern.* Isl. *tvinna a docka*, conglomerare fila in glomum. Galli vocis perditæ Francorum *docka* transtulerunt in B. L. *pupa; poupée*, paquet d'etoupes ou de filasse dont on garnit le fuseau. Ang.v. *docket*, a shred or piece, panniculus ex quo pupa fit. Ang. *dock*, the stump of the tail which remains after docking. F. *Pòppe*, pupa; *poppich*, effeminate accuratus et ornatus; haud aliter Scoti *docky*, adj. little and neat taking short steps. (Gal. *poupée*, petite personne fort parée) Ang. *to dock out*, asiatice ornare; *the steed is gaily docket out:*

docketie, adj. short, round and jolly. Ang.v. *dockerer*, fur made of weasel-skin.

Originationem probat duplex notio glomi et pupæ in Dan. *ducke*, Hd. *docke (eine docke* seiten) glomus filorum et pupa. Ang. *dock*, *docket*, truncus caudæ pilosus, segmentum panni, et *doccy*, amasium, Nl. *poppetje.* Nl. *dod*, glomus intricatus filorum, Hol. *dotje* (Hd. *dòkchen*, Oberd. *döcklein)*, glomulus lanæ vel gossypii, qualem ex. gr. inserunt auribus gravedinosis, et amasium, meritricula: S.l. *dutte*, idem, Bnl. I. 277. — *T* permutatur cum *k* etiam in voce Isl. *dock*, f. vallicula, quasi parva fovea, Andreæ; Nl. Ang. F. *dock*, navale concavum, excavatum et ripis cinctum, in quo naves clauduntur; *Docke*, Flandri, cavea; Kil. Ang. Wight, *doke*, nidus canis, sulcus profundus, Hal. Nl. *dut*, in moneta cusa scrobicula; *dut in een schelling*, *achtentwintig*, cæt. (Gal. *dute*, Hol. *duit*, nummulus cupreus?) Hol. *dutten* scrobiculi a variolis fossi in cute hominis. In notione cavi *doke* fluxit ex præt. *dók*, *dóeck*, verbi *duke*, conquiniscere, deprimere caput, se mergere aqua.

DOK, adj. talis. *Dòk ien*, contr. *dòkken*, talis, F. *sok ien*, (Nl. *zulk een)* Ang. *such one.* — Ags. commutant *thys*, cum *theos*, hic, unde Ang. *those.* Ags. *theos-lic*, *this-lic;* per assimilationem *thyllic*, talis, Ang. Wilt. *thuck*, Ang. Bor. *theck*, talis, F. (thock) *dok* per syncopen. Haud aliter ex Ags. *swilic*, *sulic* fit Ang. *such;* ex F.v. *sa-lic*, *salk*, (solk) F. *sok;* ex F.v. *su-lik*, *sullik* (Nl. *zulk)* F.u. *suk*, Ang. *such.* Nl.v. *dus-lic* abbreviant in *dusk*, talis Nl.v. *dus* et *dos*, ideo.

DOKE, vb.a. F.b. tegere, contegere. Outzen. Confer *dók*, linteum, Isl. *dökkr*, niger, obscurus, et F. *dák*, *doke*, nebula.

DOKJE, DÓKKE, vb.a. dare.

opdókje, vb.n. expromere nummos. Ad invitum, *Dókje op mar!* Age, solve nummos! Kil. *docken*, cito dare, promere.

Confer S.l. *water docken*, haurire aquam; *Den sood uutdocken*, evacuare puteum aqua; F. *Di sád utease.* Forsan ex *döke*, *docke* sensu scrobis aquarii *doken*, *dokken*, ut ex Nl. *put*, pu-

Digitized by Google

teus, *putten* haurire aquam; *dokke*, sensu dandi, F. *di sâd jouwt nin wetter*, vel *jouwt nin wetter op*. Nl. *de put geeft geen water* vel *geeft geen water op*, nullam aquam *dat* puteus i. e. e venis emittit.

DOKJE, DOOKJE, vb.n. F.b. nebulam agere. Confer *daek*, nebula. E. II. 203. *'t doket*, cœlum nebulam exhalat.

dokich, dakich, adj. nebulosus. *Dokich waer*, cœlum nebulosum. Ang. North. *douky*, damp, humid.; *a douky morning*, Brockett, 141. Confer supra *daek*.

dokerich, adj. nebulosus. F. *dokerige loft*, aer nebulosus in horizonte minans tempestatem; *di loft stooft*, idem.

DOKKUM, nomen urbis antiquissimæ Frisiæ sæculo octavo notatæ Bonefacii cæde. *Docca* nomen in sigillo figelino antiquo, Förstem. I. 354. *Docfa*, sacerdos in Oss vico Brabantiæ borealis, qui a. 712 Willibrordum hospitio recepit. *Doco*, n. p. v. C. M. 149. F. *Doco*, Al. *Tocho*, n. p. v. *Tocchin-wilari*, nomen loci, Graff. V. 365. *Doccan-ham?* Pro *ham* vel *hem* veteres habebant *ga*, vicus, pagus, *Dokkan-ga*, ut *Goen-ga*, *Pander-ga* nunc *Parre-ga*, *Peper-ga*, *Idze-ga*, *Sonne-ga*, *Folle-ga*, *Warre-ga*, *St. Johannes-ga*, vel *St. Jans-ga*, vici Frisii; *Grouwer-ga*, hodie *Grouw*. Vita Willehadi per Anscharium + 855, Pertz, p. 380. hæc habet, Venit (Willehad) in Fresiam in „ locum, qui dicitur *Dockynchirica*, „ quod est in pago Hortraga .... „ Inde vero procedens transivit fiuvium „ *Lovene (Lavica* unde *Lauwer-sea*, sinus maris in quem Lavica se fundit) „ venitque ad locum, qui dicitur *Hu*„ *mercha*" (hodie *Humsterland.) Dockynchirica* (. ockii ecclesia) ut plures Frisiorum vici ab ecclesia nomen duxerunt; ex. gr. F.u. *Old-kerk*, *Rood-kerk*, *Gikerk*, *Grijps-kerk*, *Oen-kerk*, F. *Tietjerk*. — *Dockanga*, confer A. de Longperier, conservateur du musée des Antiques du Louvre (Aanteekeningen Genootschap, Utrecht, 1855—1856, p. 25) qui citat *Iucca* n. p. v. hodie *Lokke* et *Luts*, n. p. f. unde *Lutkewirum*, *Lutke-wolde*, (Lutkes-) *Luxwolde*, vici Frisiæ. *Macco*, n. p. v. unde *Makkan-ham*, hodie vicus *Makkum* et *Makken-ga; Mecco* n. p. v. hodie *Mekke* unde *Meckema*, n. patr. *Occa* hodie *Okke*, unde *Occama*, n. patr. — *Dokkenhude*, Sec. XIV. locus in dioecesi Hamburgensi: F. W. Egeling, Die Deutsche bischofe, I. 73. (Dani antiquitus appellabantur *Daci*, *Dacini*, Grimm, Getæ, 21. *Dacin-ga*, *Dacinham*, Danorum pagus vel vicus?)

DOKTER, cg. medicus; *master*, chirurgus. Prov. *As ien dokter helle wirdt is 't ien ingel, ind as er om syn jild komt jamk ien dûvel.* — De medico imperito proceræ virilisque staturæ, *Di man hat ien goed hûd foâr ien dokter, mar di holle is to lyts.*

dokterje, vb.n. medicinam adhibere; a *dokter* ut Ang. a *doctor*, medicus, *to doctor*, idem. Confer *masterje*, chirurgum consulere, a *master*, chirurgus, F.u. *meister*, idem. ut Ang. *to master*, subigere, ex *master*, princeps.

DOL, adj. immodicus in ornatu corporis phaleris peregrinis tecti, G. J. Hol. *dol*, insanus; inde *dol-huis*, insanorum carcer; *dolle hond*, canis rabidus; *dolle dracht*, vestitus fastu absurdus.

dòl, inconsideratus, imprudens, temerarius. *Ien seaman is nin goe'kéap man; hy rint er mar op 'e dòlle rûs yn;* Nl. *op de dolle kans af;* F. *roeze*, conjectura certare. *Mei ien dòlle hòlle*, capite effero et inconsiderato. *Wif woe' mei ien dòlle hòlle ta di wrâld uwt hòllebòlle*, G. J. Pro *dòl* aliquando auditur *dolge*, turbatus caput, *Di jonges meitse my mei hjar teaperts di kóp noch dòlge. Téapert*, pusilla fistula arundinea. Sax. n. *Den dollen hoed*, vir efferus et temerarius; *hoed*, pileus, pro viro, ut *muts*, capitium lineum feminæ, pro femina, *Wilde-muts*, virgo proterva et temeraria.

dol-haudert, adj. W.o. cerebrosus, irate contumax, E. I. 90. *Haud*, W.o. caput, ex *haved*, caput.

hòl-dòl, adj. cui caput horrido sonitu, vel magno tumultu conturbatum est. Ags. *dvolian*, vb.n. deviare, errare, delirare; vb.a. decipere. F. *dwile*, delirare in febris accessu. Ags. *dol*, stultus. Isl. *dul*, stultitia, præsumptio, arrogantia. Confer Teuth. *dul*.

DOL, cg. pl. *dòllen*, obex remi, clavus ligneus vel ferreus retinens remum dum contra nititur remex. *D* ex *th*, Ang. *thole*, pl. *tholes*, ex Ags. *thol*, m. scalmus. Angli per abundantiam *thole-pins*, ut fit cum propria vis vocis

Digitized by Google

in oblivionem cadit; notio enim clavi *(pin)* jam in *thole* hæret. Hollandi *roei-pin*, quod tamen commutant cum *dol-pin*. Dani *tol* ex Isl. *thollr*, m. arbor, palus, scalmus, et *aarc-pind*. Confer Nl. *tol*, trochus puerorum, propter axin ferream.

dòl-boart, n. margo cymbæ, cui iste clavus infixus est.

dòllen, F.o. caudices vel trunci arborum, quibus firmantur lignea aggerum propugnacula. Isl. *thollr*, m. arbor, pinus, columna. Egil. *thöll*, f. pinus, arbor Borealium per eminentiam. Hald. Stür. *dollen*.

DOLJORUM, (dol-jó-rum) cg. somnus levis, Ang. *a slumber*. *Leit heit al op tén ear? Hy is sa hwat yn 'e doljorum, leau ik*. H. Jun. Nom. 447, „Delirium. B. *reemelinghe, rauelinghe, doliorum*." Angli triv. *doldrums*, low spirits, dumps; Slang-Dictionary, 122; 1865. *The sight of a spectre in the dream left me in a doldrum of terror*.

DOLK, cg. talus pusillus, introrsum vicinus calci equi. Synonyma sunt *di hjelt* vel *jelt*.

DOLKE, cg. sica, pugio. Grimm (Lex. *dolch)* asserit vocem fluxisse ex fonte Slavica, Pol. *tulich*.

dolgje, vb.a. vulnerare. Figurate *it herte dolgje*, inurere dolorem animo alicujus. F.v. *dulga, dolga*, vulnerare; *dulget*, vulnerat; *dulgen* et *dulged*, vulneratus, pl. *dulgeda*, vulnerati.

dolkje, vb.a. pugione transigere.

dolge, cg. vulnus. F.v. *dolch, dulech, dulich*, n. vulnus.

dulge, O. F.w. 161, 389, vulneratio, gen. *dulges*, pl. *dulgen*. Ags. *dolh, dolg*, m. vulnus pugione vel ense inflictum. Anglis perdita vox.

dulginga, pl. F.v. vulnerationes. Assimilatis literis *dollinga*, Schot. 104, b, Gab. 87, 92. *Doelinge* (dulinge) Chart. 1. 589, a, supra. Eodem modo *dòlle*, fodere, oritur ex *dòlwe*, quod idem est cum *dolge*, vulnerare. Latini *fodere* eodem sensu transfigendi sumebant, *fodere aliquem stimulis, milites hasta*, cæt. Hollandi ex *dolgen* residuum habent *dollen den os*, taurum pugione cerebrum transfodere.

brein-dolch, F.v. vulnus cerebri.

dâth-dolch, F.v. vulnus mortale.

frum-dolch, F.v. vulnus primarium, principale, propter urentem inflammationem *(hete brond)*. Confer Ags. composita cum *frum*, ex. gr. *frumscyld*, f. culpa principalis vel capitalis, Grein, Spr. schatz, 354. F.v. *frumdede*.

inreá-dolch, F.v. vulnus interior, proprie, intus dilacerans, oppositum vulneri exteriori. Ags. *hreav*, crudus.

kla-dolch, F.v. unguium mucrone notatum vulnus.

mete-dolch, F.v. vulnus mulctandum secundum longitudinem.

morth-dolch, F.v. vulnus quo quis alium tentat necare.

môs-dolch, vulnus quo cutis atteritur, non secatur vel disrumpitur. Nota *dolch* in his veterum compositis præter vulneris aliquando quoque vulnerationis habere vim.

DOLKE, n. scrobunculus. *Di dolkes*, pl. scrobunculi in nido molli vanelli, ubi ova jacebant. Proprie, forsan, excavatio, a *dolle*, fodere, vel a *dol*, deorsum, quasi impressio. Confer *dòbkes*, idem, a *dòbbe*, scrobs.

DOLLE, vb.a. fodere, pf. *dòlde*, pf.p. *dòld*, ger. *dòllen*. F.v. *delva, dêla* (supra *dêl*, 642) pf.p. *dulven, dolen*. Ags. *delfan*, pf. *dealf*, *dulvon*, pf.p. *dolven*. *F* post *l* perit; vide supra 642. In *dòlle* ex *dolfe* assimilatur f. *Dolle* est verbum derivatum ex pf. *dolf*. Nl. præs. *ik delf*, pf. *ik dielf* et *dolf*, pf.p. *gedolven*. Kil. *doluen*. j. *deluen*, fodere. Ang. *delve*, Sc.o. *dòlde* pro *dòlwe; di tioun omdolde*, ligone vertere hortum.

ien græf dòlle, fodere sepulchrum. *Hy dolt ien græf foár ien oar ind falt er selme yn*, incidit in foveam quam fecit. *Kasteleinske is sa grou as hja ut 'e dyk dòld is*, hospita obœsa ex aggere fossa videtur. — *Yn 'e gòlle dòlle dy broit*, effodere ex meta fœni fermentantis partem adustam. *It is tiid fen headollen, seit di boer; it hea komt by my op bæd*, incendii timor me nocte angit lecto, tempus est fœnum explorandi.

bidòlle, vb.a. terræ infodere, humare. Figurate *bedòld yn druk*, G. J. I. 99, obrutus, fractus calamitate. Hodie *bidòbje*. Supple 245. F.v. *bidelva*, Sax.v. *bidelban*, Nl. *bedelven*.

opdòlle, vb.a. effodere. *It deade lyk opdòlle*, cadaver e terra effodere.

todòlle, vb.a. vitiare, corrumpere agrum incondite ubique fodendo. *Di boer hat myn lân todold; wy scille Maye meitse*.

Digitized by Google

DOLLE.

umdòlle, vb. ligone vertere terram. — Circumquaque fodere hortum *di tun umdòlle. Boi dolt yn 'e tsjiis om*, puer incondite caseum circumfodit.

utdòlle, vb.a. effodere. *Di tsjiis utdòlle*, effodere caseum, quod illicitum apud Frisios, qui abscidunt cultro plana segmenta. Itidem Hollandi, unde eorum proverbium *Wie van mijn kaas maakt een schuit, moet de deur uit.*

delfta, delta, F.v. fossio, fossura, F. *It dollen.*

râf-delta, F.v. fossio qua quis alius cespites furatur, vel humum, vel argillam.

urdelta, F.v. fossio ultra limitem adeoque in agro vicini.

dòlte, cg. canalis. Vide supra 642. Ang. *delve*, fossa aquaria. Zelandi *dulft*, F. *sléat*, sulcus aquarius; Zel. *De pogge in de dulft*, rana in sulco aquario.

dòlte, cg. fovea effossa ad aggerem marinum exaltandum vel firmandum.

dòlte, cg. canalis fossus. Sunt duo ejusdem nominis circumfluentes urbem Worcumi; alter ad boream hodie *druge dòlte*, alter ad austrum hodie *djippe dòlte;* qui medius per urbem fluebat vocatur *di Winerts.* Præter *dòlte* Workumensem sunt alii canales hoc nomine in Wymbritseradela ad vulturnum et in Doniawerstal; ex. gr. *ien stik miedlân op di Doltewâl by Langwar under it dorp Broek.*

di dòlte, canalis vicinus vico Akmaryp; *di Dòlte ind Langesleat. Dòlte* pro *dolfte*, ut *delte* pro *delfte.* Vide supra *dêl.*

dolle, F.o. locus depressus, scrobs, *Dat land is vul kollen un dollen.* Stür. F. *kultrick ind bultrich*, tumulosus.

doalen, pl. scrobes fossi, receptacula aquæ pluvialis ad potandum pecus. In vicinio Herenvenæ. Dial. commun. *boarnen* (bóanen).

DOLLE, cg. Hind. locus in ludo puerorum, quo unus cæteros persequitur et capere tentat, ubi his refugium est. Hind. *Yk bin op di dolle*, in tuto sum, F. *Ik hâw hunk*, domi sum, i. e. in refugio. (Nl. *van honk wezen*, abesse domo; *hunkeren naer huis*, cum affectu refugium domi petere.) Nl.v. *Op 't drooghe staen*, extra lutum pedes habere. Prov. Zegeri Bruxellani. 1571, O. F.u. *kryantje*, ex *kry an*, Nl. *krijg aen*, arripe! Hol. *krijgertje spelen*, ludus idem.

DOMENY.

di dolle, nomen prati fœniseci *(miedlân, hea-lân)* apud canalem Kolonelsdiep in jurisdictione vici Eastermar (Oostermeer) Kad. 32 R. 20 E.

Forsan *di dolle* ellyptice dicitur pro *di dole-stien*, lapis terminus agrorum, quem transire persecutori non licet. East. Ang. *dool*, *dole*, a boundarymark in an uninclosed land. It is a very low post; thence called a *dool-post.* Forby, I. 96.

DOLLEKE, DULEKE, corculum! Sax.n. *dülleke*, idem. Ad infantem deamatum Ang. *doll*, pupa. Ang.v. *O litle prety doll-polle!* O capitulum lepidissimum! Todd's Johnson, *doll.* F.o. *dolske*, pupa major et iaconcinna. Stür. *Doll*, pupa, hic sumitur figurate pro corculum ut F. *pòppe*, *myn pòp! ljeawe pòp!* Hol. *poppetje*, corculum, proprie, pupa, Itidem Ang. *polle*, capitulum, F. *poâlle*, capitulum infantis; *poâlle*, *poâlleke!* carum capitulum!

dule, (doele) idem quod *dolleke. Myn dule!* mea animula!

DOMENY, cg. sacerdos Reformatorum, quæ dicunt, Sacrorum; idem inter Teleiobaptistas audiebat *preker.* Romano-Catholici suos pontifices et episcopos propter dignitatis honorem medio ævo appellabant *dominos;* Neerlandi Catholici *Dominus* in linguam vernaculam vertebant *Heer-oom*, dominus avunculus, qua voce, tum amorem, tum reverentiam suam significabant. Voce *oom*, *ome* avunculus, nomini proprio affixa, benevolentiam suam erga provectiores ætate exprimebant nostrates, nt hodie Frisii *Haitse-iem*, *Gerke-iem*, F.u. *Haits-omme*, *Gerke-omme-* — Pontificem Latine compellantes utebantur vocativo *Dominé!* unde *domeni*, *domeny.* Ineunte hoc seculo magistri in 1a et 2a classe scholarum Græcarum et Latinarum adhuc erant ex Theologiæ canditatis, quos etiam *Domine* vocabamus. Idem in familiis divitum domestici magistri filios docebant Græce et Latine, qui, et in nostris oris, et in Scotia nuncupabantur *domine.* Inde ad notionem generalem apud Scotos transiit. „*Dominie*, a contemtuous name for a minister: a pedagogue, Jam. *Doves and dominies leave ay a foul house*, pigeons will dirty every thing where they are, and these little fellows, whom gentlemen

Digitized by Google

bring in to educate their children, will be entreaguing with the maids, and it is well if the daughters escape." Kelly, 86.

Prov. *Domeny mat by it flûr yn 'e kirdsherne*, privilegium sacerdotis est lateralis eaque commodissima sedes ad focum. *It is mei di domenys, di buse thicht ind di kân oan 'e hoed*, sacerdotum est benigne salutare omnes et claudere crumenam. *Men sjenne di domenys nat fjirder as oan 'e mil ta*, videmus tantum partem dimidiam eamque superam sacerdotum, quippe cum in cathedra concionantur; sacerdoti haud licet esse duplicem. *Domenys binne wrieupedllen dær it kristelyk fé di rudige hûd oan rôst*, ut pecus cutem scabram contra palum pratensem fricat, sic vulgus suos mordet concionatores sacros, qui docent et monent.

dommenjerje, vb.n. ut imperium habens tumultuose agere et turbas ciere. Ang. *to domineer*.

DOMMEL, cg. somnus levis. *Ik wier sa kwette yn e dommel do ien thungerslach my wekker makke*. Ang. Berk. *dummel*, adj. applied to hay or corn; damp, dull, inactive, applied to animals; *dummel*, st. Leic. a heavy, stupid fellow.

dommelich, adj. somnolentus, torpidus. *Dommelich yn 'e holle*, torpidus in cerebro, ex. gr. gravedine, Nl. *dommelick*, adv. stolide. Kil.

DOMP, cg. onocrotalus. Aphæresis pro *reid-domper* vel *-domp*, supra 612. Prov. *Mannen by aadz s. c.* (scieten keutels?) *as dompen, mar hiener 'n goe' menear by, jae frietense naet op*. MS.

DOMPE, DOMPJE, vb.a. trudere, manu trudere, icere. *Di junge dompt my*, puer me manu inimica trudit. — *Myn burman dompte my oan, dat ik dær fen swye moast*, vicinus me clanculum manu pungente monebat ut de hac materia silerem. *D* ex *th*, et *th* ex *t* in τύπτω percutio; τύμμα, ictus; τύμπανον, tympanum (quod pulsatur) fustis. Ang. *to thump*, to strike; *thump*, st. blow, hard blow: *thumps by the dozen and tons kicks by wholesale*, F. *dompen by it dozyn ind jins scoppen by di rûs*, Beaumont and Fletcher. Scoti *to dump*, to beat; *dump*, ictus. Jamieson. Frisii aliquando *th* mutant in *st*, ut *stroate* pro *throat*, gula; *sterk* pro Isl. *threkr*. Egil. ita F. *stomp*, idem quod *domp*, pro A. *thump*. Confer omnino varias notiones in *thump*, Johnson. Todd. Sueth. *dompa*, rudius palpare.

domp, cg. pulsus, ictus trudente manu. *Immen ien domp jaen*, aliquem trudente manu offendere. Nl. *iemand een stoot geven*. Sonus ex ictu Ang. Dev. *dump*, a heavy sound; *to dump*, to knock heavenly; to stump. Confer supra 613. Hol. *dump*, et Dev. dialogue, Gwatkin, 69.

dompe, vb.a. saccos gossypii vel lanæ plenos tundendo et deprimendo in arctius spatium comprimere in nave oneraria. F.b. *dumpe*, idem, Outz. 46. F. *stampe*, contundere.

dompe, vb.n. inter velificandum prona prorâ prolabi in undas, quod navis est vitium; navem enim bonam oportet prora ascendere contra affligentes undas; *It jacht dompt*. Ang. North. *to domp*, to fall; to tumble. Halliw. Scoti *to dump*, to plunge into. Frequent. Nl. *dompelen*, mergi. Neerlandi et Frisii notionem prone prolabentis, mergentis et extinguentis transferebant ad cornu, quo candela extinguitur, Nl. Kil. *domphoorn;* qua voce quoque notabant nasum aquilinum, quem Frisii nominant *rams-noas*, (arietis nasus.) F. *domper* extinctor, sc. candelæ.

dumpe, idem quod *dompe*. Confer Scot. *to dufe*, to give a blow with a softish substance; *dufe*, such a blow and the sound emitted by it. Jam.

del-dompe, vb.a. deorsum trudere.

dompelje, vb. pede trudere. Freq. ex *dompe*, deorsum trudere. Kil. *dampelen*, Flandri, conculcare.

bidompelje, vb.a. conculcare.

fordompelje, pede conterere; *fordompeld*, conculcatus; levis execratio. *Fordompeld, as hy ea wer ien goed wird fen my kriget*, Hol. *Het is vertrapt, als hij ooit weder een goed woord van mij krijgt*, me conculcari potius sinam, quam eum umquam bonis alloqui verbis.

DOMPICH, adj. *Dompich hûs*, domus aeri libero et luci non pervia, humida, contignatione cubiculorum humili. Vide supra 612. F.b. W.o. *dumstig*, Hd. *dumpsig*. E. I. 90.

DON, DOON, DEUN, adj. tenax; adv. prope. Supra *deun: ô* sive *eu* est ex *ô*.

Digitized by Google

DONDER.

„ *Doon*, vetus Campin. cito, statim; et prope, mox." Kil. Colonia Hindelopensium in insula dicta Campensi *('t Kamper Eiland)* multas in eo tractu reliquit voces Frisicas. W.o. *úz grún licht dún an dait*, F. *us grún leit deun ón dat stik*, E. I. 90, fundus noster huic agro contiguus est.

DONDER, cg. F.u. tonitru, *Di donder!* per Jovem!

donder-bard, F.o. sedum majus, semper vivum, repens per culmen tecti ad avertenda tonitrua. F. *huslak*, Nl. *huislook*. Confer Kil. *donder-buerd*, qui errat in sua originatione, „barba Jovis q. d. barba tonantis."

donder-stien, F.u. lapis meteoricus vehemente ictu de cœlo cadens. Execrationem valet, *Wat, donderstien, is my dat!* Jurabant veteres per lapides.

Pro *donder* homines frugi et sedati usurpant *donker*, obscurus, mutantes *d* in *k*. F. *Hwat, donker, heste al dyn jild forspile ind forset?*

donkersk, adj. *It is donkersk, dat di lju' nat op hjar tiid pasje.*

DONGER, DUNGER, dici videtur pro *thunger*, Tungrus; *Tungri*, Tac. Germ. II. var. lectio *Thungri*, natio nobilis inter Germanos, a Tacito sæpius citata, accolæ Rheni inferioris. *Tunger* inscriptio apud Graterum 334. 3. Notitia dign. occid. cap. 38 memorat cohortem *Batavorum*, *Tungrorum et Frixagorum* (Frisævonum?) Ex hac mixtione forte oriebantur (Wass. II. 170.) *Dunger-Freesen*, Frisii Tungrensss, in parte boreali Frisiæ hodiernæ, quæ *Dongera-dêl* dicitur, et divisa est in *East-* et *West-dongeradêl*, orientalem et occidentalem partem, quas separabat rivulus Peasens. Confer Först. II. 1414. Grimm, Gesch. D. sprache II. 788. Forte huc pertinet nomen *Thune-werd*, postea *Tonna-wert*, hodie *Ternaerd* vicus West-dongeradelæ. Först. II. 1415.

DONGER-POLSCHE, fartum veterum Frisiorum; omasum fartum carne, libo, uvis passis, farre similibusque, cosutum adeoque rotundum. *Ên donger-polscke is ien roun pansse mey flâsck, koecke, resynen, moal ende oars fold.* Burm. 19. Simile farcimen in pantice audit *barge-marge* supra. Tales variorum esculentorum mixturæ semper Anglis in deliciis erant, ut *pudding, gut-*

DONGJE.

pudding, plum-pudding, pan-pudding, pudding-pye, quæ primitus omnes sacco clausæ in aqua ebulliente coquebantur, ut hodie oppidanorum *sak-koek*. Anglorum *pudding* proprie est pantex fartus farre et variis esculentis, inter quæ uvæ passæ raro desiderantur. *Pudding* est derivatum vocis Fris. *pude*, sacculus. Ang. North. *puddings*, viscera.

DONGJE, DUNGJE, vb. a. stercorare (agrum) præs. *ik dungje*, perf. *dungge*, p. præs. *dungjende*, ger. *dungjen*, p. pf. *dunge*. F.v. *dongia*, p. pf. *dongad; het hi den ecker dongad*, agrum si stercoravit. Ags. *dyngan*, stercorare, pf. *dyngede*, p. pf. *dynged*. Ang. *to dung*. — *D* Ags. forsan oriebatur ex *th* in Isl. *thungr* adj. gravis. Ex Lat. *gravis* est *gravida femina; feminam gravidam facere*. F.u. *swaer*, gravis et gravida (femina.) Inde *dyngan*, F. *dungje*, gravidare terram fimo, Lat. *lætificare terram; lætamen*, fimus. Eâdem figura Latini loquuntur de terra *gravidata seminibus*. Apud Virgilium, Ovidium, Pliniumque *gravis* eadem est quæ gravida. *Dungje* adeo proprio sensu est gravidam reddere, fecundare, et *mestje*, stercorare, quam distinctionem rite observant autores Hd. Ex. gr. *je elter ein mist, je weniger er dungt*, quo vetustior fimus eo minus fecundat. Vide locum apud Gr. Lex. *düngen*, 1531. Cum novalia inculta jaceant ob eandem rationem qua stercorantur, scilicet, ut humi vis et fecunditas augeantur, factum est, quod Ags. *dineg*, tum fimum, tum agrum requietum sive novale notet. Columella loquitur de *fœnore cessationis arvorum*.

it dungjen, n. stercoratio. Ags. *dingiung*. Ang. *dunging*.

dung, dong, cg. fimus. Ags. *dynig, dinig*, Ang. *dung*, Nl. v. *dunghe*, hodie *mest*. — *Sa wiet as dung*, Ang. *Wet as muck*, fimo recente madidior. — *Ien scar dung*, certa quantitas fimi ex prati mensura, quæ *scar* (Ang. *share)* dicitur, proveniens.

it lân' dongje, vb. a. agros stercorare. — *It tsjerkhoaf fet dongje*, cœmiterium multo fimo (cadaverum) lætificare, quod medici imperiti est. — *Dongje*, figurate, exonerare alvum. *Di ky dongje weak*, vaccæ stercus liquidum emittunt.

bidongje, vb. a. lætificare fimo (agrum).

dong-bult, cg. sterquilinium. (Hol.

Digitized by Google

mest-faalt.) Ellyptice *di dong; Di dong hawwe ien bulte boeren op it hiem. — As it krap is scarre di ky it gærs fen di dongbult*, propter penuriam pratensem vaccæ herbas de fimeto depascuntur. Agricolis notum est armenta respuere herbam ex recente fimo crescentem. Isl. *dyngia*, acervus.

dong-eide, cg. occa dentibus ligneis qua fimum dispergunt per agros.

dong-gripe, cg. furca stercoraria, qua fimum de fimeto acervant in plaustrum Hd. *dung-gabel*, Ang. Shropsh. *dung-gevil*, Ang. *dung-fork*.

dong-houwe, cg. ligo quo fimum fodiunt de condensato sterquilinio.

dong-kret, *n.* sarracum majus et profundum, quo fimum e stabulo boum in sterquilinium vehunt. Ellyptice *kret*. Alias *meëx-kret*.

dong-krode, cg. idem.

dong-plak, n. locus, fundus fimeti.

dong-planke. cg. planca longa et lata per quam sarraco vehunt fimum e stabulo.

dong-scut, n. pluteus ligneus ad finem stabuli impediens quo minus maculæ resilientis fimi, qui cadit e vaccis, ulteriora conspurcent.

dong-sleep, cg. clathrum ligneum, dentibus orbum, equo per terram vectum ad conterendum fimum in minimas partes easque spargendum per prata.

dong-slypje, vb.a. et n. conterere fimum sparsum.

dong-stêd, n. fundus, locus sterquilinii.

dong-stâl, cg. basis sterquilinii cespitibus abscissis humoque obrutum.

dong-wein, cg. plaustrum stercorarium, quo fimetum evehunt in agros. *Ik bin mei di dongwein op 'e rin*, (rector plaustri stercorarii raptor ab equo furente, i. e.) diarrhœa laboro.

dong-butsje, vel sliúchtje, fimum per pratum furca dispergere. Pro *dong* quoque usurpant *scot-* et *scern-butsje*, vel *-butse*.

dong-lade, vb. fimum e sterquilinio in plaustrum transferre.

dong-ride, vb. fimum plaustro in agros vehere ibique acervatim deponere.

DONKÊR, adj. F.u. obscurus.

eerde-donker, adj. perobscurus. *Eerde*, terra, innuit tenebras subterraneas. F. *ierde-thjuster*, alias *pik-thiuster*. Hd. *erden-finster*, idem.

DONKER-BROEK, nomen vici in pago Ooststellingwerf. Haud rare *donk* occurrit in vicorum nominibus; ex. gr. quater in Flandria, ter in provincia Limburg, bis in Noord-brabant; semel apud Antverpiam; semel *Donker* in Flandria orientali. In Noord-Brabant *Wachten-donk*. Adde vicos Alamannos *Dunkdorf* a 1057 et *Dunchelsen;* Först. II. 445. Causa et notio vocis *douk* vel *donker* me latent; confer tamen (Isl. *dunka*, resonare; *dunk*, resonantia.) Ang. North. *donk*, humidus, vapidus. In hoc sensu *Donker-broek* proprie notaret tractum graminosum humidum. Inde nomen habent *Broek* vicus in pago Doniawerstala, et *Broek in Waterland* vicus in West-Frisia. Teuth. „*Broick, venne, ollant, goir*, in genere loca humilia et humida, ubi gramen luxuriat."

DÓP, cg. putamen. *Ais-dóppen*, putamina ovorum. Nl. *eyer-schalen*. Prov. *Better 'n heal aei as ien lége dóp*. Phrasis. *Hatter aijen hij schil wol dóppen meijtze*, quidquid acquirit decoquet. Burm. 23. Nl.v. „*doppemaecker*, Holl. Fris. decoctor, a testis ovorum frangendis et exhauriendis." Kil.

dópke, n. operculum rotundum claudens tubum cylindricum.

dóp, cg. tegumen; *ais-dop*, testa ovi; *pipe-dop*, pileolus fistulæ tabacinæ, *Pipe-dópke*, dim. Vide eadem apud F.o. Stür. 36, b. Figurate *Hy is pas ut 'e dóp ind wol di baes ul spylje*, imberbis licet se omnium vult primum.

Neerlandis *doppen* siliquæ varii sunt generis, quales *boekweiten doppen*, polygoni fagopyri siliquæ sive folliculi. *Dop-vruchten*, in genere fructus crustis vel siliquis solutis inclusi. Nl. vb. *doppen*, excludere ova e putaminibus, pisa ex siliquis; unde *dóp-erten*, pisa recentia exclusa, alias Nl .*doppers*, F. *eárte-pulen*, pisa adhuc siliquis tecta, *pule*, siliqua; *pulje*, excludere siliquis pisa; *ayen scile*, decorticare ova. Vide omnino Bnl. I. 229, *dop*, ubi certa vestigia Frisici sermonis, qui olim per totum tractum littoris maris Germanici regnabat, apparent. F.o. *doppen*, siliquæ. Stür.

dóp, in genere notat protuberantiam. Nl. *Dop*, *top*, F. *top*, trochus lusorius; vb.n. *tbpje*, ludere trocho. Nl. *dóp*, putamen, siliqua, unde *dóppen*, ex-

Digitized by Google

DOP.

cludere pisa siliquis; F. *pule*, siliqua, vb. a. *pulje*, excludere pisa. Nl. v. *doppen ende witslaen*, tundendo ciere tubera et aspredines in lamina argentea; *doppe*, bulla, alias *blader-spanne*. Versio Nl. Bb. SS. Cant. I. 11, *silveren stipkens*.

Quidquid protuberat a parte obversa introrsum concavum est, unde notio putaminis, siliquæ, et Nl. *slecke-dop*, testa limacis; alias *stecken-huysken*, cochleæ domuncula. *Oester-schulp*, ostrei concha; *in zijn schulp krupen*, se abdere in suam concham, i. e. cedere inimico. Apud G. J. *dóp*, (putamen) latebra; ad idola, *Duwckje ynn' dopp'*, *o Goades, foár Goads trean;* subsidite, abscondite vos (ut limaces in testa, i. e.) in latebris vestris, o idola, ante thronum Dei veri. I. p. 222.

dópke-spul, vel finger-huód-spul, Hol. *dópjes-spel*. *Dópke* synonymon *fingerhuód*, pileolus æneus, quo digiti apex in suendo munitur contra acum. Præstigiator circumforaneus positis sex vel octo talibus pileolis in mensa, globulum nunc hoc nunc illo pileolo tegit; si quis adstantium monstrat pileolum, sub quo latet globulus, victor est, sin minus, quod plurimum fit, aleam perdit. Fig. Hol. *dopjes, -spel*, præstigiæ, dolus, fraus.

doedel-dop, cg. femina ignava. Contracte Scoti *delp*, trollop. Jam. Isl. *dauda-doppa*, homuncio ignavus.

hunigh-doppe, favus. G. J.

hunighdop-waex, n. cera favorum. G. J.

dop, F. o. vasculum rotundum coniforme in quod fundunt extractum Theæ. Kil. *doppe*, patella, olla. F. *kòpke, kòpke ind puntje*, vasculum profundius et planius. Hol. *kópje en schoteltje*. Propter rotundam et operculo similem figuram F. o. *dop*, notat digiti apicem. Hol. *de toppen der vingers*.

dóp, tuber globosum ligneum in opere ligneo vermiculato. *Sylbéage-dóp*, nodus ligneus nexus antilenæ, perforatus in centro, cui inseritur restis, qua plaustrum vehit equus. Confer Isl. *doppa*, f. bulla.

dopkes-heide, cg. erica tetralix. *Rigeheide*, erica vulgaris. Hall. 143. *Dopheide*, F. o. calluna vulgaris. Stür.

dóppe, vb. a. F. u. pisa excludere siliquis. F. b. *dopje*, qui notionem extendunt ad fabas, *bone, arte dopje*. E. II. 208.

DOR.

doppe, bidoppe, vb. n. F. b. tegere, contegere. In *pipedop*, *dop* est pusillum operculum; *doppe*, testa, putamen, operculum, obturamentum, embolus. Outzen.

DOP, DOOP, cg. F. u. homuncio, nanus. *Kleine doop*, pumilio, in genere homo pusillus, et mas et femina. Nl. v. *duypen*, homo submissus. Ang. Cumb. *dope*, a simpleton.

DOPE, vb. a. baptizare, ex Nl. *dopen*. Flandri *doppen*, (Kil.) Ang. v. *doppe*, idem; *dopper*, baptista. Supra p. 611,

dope, vb. a. nomen indere, imponere. *Di rieders hawwe di tjalk Reonixa doopt*, navem onerariam exercitores denominaverunt Reonixa. Secundum sententiam veteris Ecclesiæ infans non existebat antequam baptisatus erat; tunc demum, cum Ecclesia infantem in suum susceperat sinum, in entium ordinem transibat et nomen accipiebat. Inde baptisare et nomen imponere idem est.

F. u. *Dopen en slopen*, *Is 't wapen van Hindelopen*, scomma in Hindelopenses; baptisare (adultos) et destruere (domos) sunt urbis Hindelopiæ. Maxima pars civium Hindelopiæ erant teleiobaptistæ, (Nl. v. *dopers*, hodie *Doopgesinden)* qui inter se de quisquiliis rituum rixabantur, et quorum magna pars tandem ad sectam Calvinisticam transfugebant. Eodem tempore navigatio, et cum ea salus urbis, prolabebatur; domus in diem fiebant viliores, quas aggeris marini reparatores (F. *dyk-basen)* in majus sui commodum emebant et destruebant. Vulgus hos homines appellabat *slopers*, destructores, a vb. F. *slope*, destruere, qui cum præcipue Hindelopiæ degerent integra urbis existimatio inde jacturam patiebatur. Stauria finitima, antiquum caput Frisiæ, fere tota ab incolis ipsis, inter quos eminebat magistratus, destructa est. Inde eorum nomen probrosum *Starumsce ribbekliuwers*, Staurienses costarum derosores.

DOR, DOOR, cg. pl. *doárren*, fores. Vide *dóar*. *Dær leit noach for syn ein dór to feyen*. Ang. *there lies enough at his own door to be sweeped away*, turpe est doctorem cum culpa redarguit ipsum. Ang. Northamp. *It lays at your own door*, Baker I. 193. F. *It leit foár dyn ein door*, habes quod tibi imputes.

Digitized by Google

Autor Glossarii Teesdalensis observat incolos *dôr* per diæresin efferre *do-er;* idem obtinet apud Frisios, qui *o* protrahunt per debilem *a*, quare scribere oportet *dôar*. Vis est in *ô*, sed postposita terminatione plurali *-en* ex una fiunt duæ syllabæ, quarum prima accentum accipit et hujus ictu vim ab *o* ad *a* transfert, unde *doárren*.

DORE, vb. a. audere. Ang. v. *to dore*, idem. F. b. *thorre*. Cf. *doare*, 688.

DORMJE, vb. n. oberrare quasi mente captus, ut homo devius vel dubius hærens, hinc inde ititans. Ang. North. *to dorm*, to dose; *dorm*, st. a dose.

umdormje, vb. n. i. q. *dormje*, torpidus circumvagari.

Isl. *dura*, semisomnus per intervalla dormitare; per diæresin *dwra*, unde Ang. North. *dover*, to be in a state between sleeping and waking, Brockett, 141. Isl. *dorma*, dormire. Hald. Raro exemplo Lat. *d* remanentis *d* inter Germanos et non transientis in *t*.

dorsk, adj. F. b. soporosus, deses, tardi ingenii. Outzen 47. Confer Nl. v. *door*, socors, stolidus, stultus. *Dorsk* proprie, qui non edormivit, F. *dy net utslept is*, Nl. *die niet uitgeslapen is;* figurate, elucus.

DORNSK, m. F. b. cubiculum ubi degit familia, Nl. *woon-kamer*, Joh. 101. Sax. l. *dörnse*, cubiculum in quo focus alitur, habitaculum familiæ, Richey, 37. Holstein, I. 240. Bnl. I. 185. Kil. *dornsse*, *dornste*, hypocaustum, thermæ. *Dornsk* trahitur a *daren*, *darren*, calefacere, siccare.

dörnset, dârns, vide apud Outzen *dörns*. F. o. *dorns*, cubiculum, C. M. 442. Confer Ags. *dearn*, *dern*, secretus; *dyrnan*, occultare; *dern-gelige*, adulterium; Scoti *to darn*, *dern*, occultare. Ags. *dern-hœm?* Nl. v. *heymelicke*, latrina.

DORT IND DIIGH, adv. Molkwar, plus quam satis est, longe lateque. Vicus Molkwar angustis canalibus erat intersectus; nauta dialecti communis cymbam per eos trudens ex famula quærebat, an permeandi latitudo ei erat, quæ respondebat, *Dort ind diigh*, plus quam satis est, sat ample. Quod cum non intelligeret alteram rogabat famulam, ex qua responsum tulit *Oerjorg!* abunde! Hoc itidem non intelligens tertiam rogabat, quæ respondebat *Dwylch ind dwealch*, nautæ æque obscurum. Tria responsa redeunt ad idem, satis superque, F. *rom ind breed*. — Confer cum *dort*, Isl. *dart*, *datt*, vehementer, egregie, Hald. Egil. Cum *diigh*, Isl. *digr*, crassus, tumidus. Cum *oerjorg*, Molkw. *oerjorgelik*, luxuriosus, Nl. *overdadig*. — *Dwylch ind dwealch* adverbialiter omne notant, quod modum excedit, tam malo quam bono sensu. Hic notat affatim, plus spatii quam satis, F. *dubel ind dwœrs romte noach*. Auget tamen et notionem spurcitiæ, *Dwylch ind dwealch*, fœde, destestabile (spurca femina).

DOS, cg. cultus luxuriosus, vestis optima. *Hy is rju' yn 'e dôs mei dat nye baitsje*. Nl. *dos*, vestis pellicea, suffulta: *dossen*, munire vestibus suffultis. Bavari *der doschen*, quidquid frondis instar se expandit, vimen frondosum, corollis florum, penicillus filorum; *dost*, muscus; *doschet*, vestibus multis tectus altera super alteram. Nl. *uitgedost*, luxuriose vestitus, Schmeller I. 402. Mhd. *doste*, florum fascis, Benecke, I. 386. Ang. v. *dossal*, a rich ornamented cloak worn by persons of high rank; *dossel*, a wisp of hay or straw to stop up an aperture in a barn. Halliw.

DOSE, F. o. stratum superum, fibrosum, canoglaucum, terræ causticæ. F. *di bonken*, *di bonkierde*. Consule Stür. 36. Dani *daase*. Confer antecedens *dôs*.

dosich, adj. F. o. glauco-canus.

DOTTE, F. o. glomus fibrosi quid, ex. gr. crinium, straminis, lini, culmorum intricatorum. Hd. *zotte*, Hol. *dót*, *dótje in de oren*, glomulus gossypii in auribus contra frigus. Stür.

dotte, F. o. globulus fictilis, quo ludunt pueri. Stür.

DOU, TU, gen. *fen dy*, dat. *dy*, *oan dy*, accus. *dy*. Pl. *jimme*, vos. F. v. *thu*, *du*, dat. accus. *thi*, Pl. *i* (Sax. n. *i*) vos, dat. accus. *iu*, *io;* posterioris ævi *iemma*, vos; *iemma*, ut F. *jimme* quoque possessive valet, vester. *Iemma* componitur ex *ie* et *ma'* pro *man*, vos homines, et *jimme* ex *ji* et *ma'*, vel *gi-ma*, *gimma*. Cf. Gesta Fresonum, p. 133, 136, et dissertationem meam „Taelbeginselen der Friesche overzetting van Mattheus." p. 39. Ex casu obliquo *di*, *dy*, formatur *dyn*, tuus, *dyn boek*, tuus liber, idem quod *it*

Digitized by Google

boek fen dy. Dyn, in forma genitivi *dines*, quod tantum absolute usurpatur; *Waems boek is dat? Dines*, Cujus est hic liber? Tuus. Idem valet de *mi* et *jimme: Ho is dat lân part? Dit stik is mines ind datte is jimmes*, qualem agrorum partitionem fecerunt? Hic ager est meus et iste vester. Non dicitur *it lân dines, jimmes*, sed *dyn, jimme lân* vel *it lân fen dy, fen jimme. Ji*, tu, pluralis reverentiæ eandem sequitur normam; *ji binne ut jins heer ind feêr staet*, repulsus es ex tuis bo- G. J. *jon.* Pro *jins* Frisii austr. *jys.*

Milites cruciati, quos dicunt, reduces in Europam transtulerunt fastuosam orientalium urbanitatem, quæ dominum alio pronomine compellare jubebat quam famulum vel servum. Inde oriebatur pluralis reverentiæ, quo hominem singularem compellabant; formabant adeo ex casu obliquo plurali *iu, io*, F. *jou*, tu, tuus, ut Angli ex Ags. casu obliquo plur. *geov, eov*, suum *you. Jou* et *you*, licet attineant singularem hominem, tamen suam vim pluralem communicant cum verbo adjuncto; F. *jou hawwe dien*, Ang. *you have done*, tu fecisti, nequaquam F. *jou haste dien*, Ang. *you hast done.* Gal. *vous avez fait*, pro singulari *as.* — F. v. ex Ags. *ge*, vos, formabant *ji* et *i; ji* Hindelopenses usurpant pro F. *jòu.* Ags. *ge*, Ang. *ye* plur. vos, *ye have*, vos habetis; quod tamen obsolescit in notionum confusionem et sermonis detrimentum; *You* enim potestatem acquisivit utramque pluralis et singularis numeri, cum F. *jou* tantum singularem attinet. Haud melius sapiunt Neêrlandi, qui suum sing. *du* prorsus rejecerunt et pro utroque numero usurpant in stilo scripto *Gij*, dat. *u*, in usu quotidiano *Jij*, dat. *je* et *u*, quas voculas tamen augent voce *-lieden, -lui*, homines, ut eis reddant vim pluralem; *gij-lieden*, et semper *je-lui*, vos.

Postquam pluralis urbanitatis erat stabilitus usu, singularis pro ratione contextus, sive summam reverentiam, sive familiaritatem cum equalibus et minoribus, sive despectum significare incipiebat. Deus creator unicus hujus universi, cui similis nemo esse potest, respuit pluralem numerum; *Wê Haita, dw derste biste*, pater noster, qui es.

Vulcanius in libello *de literis et lingua Getarum*, a$_0$ 1597. Haud aliter Got. Ags. *thu*, Angl. *thou*, Hd. *du*, Gal. *tu*, Ital. *tu*, affantur deum. Elegantissime hoc distinxit Petrarcha, qui suam Lauram, dum illa in vivis erat, ut hominem usitato *uoi*, vos, compellabat; postquam autem mortua æthereas attigerat sedes, eam ut divam immortalem sing. pronomine *tu* affabatur. Confer „ Fabrica del monde di F. A. da Ferrara, p. 135, b. § 1923. ed. 1557. Boreales suum regem affabantur *thu.* Ihre. 361.

Dou solennis est inter equales, *Dou biste myn boârtfeint, mar myn baes net*, tu mihi ludi socius es, non dominus. *Dou* inter amantes in amoris significationem; Poeta Gijsbertus constanter, ex. gr. I. 29,

Pæ my hondert reysen tjèn!
Twot, du wistet het ik mien.

p. 19.

Pales, pronckje fen it fjild,
Dy forlit ick om nin jild.

Ad infantem deamatum, *Dou, dou biste myn famke; dou, dou biste myn bern.* Lingua Hd. in tali sensu pron. *du* præstat cæteris elegantia penetrante et suavissima.

Dou ætatis provectiores ad juniores, parentes ad liberos, usurpant. Pater *Auk, haste ien freâmd man ljewwer as dyn heit? Scilsthou dyn âlde heit forlitte*? Filia, *Ik wol trouwe, mar you naet forlitte; hwær jou geane scil Auk gean; hwær jouw græf stiet scil mines stean.* Haud aliter Shakespere, Miranda, *Sir, are not you my father?* Prospero, *Thy mother was a peece of vertue, and she said thon wart my daughter.* M. *Binne jou myn heit net, Heer?* P. *Dyn mem wier di deugd selme, ind hja sei, dou wierste myn dochter.* Frisius pater ab ignoto interrogatus an astans puer ejus sit filius, sæpe jocose respondet, *Sa seit myn wiif.*

Tandem *dou* in despectum utuntur hominis, quem affantur, cuique cæterum debent plur. numerum urbanitatis vel reverentiæ. *Dou streupert!* tu spurcifice! *Dou galgebrok!* tu furcifer! *Dou snaek!* Tu nebulo! Similiter Ang. *Araunt, catyfe! Dost thou thou me?*

I am come of good kynne.

Hycke Scorner. Johnson *to thou.* Christofer Hanton, cancellarius reginæ Elisabethæ, homo crassus, reos perdu-

Digitized by Google

ellionis compellabat contemtim pronomine *thou, Then,* inquiebat, *then wouldst thou have killed the queen for conscience sake? Fie on such a devilish conscience!* Memoir of C. Hatton by Harris Nicolas.

dòukje, vb. a. compellare quem pronomine *dou*, tu. *It jouwt nin pas, dat di soan syn heit dòuket.* Tale verbum cæteræ nationes formaverunt, qui pluralem reverentiæ sive urbanitatis introduxerant. Hollandi soli, qui *du* penitus abrogaverunt, non habent neque habere possunt; jocose et non sine absurdo risu plebs Alamanniam vocat *Het land waar zy tegen ons Lieven-Heer doe zeggen.* — Habent Isl. vb. *thua* ex *thu;* Sueth. *dutza, du queda;* Dani *dutte* vel *sige du til en;* Angli *to thou* ex *thou*, tu; Hd. *dutzen* ex *du*, B. L. *tuissare*, ex *tu.* — Frisii si compellant aliquem pronomine plurali *jy*, quem oportet alloqui *dou*, utuntur verbo *jykje*, B. L. *vosisare*, ex *vos; vobisare* ex *vobis;* Isl. *thiera*, idem, ex *thier*, vos. *Jykje* commutant cum *ykje* ex F. v. *i*, vos, hodie *jy*. Sax. n. *i*, vos. Cum inter incolas vici frequentioris maritus et uxor, qui majorem cæteris affectant urbanitatem, se invicem vel liberos *jy*, vos, compellant, cæteri vix risum tenent; *Dat pear*, inquiunt, *Dat pear is sa laf as luzen; kja jykje eltsoar ind hjar bern*, hoc fatuum par hominum vobisat se invicem et suos liberos. — Credo Gallos fuisse primos, qui hoc discrimen in linguas Europæas introduxerunt; Gal. *vous avez*, tu habes; *entre vous* (tu) *a moi*, Nl. *tusschen u en mij.* Gal. *tuisser*, aliquem *tu* compellare. Nota Scandinavos ex *thier*, vos, sensu tu, formasse st. *thierugleiki*, urbanitas, obsequium.

DOU, cg. columba, pl. *dòuwen.* F. b. *dõwe* (deuwe) intingere; *jö dõw*, (jeu deuw) f. columba; *de doffer*, m. columbus, Bend. 16. Nl. *duif*, f. columba, *dõffer*, m. columbus. Confer *doffer* et *dagh* supra. F. o. *dufe*, columba, C. M. 16. Nl. v. *duyver*, m. *duyvinne*, f. Kil. *Hy liet ien dòuwe oer 'e tsjerke fleane*, homo æquus et prudens aliquid concedebat de jure suo.

toártel-dòu, cg. turtur. F. o. *grawe holldufe*, turtur, C. M. 16.

dòuwe-thille, cg. columbarium. Ags. *thelle*, tabulatum. F. o. *dufen-spinde*, idem, C. M. 42; *Dufen-hus*, idem, C. M. 107; Ang. East. *dowe-house*, idem. Ang, *dove-cote*, Nl. *duiven-kot*, idem; *duiven-slagh*, idem.

dòuwe-matte, cg. columbarium. F. *matte*, Ang. *mat*, juncorum textura qua tegunt cubiculorum solum, Ags. *meatte*, storea, teges. Nl. *matte*, idem, et apud Kil. stragulum ex ulva, scirpo vel sparto. Veterum columbaria fiebant ex juncis sive scirpis textis.

dòuwe-drinker, cg. testa vilis in columbario aquæ plena, quam bibant columbæ; fig. quæque res vilis et neglecta. *Dyn ãlde hoed torket eãk om as ien douwedrinker. Dat ãld gereid hinget dær foár ien douwedrinker.*

DOUK, cg. obturamentum dolii. Vide *dàuk*, supra 618.

dóuk-gat, n. parvum os rotundum dolii, quod obturamentum claudit; eadem apertura in fundo sinus *(brok-aed* supra p. 7.) per quam effluit lactis pressi serum. *Aed-scammel*, quam vocem cito p. 7, quoque dicitur *aedraemt.*

DOUNSJE, DÔNSJE, DÛNSJE, vb. n. saltare. Nl. *dansen*, Ang. *dance*, Gal. *danser*, Isl. *dansa*, F. b. *donse*, saltare. — *To pinczter as de kaelen* (kælen) *op 't ijs dounsie*, Nl. *Te sint Jutmes als de kalvers op het ijs dansen*, ad calendas Græcas, Burm. 68. *Dær dounsje di keãllen soms eak raer om it hêa*, ibi interdum inter se dimicant turbasque ciunt. Pr. *ik dounsje, dou dounseste, hy dounset*, pl. *wy, jimme, hja dounsje;* pf. *dounste;* pf. p. *dounse;* ger. *dounsjen.* Ang. v. *daunce.* Veteres Frisii, quos puer novi, multis variisque manuum gesticulationibus comitabantur saltum, quod idem apud Romanos obtinebat. In nuptiis erant choreæ, quæ sedentes solis manibus junctis gesticulabantur. Cæterum animus Frisiorum sedatior et austerior ad choreas minus proclivis est, et si in nuptiis vel nundinarum festis indefessi saltant in longam noctem, ad eos fere quadrat Romanorum proverbium, *Nemo saltat sobrius.* Quantum ab his distant hilares Theotisci! Quantum Galli alacres, qui stilo ipso exprimunt suum saltus amorem et dum scribunt *saltant incidentes particulas!* (Stile coupé).

Digitized by Google

DOUWE.

Prov. *Piejen giet foár dounsjen, sei di faem*, cedat voluptas necessitati naturæ; responsum micturientis ancillæ invitatori ad choream. Sax.l. *Pissen geit vor dansen*, Bnl. III. 323.

Interpretes confuderunt *pieje*, mingere, cum *píselje*, confabulari et convivere, prandere. *Písel* culina, unde *píselje*, cibari et in culina confabulari. *Pixeljen giet for dounsjen*, cedat saltus prandio. Idem annuit proverbium Nl. *Daer gaet geen rei voor éten*, nulla chorea anteit prandio. Ambo proverbia redeunt igitur ad idem; cedant ludicra sive voluptates naturæ necessitatibus. Tuinman, II. 26, Spreekw. Corrigatur Wass. Toelage van Spreekwoorden, bl. 92. *Unwillige breiden is quea dounsjen to leren*, Burm. 54, invitos docere non possumus. *Dir de bidlers donsie, dir stuwe de lapen, Dir de heren ryde deer stuwt de moude*, sors modica inter divitias et pauperiem media aliis minimas creat molestias, Burm. 13. *Az ãlde lju' dounsje komt alles fen 'e groun op 'e foetten nei.*

F. b. *dúnzje*, pede pulsante solum vel baculo dolium vacuum feriente sonum admurmurantem edere: *ik ben dunzet*, E. II. 203, (F. *bunsje*, idem), pulsu strepente evocatus sum.

dôns, cg. saltus. *Tsjerk Hiddes is mei di Ingelscen oan 's dóns*, navarchus T. H. dimicat contra Anglos. Bellum Frisiis et Anglis proavis erat saltus, chorea, ludus. Ags. *plega*, motus alacris, pugna, ludus. Ang, *to play* ludere; *play*, ludus.

DOUWE, DÀUWE, cg. ros. Confer supra 610.

dóuw-wjirm, cg. lumbricus qui æstate post longam pluviam, vel rore tegente terram, sui partem anteriorem nocte humo exserit; piscatoris hamo esca est, Ang. *the anglers dewworm.*

dóuw-wjirm, cg. impetigo fœda in facie infantum. *It bern hat di dóuwwjirm; it eánsicht is ún koárste. Di douwwjirm*, impetigo; *'n douwwjirm*, lumbricus. Ags. *deav-vyrm*, impetigo pedum: Somnerus in voce. Ang. *tetter, ringworm, worm*, vermis, quod e parva macula prorepit et se spargit hæc impetigo. Accurate Shakspere, Hamlet, *a most instant tetter barket about most lazarlike, with vile and loathsome crust, all my smooth body. — Ien slok om*

DOUWE-STIEN.

di dàuwe fen di mage to striken, (amystis spiritus vini ad abstergendum rorem de stomacho) potio vinosa matutina, Ang. East. *dew-drink*, the first allowance of beer to harvestmen; West. *dew-bit*, a first meal in the morning. — *Gean as di dàuwe*, pernice pede ire, festinare: figuram præbet ros surgens et ilico properans per agros vicinos.

dóuwe-striker, cg. loripedis crus. Nl. *mael-voet*, pes metens, quod loripes pedem transverse agitat ut messor falcem. Nl. v. *dauw-swenghel, wraddel*, palear, Kil. Ang. *dew-lap*, idem, quod vacca pascens palear verrit per gramen rorans; Kent, *dew-laps*, coarse woollen stockings buttoned over others to keep the legs warm and dry, F. *slyk-lapen*, idem. Nl. v. *vaene*, Gal. *fanon*, palear; *qualbe*, idem; *kossem*, idem. *Vaene*, vexillum, idem quod *lap*, pannus pendulus. Ang. Norfolk, *dew-beaters*, heavy shoes to resist wet feet. Slang-dict. 119.

DOUWE, n. p. v. DÓUWEMA, n. patron. Hind. *Dóuw*, n. p. f. F. *Dóuwke, Dóuwtsje, Dóuwtsen*, n. p. f. *Déf, Dauwe*, n. p. v. Wass. II. 173, 174. Ags. *Davo*, Sec. IX. Försteman, I. 334. Ang. *Davison*, Davonis filius, *Dawson, Dawes*, F. *Dàuwes*, nomina patronymica. Isl. *dafna*, vb. n. adolescere, vires colligere, vigere, de infantibus et pueris, Egilsson. Corrige Lower, English surnames, I. 167.

DOUWE, G. J. *duwe*, (doewe) trudere manu, vel pugno. *Immen to-bek dòuwe*, aliquem pugno retro trudere. Nl. *duwen*, Alam. *duhan, dúhjan*, premere, Hd. *deuhen, dauhen*, Nl. *duwen*, conto (premere et) propellere cymbam.

dòuw, cg. ictus manus trudentis: *'n dòu op 'e húd jáen*, alicui alapam infligere.

dòuwke, n. levis manus ictus. *Di man is sceef; jóuw him ien lyts dòuwke ind hy leit*, tange ebrium et cadit.

fordòuwe, vb. a. (premendo vincere) concoquere. *Swakke magen kenne nin griente fordòuwe*, stomachi infirmi concoquere nequeunt olera. Nl. v. *verduwen*, opprimere. *Fordòuwe*, figurate, *Di grutskens fen kéale junkers ken ik net fordòuwe*, jactatorum egenorum supercilium equo animo ferre nequeo.

DOUWE-STIEN, cg. Lat. *tofus*. Maxima pars antiquorum templorum Frisiæ ex

Digitized by Google

lapidibus tofinis structa est. Si reputamus quam difficilis navigatio fluminis Rheni medio erat ævo, et quam impendiosa tantæ molis lapidum vectura inde ab Andernaco in has oras vehendæ, suspicio mihi obrepit Frisios veteres topho quandam tribuisse sanctitatem.

DRABBICH, adj. feculentus, Ex Nl. v. *drabbe*, fex, Nl. *draf*, siliquæ. Ags. *drabbe*, fex, feces. Media b = media *g*; Ang. *dreys*. Ang. *drabb*, meretrix; Germani impudicitiam habebant spurcitiem et meretricem cœno projecto conspurcabant; dicitur *drabb* ellyptice pro *drább-woman*, femina spurca, ut F. b. *hór*, Nl. *hoer*, lupa, pro *hore-wif*, (F. v. *hore*, cœnum) ut Ags. *fule afylede hore-cvæn*, Ang. *whore*, Ang. v. *a dunghill-queane*, Halliw. 325, (fimeti femina.) Goth. *hors*, fornicator, adulter, Sax. v. *horo*, stercus. Ex *drab* Ang. v. habent *to drabb*, to follow loose woman, Nl. *hoere-jagen*, (venari meretrices.) Ang. v. *to drabble*, Ang. *to draggle* in the mire; *draggle-tail*, a slattern. F. *'n sleep*, syrma, scortum, a vb. *sleepje*, verrere.

DRACHT, DRECHT, F. v. populus, multitudo hominum, pompa nuptialis vel feralis, quæ ex. gr. funus sequitur vel sponsam in domusductione comitatur. Pompa nuptialis. Sponsa ad sponsum ducebatur *met hoern ende mith drechta*, cum cornuum cantu et cum pompa consanguineorum et vicinorum. Ags. *dryht*, f. populus, familia, satellitium; *driht-veras*, viri sodales, Abrahamus et Loth; *dryht-folc*, multitudo popularium, populus; *droht*, conditio vitæ, genus vivendi, consuetudo, conversatio, (tractus).

helich-drachta, F. v. pompa sancta, i. e. in quantum pontifices funus sequuntur. Apud Frisios solemne erat pontificem ducere pompam feralem; ad hunc diem Minister euangelii Reformatus inter agricolas et vicorum incolas ducit pompam feralem virorum, ejusque uxor sequentium feminarum: *sa leitna hini buta there withume and buta tha helich-drachta*, (cadaver hominis diris devoti) sepeliendum est extra cimeterium sacrum et sine pompa pontificia.

di dracht, via publica utrinque domorum serie obsita, ducens a ponte in medio vico Hérenvena in vicum Schotam.

di drachten, pl. vicus in pago Smallingerland, constans ex duabus continuis viis publicis, quæ utrinque domibus vel arboribus sunt obsitæ, altera serie australi *Suder-drachten*, altera boreali *Noarder-drachten*. *Uble wennet yn 'e Drachten*, hodie male scribunt *te Drachten*. Sic etiam *yn di Hommerts*, non *te Hommerts*. *Op it Heárrenfean*, *op di Ljemmer*, *op di Gorredyk*, *op di Galama-dammen*, *op di Galeyen*, (Galiléen) nequaquam *te* absque articulo, ut scioli hodie indocte scribunt. Hollandi perperam inscribunt *te 's Hage*, *te Helder*, lege *in 's Hage*, *op de Helder*. — Nl. v. *drecht*, oppidum, municipium et forum celebre, unde *Dordrecht*, *Moerdrecht*, cæt. v. Kil.

drechter-lant, (Mappa West-Frisiæ a. 1288) proprie pagus sociorum, quippe qui societatem coiverant impensis communibus aggerem communem, qui omnes cingebat et contra maris aggressum defendebat, curandi et reparandi.

DRAEYE, vb. a et n. in gyrum vertere, verti; flectere, flecti; torquere. *D* oritur ex *th*; Ags. *thravan*, Ang. *to throw silk*. In talibus *v* = *w* fit *u*, et *u* fit *y* = *ij*; ex. gr. Goth. *kavi*, fœnum, F. *kaye*, fœnisecium curare. Ags. *sawan*, serere, Goth. *saian*, Nl. *saeyen*. *Bavaria*, Hd. *Bayern*. cæt. — *'n Réap draeye*, restim torquere. Phrasis, *Di réap is noch nat draid*, res nondum peracta est, respice finem. — *Draeye*, Nl. *wenden*, in obliquando cursu vertere navem. — *Di wyn' draeit* ventus cursum mutat. — *Di leep draeit oer 'e wjuk*, vanellus in volatu gyrans, nunc in lævam, nunc in dextram vergit alam. Valet de gressu alacri virginis agilis et vegetæ: *Dat frómmis drait oer 'e wjuk as 'n leep*. Dextra agilitas virginis quoque laudatur phrasi, *Hja ken op ien stuor draeye*.

bidraeye, vb. a. vafre agere. *Mem scil it sa wol bidraeye dat heit tajowot*, mater suis artibus patrem ad nostram voluntatem retorquere noscet.

bydraeye, vb. a. nautæ instar proram regere in aliam navem, cui obviam fit, ut rectorem compellet. Figurate, a postulato vel sententia desistere et discrepantibus accedere.

draei, cg. planca lata jungens ambas ripas canalis loco pontis, axi vertenda et revertenda. Si pro planca est tabula-

Digitized by Google

tum majus dicitur *drai-bræge* (pons versatilis), oppositus altero ascendenti et descendenti *flapbræge*, vel *ophelbræge*.

draei, cg. flexio vocis in cantu. *Ien sankje mei moaye drayen*, cantilena suavibus modis. *Salmsjunge mei draeyen.* — *Oan it ding ien draei jaen* (retorquere rem i. e.) rem malam vel infaustam vafre explicare, in melius vertere.

draei, cg. conversio. Phrasis, *Di swift is oan 'e draei*, decoctor nocte dieque bacchatur; proprie, in gyrum vertitur. Eadem figura regnat in *swier*, gyrus, Kil. *Wif is oan 'e swier*, bacchatur; in *swik*, vibratio, *Di silers binne oan 'e swik*, nautæ bacchantur, Hol. *De matrozen zijn aan de zjouw.* Nl. v. *schroeven*, torquere cochleam, bacchari; *zal men den raedt van een wije man verwerpen omdat hy in sijn jeugd wat gheschroeft heeft?* Visscher, Sinnepoppen, 135. Ang. v. *to shrove*, comessari, bacchari, unde Ang. v. *shrove-tuesday*. Confer Halliwellum in voce ibique locum nobilem. — *Draei oan di earen*, (vibrante manu aurium ictus) alapa. Eadem figura *'n slinger oan 'e earen*, idem; *slingerje*, contorquere.

drai-gat, cg. virgo incessu feroculo; quæ sibi mire placet hinc inde anum torquens. Sax. l. *drei-eers*, idem. Bnl. I. 316. *Eers*, anus.

draei-hikke, cg. clathrum aditus agri vertens se in cardine palo infixo, et hoc modo apertus vel clausus. *Sethikke* contra reste utrisque palis sive postibus alligatur et manibus ponitur *(sette*, ponere) i. e. levatur et de loco in locum manibus fertur.

draei-treeft, cg. fulcrum ferreum aheni vel ollæ supra foci ignem, quod vertitur in axi ferreo parieti affixo.

draei-scammel, cg. compages inferior fulcrumque vehiculi longi fenilis, abiens in rotarum axes. Figurate, homo infirmis pedibus, gressu vacillante, et corporis motu pendulo inter eundum.

drai-wartel, cg. verticillum ferreum, constans ex annulo et in eo versatili axi uncato, medium inter catenam ferream et restim, qna vincitur taurus in prato. Cf. Ang v. *wart*, overturn, to plough land overthwart; Nl. *wervel*, F. *warle*, pessulus; F. *wart*, verruca, papilla, Nl. *wrat*, verruca.

draeyer, cg. conus ligneus cavus in summitate camini, ab altera parte apertus et supra cauda lignea instructus, ab altera clausus, quem ita movet ventus, ut hic numquam in aperturam flet et fumo liberum permittat exitum. Figurate, qui, prout suum commodum fert, varias sequitur partes, Gal. *pirouette*.

draeyers, pl. insincera agendi vel loquendi ratio; alias *slinters*. *Di finen géane um mei draeyers*, pietatis simulatores artibus agunt.

DRAEK, cg. draco papyraceus longa cauda, pendens filo, quem ventus suspensum tenet in aëre; lusus puerorum. *Di draek opsjitte, fleane litte.* Angli *kite*, idem, proprie milvus, sed Scoti *dragon*, a paper-kite. Jam. Hicce ludus eget cœlo sereno cum densiore aere, quare maxime mense Septembri agitur, cum venti solidiores autumni intensius flare incipiunt. Gr. Lex. II. 1821. Hd. *drache*, Sax. l. *drake*, Gal. *cerf-volant*, Nl. *vlieger*.

Milites Cruciati e bellis sacris reduces secum tulerunt miracula et monstra ficta artis magicæ Arabum, eaque miscuerunt cum mythologia populorum occidentis. Inter ea eminebant dracones et cervi alati, qui per aera volabant, quosque pueri in suis ludis imitabant. Draco credebatur instructus longa et horribili cauda, quam cauda draconis papyracei repræsentat. Gibbon, decline and fall of the Rom. Emp. VI. 392. Brand, Ellis, (1848) I. 321.

draek *(di)*, diabolus.

draek, femina gibbosa, deformis, amara, invida. F. u. per paronomasiam *De draek vliege late*, deambulare cum uxore sua gibbosa. Hd. *drache*, idem, Gr. Lex. II. p. 1820.

Nl. *met iemand den draek steken*, (cum aliquo pungere, configere draconem i. e.) illudere quem. Variis modis decantata est fabula, quam nemo credit, heroes antiquos debellavisse et configisse draconem, qui totas regiones infestabat. Inter eos celebris est sanctus Joris, qui hasta transfigens draconem furentem in millibus insignibus urbium et gentium nobilium, in millibus tabulis pictis templorum, circumferebatur; hanc fabulam credere simulans et cum credulo draconem configens, ei illudere

Digitized by Google

dicitur. Prov. Nl. *Zo als het den schilder behaegt moet Sint Joris den draek steken*, draco eo modo a sancto Joris transfigendus est quo lubet pictori. Monendus tamen lector *den draek met iemand steken* aliam insuper admittere explicationem; si quis puer filo tenet draconem papyraceum in aere volantem, et collusor eum benigne compellans et rigiditatem fili quasi tentans hoc clanculum dissecat, adeo ut draco devolvatur, dicitur *den draek steken*, transfigere draconem. — Dracones erant monstra informia imaginationis Arabum, quæ non tantum horrorem sed fastidium incutiebant; inde Nl. *de draek steekt my van dat vuile wyf*, idem est quod *de walg steekt mij*, spurca femina mihi nauseam movet. Tuinman, I. 202.

DRAGE, vb. a. portare. præs. *ik draech*, pf. *drûch*, *droech*, pf. p *drein* (ex *dregen*) p. præs. *dragende*, inf. *drage*, ger. *dragen*. F. v. *drega*, *draga*, ger. *to dregande*, *dregane*, præs. 1. pers. *dregge*, 3 pers. *dreith* ex *drecht*, pf. *drêch* et *dróch*, p. pr. *dregande*, p. pf. *dregen*. Ags. *dragan*, 3 pers. præs. *he drægth*, pf. *drôh*, pl. *drogon*, p. pf. *drægen*, portare, trahere; Ang. *to drag*, *to draw*, trahere, verrere. Isl. *draga*, trahere, verrere. — Prov. *Di jungste bidler mat di koer drage*, junior inter mendicos portet manticam, i. e. juniores allevent onus provectiorum ætatis. *Itende ind dragende gasten*, convitium in convivam illiberalem, qui cœnatus apud amicum ferculum quoddam reliquum secum aufert. — *Di jung-keerdel droech him dær goed*, Gal. *Le jeune homme s'y est porté en homme de coeur.* — *Drage*, vb. n. pus emittere; *di swolm draecht oerbel*, tuber vehementer suppurat.

drager, cg. pl, *dragers*, portatores feretri.

oandragers, pl. susurrones, delatores.

waech-dragers, pl. qui portant caseos et dolia butyri in trutinam publicam.

dracht, cg. onus quod totum quis simul portet; *ien dracht jild*, *ien dracht bleyen*. Pregnatio, *Myn wiif hat ien queade dracht*, mea uxor in pregnatione semper est morosa. *Ongemakkelige dracht*, graviditas incommoda, molesta. — *Hynzte-dracht*, simulata feminæ graviditas. — Habitus, mos se vestiendi, *Di Frysce dracht makket ien âld minsce jung*, habitus Frisicus temperat senectutis signa in facie vetularum; plene Nl. *kleder-dracht*. F. v. *Presteren schellet nen forgulden sporen drega*, non licet sacerdotibus ornare calces calcaribus deauratis.

dracht, cg. fœtus in utero, vitulum attinet. *Dracht*, cg. sanguis, quo fœtus in utero nutritur, *It keal kriget di dracht throch di noale*, vitulus in utero accipit nutrimentum per umbilicum.

di dracht, suppuratio; *Di dracht fen it seer stéd*, vulneris pus emissum.

drachtich, adj. gravida, (Lat. *quæ uterum gerit*), de animalibus. *Drachtige baerch*, sus gravida. Nl. v. *draghende vrouwe*, mulier gravida; *draegh-moeder*, matrix. Kil. Cf. Maerl. Nat. Bloeme 169, vs. 2673, *draghende*, gravida (locusta.)

del-drachtich, supra 604.

draggel, cg. Warns, cœtus, turba. *Ien draggel bern*, (onus liberorum, i. e.) numerosi liberi. Dial. com. *'n fracht bern*, (onus liberorum) idem.

draech-kleed, n. brassicæ napi culmi in panno magno lineo quadrato *(draech-kleed)* portantur ad pannum lineum maximum, super quem in agro triturantur sub dio.

draggelje, vb. n. pendulus hinc inde trahi, i. e. jactari; *di linten draggelje di silers oan it scewe huôtje*.

bidrage, supra 246.

DRAGER, cg. musca major cærulea, stridens alis, arrodens cadavera, inimica carnibus, quas ovis vermium impregnat; apparet æstate calente maxime mense Augusto. Ob strepitum hanc muscam quoque circumscribunt Frisii *bldwoe gonzer*, Sax. n. *brommer*. Nl. v. *draght*, monstrifica soboles, larva, Kil. Nl. v. *dragen der boozen geesten*, Isl. *draugr*, manes, lemures, spectrum; Egil. *at drauga*, larvarum more circumvolitare. Hald.

DRAIAL, m. F. b. pl. *drailar*, medullæ spongiosæ parvorum juncorum ellychnii usum præstantes, Joh. 6. F. *ruske-pit*, *pichje*, Hol. *lampepitje*.

DRAIT in tab. Schotani, hodie *dreit*, n. flumen tortuosum in pago Smallingerland proveniens ex lacu Smalleneester Sanding et fluens usque ad vicum Kortehem ab oriente. Forte ex *drai-wet*, torquens aqua. F. u. *wat*, in *peerte-*

Digitized by Google

wat, balneum equorum; Nl. *paerde-wed*. F.v. *wet*, F. *wiet*, humidus. Confer Isl. *dreita*, parce fluere, stillare.

DRAL, adj. F.o. arcte torta (fila), *D* ex *th*. F.b. *thral un dick*, contortus, i. e. densus, spissus, E. I. 10. F.v. adv. *thrall*, inopinato, repente; proprie, in conversione, dum quis se convertit; Nl. *in een ommezien*. Ang.v. *thralle*, st. momentum, diecula; Saterl. *tralle*, torquere. Alam. *drellen*, circumvolvere. Mhd. *gedrallen*, *gedrollen*, Benecke I. 301, tortus. Nl.v. *drollen*, volvere, volutare, fila rudia et dura nere; stercus duriusculum egerere; gesticulari, facetum et lætum se exhibere; *Drol*, turbo, stercus tortum et teres; gesticulator, homo festivus, lepidus; Kil. Gal. *drole*, Ang. *drol*, mimus. Nl. *drollich*, festivus, lepidus.

dral, F.o. linteum rude et crassum ex cannabe vel lino, Hd. *drillich*. Stür.

dral, F.b. compactis et firmis membris (homo) haud procerus, Nl. *gedrongen kerel;* pernix, agilis, et vegetus, *'n dral wicht*, puella prompta, alacris. Stür.

droltje, n. nanus obœsus, homuncio brevis, quasi globosus, nodosus. Hol. *'n drol van een karel*.

His similia habet Grimm in vocibus *drell*, adj. et *drall* adj. et adv. ubi tamen *thralle* abusive abnegat Anglis. Confer nostrum *drille*.

DRAMME, vb.a. F.o. alta murmuratione aliquid flagitare infantis instar. Stür. Hol. *drenzen*, idem. Holstein *dram andoon*, noxam nocere, I. 246. Scoti *dram*, melancholia. Jam. Forte *dram* ex Nl. *drang*, pressura, angustia; *m* in multis vocibus antiquis oritur ex *ng*.

DRAMMELJE, vb. n. moras trahere, cunctari. Ang. Dorset, *drimble*, to loiter; Somerset, *drimmel*, to suffer pain, Nl. *bedremmeld*, confusus. Ang. *to trammel*, morari, tardare, intercipere; *trammel*, rete aucupis. Isl. *thramma*, lente et jugiter procedere, Egil. anhelus vagari, Hald. gravibus tardisque gressibus ire, Jonsson.

DRANE, F.o. fucus, Stür. Ags. *drane*, *dræn*, Ang. *drone*. Confer Isl. *drioni*, taurus cornupeta, et Grimm, Lex. *Drone*.

DRAWE, vb.u. tolutim currere ut equi Frisii, qui olim nobilibus equitibus equi bellatores erant, sed hodie vehicula tantum trahunt; quod cum quadrupedantes non nisi incommode possent, illi ita finguntur, ut semper tolutim incedant. *Drawe om ien swipe*, cursu tolutario certare de flagello argenteo. Hind. *draiwe*, idem; *si salle um en daze draiwe*, tolutantibus equis certabunt de cistella tabacina argentea.

hird-drawe, vb n. vectus equo certare cursu de præmio.

hird-drawer, cg. equus succussarius solito acrior, quo in stadio certant de præmio. Prov. *'n Hynzer yn 'e stap hellet ien hirddrawer wol yn*, modico gressu euns equus equum pernicem tandem assequitur.

draf, cg. cursus tolutarius equi. *Er sit draf under dat hynder*, hicce equus evadet cursor pernix. *Ut 'e draf komme*, tolutim incedens ad gressum quadrupedantem transire, quod in certaminibus equestribus Frisiorum vetitum est.

hontsje-draf, gradus caninus, inter ambulationem et cursum pernicem medius, *Op 'n hontsjedraf rinne*. De homine *'n hontsje-draf* dicitur, Ang. *dogtrot*, a gentle trot like that of a dog, Johnson. *Di blide bern roanen my op ien hontsje-draf to mjitte*.

DRÆGE, cg. anchora pusilla navium minorum tribus manibus instructa, F.o. *dragge*, Nl. *dregge;* Holst. *dragge*, Wb. I. 244 anchora minor. Dithmarsi *draggen*, harpago sive manus ferrea tribus uncis, qua res mersas e fundo aquarum trahunt. Poëtæ Gysberto *dregge* est anchora majorum navium, quæ mare currunt; *syn dregge uwtwye*, jacere anchoram, II. 73; *oon dregge-touw ride*, ad anchoram (vel potius anchoralia) consistere, I. 78. F.b. *dregh*, m. anchora parva. Joh. 6.

Ags. *dræge*, Ang. *drag*, an instrument with hooks to catch hold of things under water. Sax.l. *dragge*, anchora parva tribus vel quatuor manibus. Ags. *dræge-net*, rete quod trahitur, sive nave piscatoria inter velificandum, sive manibus piscatorum, Nl. *sleepnet*, Ang. *drag-net*, rete quod verritur per fundum aquæ. Ags. *dragan*, Ang. *to draw*, to pull along the ground by main force. Isl. *draga*, *eg dreg*, trahere, ducere, subducere. F.v. *drega*, ferre, portare. Anchora fert, portat navem; harpago tollit, attollit mersa.

Digitized by Google

DRE.

Vocales molles in *aga* et *æge (drage, dræge)* temporis lapsu sunt induratæ, unde *dragge* et *dregge;* quæ mutatio ne incautos inducat ad derivationem ex *dré-egge*, tribus cuspidibus vel manibus anchora, ut *dreft* ex *dré-fot*, tripus. — Cum Angli dicant *drag* pro *drag-net* mihi suspicio suboritur Ags. *dræge*, Ang. *drag*, harpago, qua mersa e fundo aquæ trahuntur, dici pro Ags. *dræge-hôc?* m. uncus tractorius. Ags. *hôc* masc. gen. ut F.b. *dregh*, m.

DRE auditur tantum in phrasi *op syn dré wæze*, contentus, lætus esse sorte sua, præcipue si quid fausti alicui contigit, Gal. *Etre en belle humeur*. *Dré* per apocopen pro *dréf*, et *dréf* pro *dreeft*, sedes tribus pedibus fulta; Nl. et F. *treeft*, tripus ferreus ollæ sustentaculum in foco. Ags. *thryfet*, Ang. *trevet*, tripus. Sax.l. *dreeft*, *dreft*, (Hd. *dreyfuss)* tripes. Sax.l. *He is op synen rechten dreft* vel *dreeft*, er ist bey guter laune. Ex *dreeft* fit *dreef* et *dré*. F. eadem figura *Hy is op syn stuûltje* (est in sua sedecula, i. e.) ei bene est, hilari est animo. Innuit sedem cuique privam, cui assuetus est, quæque ei omnium est commodissima. Richey, *dreft*, 40. Holstein I. 248. Grimm, Lex. *Dreifuss*, II. p. 1381.

DREAGJE, vb.a. aquam calidam effundere de olere cocto, præsertim de coctis fabis vel terræ pomis. *Di jirapels (ierd-apels) dreagje*, siccare cocta poma terræ. F.b. *drûgi*, percolare, *At maalk is al drûgat*, lac jam percolatum est, Joh. 38. Saterl. *drógje*, percolare liquores, E. II. Kil. *draghe* j. *sijghe*, colum. F.u. *drage melk*, lac despumatum, proprie percolatum. Ags. *drenigean*, Ang. *to drain*, derivare, deducere aquam superfluam per canalem, tubum vel sulcum. (Ags. *dregan*, trahere, Ang. *draw*, trahere, abstrahere, educere. F. *draegh-net*, vel *sleepnet).*

dréagje, vb.a. despumare; *dréage moalke*, lac despumatum. Ang. *skimmilk*, proprie Nl. *geschuimde melk*, Nl. *afgeroomde melk*, proprie abstractum, deductum. Ideo Hind. *opnomde moolken*, proprie lac ablatum, desumptum, F.u. *drage melk*. Hodie lac despumant patella; veteres cremorem defluere sinebant. Inde restat Nl.v. *vlotemelck* (lac defluxum) lac sine cremore, Kil. Dockum *fleuto-melk*, Campen *fluite-melk*. Per ellypsin *flut*, potio evapida in genere. Phrasis *Op dreage moalke, dær ien oar di reámme âfslabbe hat, bin ik nat thoarstich*, (haud sitio lac despumatum, de quo alius sorbsit cremorem) haud mihi placet puella cujus amorem et amplexus alius ante me delibavit.

DREAUW, adj. defatigatus, fessus cursu vel labore gravi. Confer Ags. *drefan*, turbare, vexare, affligere.

DREEGH, adj. firmus, durus, robustus, proprie, gravis, gravidus. *Dreegh*, idem quod Nl. *zwaer*, gravis et gravida. Islandi eadem figura *olietr kona* (non levis femina, i. e.) gravida: *lietur*, levis, *ad verda liettare* (levior fieri) eniti partum, Andreæ, *liette*, p. 165. *It wyfke is heegh ind dreegh*, muliercula partui proxima est. — Tutus et omnibus necessariis cumulatus; *Heit ind mem sochten oeral um it famke, ind it siet heegh ind dreegh by oârremennenkjarre to boârtjen* parentes filiolam anxie ubique quærebant, dum tota quanta salva ludebat inter aviæ familiam. — *Dreegh iten*, cibus firmus, durus, Cic. *cibus gravis*. Contra *licht iten*, cibus facilis, proprie, levis. Kil. „*dreygh broodt* Fris. panis vetus, unde minus perit." *Beane mei spek lizze dreegh yn 'e mage*, fabæ cum lardo (gravide jacent in stomacho i. e.) non cito concoquuntur, Nl. *liggen zwaer in de maegh*. Inde et vb. Nl. *de maegh bezwaren*, prægravare stomachum. Confer Isl. *drjiugr*, largus, copiosus, sufficiens, Egil. F. *'n dreech ein'*, tædium movens longitudo viæ, expectatione viatoris longior; *'n dreech thinger*, emtor non cessans liceri de pretio, Ang. North. *dree*, a way seeming long and tedious beyond expectation; a hard bargainer; a word of very frequent use in the Northcountry in the senses mentioned, Ray, North-Country words, p. 27. *'n Dreech keerdel*, homo solidus, editior viribus homo, structuræ præter speciem solidissimæ, lacertosus.

drieech, adj. F.b. laboris longe patiens, perseverans; astutus, vafer, Bend. 188. Dani *droi*. Ang. v. *dry*, dolosus.

undreach, adj. vacuus, sterilis, orbus, carens. Kil. *ondrachtich*, sterilis. Nl.v. *Een wit ind fet ondreach*, G. J. carens ingenio et captu.

Digitized by Google

DRENTEN.

Teeste tekijn is maget;
Ondrachtigh ende niet en draget,
Broeder Gheracrt, v. 1098.
Confer Ags. *dreoh*, prudentia; *dreoh-læcan*, artis magicæ periti medici.

DRENTEN, adj. luculente cultus, vestitus. *Jenten ind drenten*, eleganter et luculenter cultus. „Calamistratis Ags. *getrymptum*." Gl. Cot. p. 52. Notio intorquendi et fingendi capillos apud Anglos in voce *trim* ad generalem munditiei et elegantiæ transiit. Confer Jun. Et. *trimm*, et Nl. v. *drenten*, turgere, Kil. *Drenten*, turgidus, Broeder Gherard, p. 332; quasi *drenten* esset turgens ornatu?

DREPE, vb. a. F. b. verberare. Isl. *drepa*, Ags. *drepan*, verberare, vulnerare. Ang. v. *dræpe*, occidere. Outzen.

drêp, F. b. ictus. Ags. *drepe*, m. idem. F. v. *dropa* verber. F. o. *drapi*, percutere, pf. *drep* (dreep) et *drôp* (droop) unde F. v. *dropa*, verber. Stür.

DRIBBELJE, vb. n. ititare, pedes sursum deorsum movere in eodem loco ut puer micturiens.

umdribbelje, huc illuc frivola vel nihil agens, sive otiose circumititare; ex. gr. vetulæ curiosæ; *Beppe dribbelt di hele dei it hûs throch*, avia cursitat brevibus passibus. Frequent. verbi *dribje*, Ang. v. *drib*, to shoot at short paces. Kil. „*drabben*, Hol. cursitare, itare." Confer Hd. *traben*, tolutim ire; supra *drawe*. — Frisiis *rinne* est, tum currere, tum fluere, manare; Hol. *lopen*, currere et fluere; *lopend water*, aqua (haud stagnans, sed) defluens.

dribbelje, vb. n. guttatim stillare. Ang. West. *dribble*, to drizzle or rain slowly, F. *migelje*, *miggelje*, idem, Isl. *miga*, mejere et scaturire. Scoti *drib*, gutta, F. *drip*, Nl. *drup*, idem; F. *drippe*, Nl. *druppen*, stillare. Angli ex F. *drip*, formarunt dim. *driplet*, F. *lyts dripke* F. *Di treppoat* (Hol. *trekpot*, Ang. *tea-pot) dribbelt*, ollula theacea liquorem extractum guttatim emittit (sc. per tubum foliis theæ obstructum.) Pro hodierno *dribbelje* olim florebat *drabbelje*, unde

drabbel-koek, pistura ex farina triticea, butyro et lacte, quæ in liquidam massam mixta per infundibulum defluit *(dribbelt)* in butyrum ebulliens, ubi ut vermes inter se convoluti conglobata induratur. Similem pisturam Angli (East.) appellant *drop-dumplings*, small dumplings made each by a spoonful of butter, dropt into the hot water. Halliw.

DRILLE.

DRIBS, cg. fæces madidæ, omne cœnosum, materies uda et glutinosa. Ags. *drabbe*, Ang. *drab*, *dregs*. Nl. *drabbich*, fæculentus. Confer *drits*, *drabbel-koeke*, *drabbelje*.

DRIEGDE, m. F. b. astutia, Bend. 53. Ang. d. *dry*, adj. crafty; subtle. Scoti *draucht*, an artful scheme. Cf. *dreegh*.

DRIEGJE, DRIIGJE, vb. a. minari. Nl. *dreigen*. Makkum *Ho lûrkt*, *ind wielt*, *ind driight*, *ind stekt di œange need*, ut mugit et tumultuatur et minatur et confodit anxia necessitas; e poemate excerpsi. Ang. East. *lure*, to cry loud and shrilly, F. *lûrkje;* Nl. *loeyen*, mugire. F. *Wielje*, in vortice circumagi. F. *stekke*, pungere, confodere. — Figurate, sibi proponere, decernere, *Driigje jou snein al foârt?* an tibi proponis jam proximo die solis abire? *Hy dríget nei Hynlippen*, jam jam Hindelopiam profecturus est. Makkum, *drouwje*, minari (quid facturum esse.) *Heit ind mem drouwje nei Alde-Bercoop*, parentes mei excurrere volunt in vicum O. — *D* fluxit ex *th* molli; Ags. *threawian*, Sax. v. *githroon*, increpare, corripere. Ang. Sax. *to thrave*, to argue warmly and loudly, Alam. *drawjan*, Nl. „*drouwen*, Sax. Sicamb. minari." Kil.

DRILLE, vb. a. terebrare, vertendo perforare, exercere. Nl. „*drillen*, *trillen*, terebrare, gyros agere, altro citroque cursitare. Kil. Ang. Devon. to twirl or whirl. Ang. v. *thirle*, *thrill*, a hole, Nl. v. *drille*, foramen, Kil. *Drille* pro *dirle; d* ex *th* in Ags. *thyrlian*, terebrare, perforare, Ang. *to drill*, terebrare, exercere milites. (In gyrum agere) vagari, hinc inde cursitare, Ang. *to drill*, fluere, ut Nl. *lopen*, currere, fluere.

Th abiit ex *thyrlian* in *t* et *d*, utræque literæ diversam assignante notionem genio linguæ; scilicet *trilje*, tremere, Nl. *trillen*, et *drilje*, Nl. *drillen*, in gyrum vertere, terebrare. Ags. *th* respondet literæ *t* Latinæ in *teres*, *terebra*, *tornare*, cæt.

drilje, torquere, vexare. *Ik scil dy drilje*, ego te exercebo.

dril-master, excercitator militum, Hd.

Digitized by Google

drill-meister. Dou biste nou 'n greate baes, mar dou sculste noch dyn dril-master fine, licet nunc ferox tandem incides in eum, qui tuos comprimet animos. Prov. *Az ien officier mey'e hoed naet drille ken meyer wol onder de buffels rinne.* MS.

dril-boar, cg. terebra mucrone solido instructa; Ang. *drill. Boar*, terebra mucrone cavo instructa.

drille, trille, Fris.j. *spoelwiel*, rhombus quo fila deducuntur. Kil.

drilje, trilje, Fris. tramam rhombo glomerare, duplicare fila; tremere, motitare. Vide *drillen*, *trillen* apud Kil.

dril, cg. circumcursio. *Di faem is jimmer op 'e dril*, famula ignava vel proterva usque obambulat plateas. Nl.v. *drille*, mulier vaga, levis; meretrix. Dimun. *drilke*, *drilteje*. Bnl. *trill*. Nl. *lopen*, currere; *loopsch* (circumcursitare amans) catuliens (canis).

driltsje; 'n driltsje dwaen, cursitans visere vicinum et redire. Nl. *drillen*, *trillen*, ultro citroque cursitare. Kil.

throch-drilje, vb.a. mucrone vertente perforare; *throch-boárje*, perterebrare, i. e. terebra excavante. — *Throch-drilje*, terebrante motu pervolare,

Du heste fen nin pilen nea,
Dy deis de loft throghdrilje,

G. J. I, 145, telorum vis quæ volat per aera. Nl. *drillen*, tremere; *windeken daer 't blad af drilt*, hodie *trillen*, tremere.

DRILING, cg. pl. *-en*, tergemini. *Dri* F.u. tres, F. *thrye*.

drilings-stoak, cg. occa gravis tribus equis per tellurem difficilem brutamque trahenda.

DRYLST, 'RYLST, oppidum Frisiæ. Ex *der Ylst*, ut *Dra-poort*, porta Groningæ ducens in flumen *Dra* pro *der A. Töppenhuzen*, vicus Wimbritseradelæ, ex *to Oppenhuzen*. *Ridsert* pro *ter Jdzerd* vicus Stellingwervæ. *Ylst* forte contrahitur ex *Ylsted*, nomen vici Cantiæ. Sax.v. nomen oppidi *Ilstat*, in traditionibus Fuld. Droncke, Försteman, II. p. 831. — *Der* fit *ter* in *Terkappel*, vicus in Zevenwolden; *Der Kapple*, Beneficiael-boek, p. 24; *Capelle* (B. L. *capella* sacellum) retracto accentu ex *pel* in *cap* fit *kap'le*

DRIND, DRÎND, perf. part. Hind. verbi *drage*, pro *drigen* ex *dregen*, Ags. *draga*, pf. part. *drægen*, portatus, latus. F.u. in part. pf. finalem *n* sæpe muniunt sequente *d*, ex. gr. *doen*, facere, *deend; sien*, videre, *siend*, pro *deen*, *sien*.

DRING, DRIENG, DRÆNG, F.b. famulus, puer, juvenis, filius, Outzen. Joh. 101. Ags. *dreng*, juvenis, famulus, assecla, miles. Isl. *drengr*, juvenis, vir strenuus et fortis, satelles. Ang.v. *drenges*, men holding a rank between the baron and thane, milites. Vox nunc in Anglia obsolevit.

DRINKJE, DRINKE, vb.a. bibere. præs. *ik drink*, pf. *dronk*, *drunk*, pf.p. *dronken*, præs.p. *drinkende*, ger. *to drinken*. *I* in *drinke* ut apud Hollandos male indurata est; antiquæ vocalis suavitas obtinet apud Hindelopenses in *drynke*, *drynken*. Ita et Zélandi *driinken* pro *drinken*, W. G. habet *drinse*, bibere, in *utdrinse*, ebibere. F.v. *drinka*, bibere, ger. *to drinkane*, p.pf. *drunken; hwasa myt hym ith iefta drinct is in da ban*, qui cum excommunicato comedit vel bibit ipse excommunicatus est. *Haste nat hwat to drinken?* Nonne habes quod bibamus? Prov. *Men matte ite ind drinke al wierne alle betámmen galgen.* — *Meij dij muvle moste wyn dryntze*, Burm. 42. Isl. absque *n*, *dreka*, *drekka*, *drykia*, quam formam veterum Junius comparat cum Isl. *dreg* traho, *droo* traxi, *traga* trahere, et Ang. *a great draught*, ingens haustus; Lex. Goth. p. 144. Gothi pro *nk* habent *ggk* in *driggkan*. Isl. *dreck*, bibo, pf. *drack*, bibi, Goth. pf. *draggk*, Nl.v. *drinken*, pf. *drank*, hodie *dronk* ut Frisii.

In varias partes abit notio trahendi, ex. gr. Isl. *draga*, trahere, versare, circumagere lapides molares, Egil. 103, unde Nl. *draeyen*, torquere, volvere, et F. *draggelje*, fluitare vento, supra 730. Ang. West. *drag*, a swinging fence across running water, Hal. 315.

drinken, n. potio. Hind. *Wi sprangen as óchteren kalen, di drynken krije, throch enor henne*, F. *Wy sprongen as nochteren keállen, dy boárnd wirde, throch enoár hinne.* — *It iten ind drinken is bæst by di pastoors*, pontifices laute vivunt. *Jouw di hungerigen iten ind di thoarstige drinken*, da potum siticulosis. Anglosaxones haud aliter frequentabant verbale *drincan*, Gen. XXI. 19, *heo sealde tham cnapan drincan*, F. *hja jûch di knaep drinken*, Hagar puero Ismaeli dabat bibere.

Digitized by Google

drinker, eg. potor, ebriosus. Ags. *drinkere*, m. Ang. *a drinker*. Prov. *'n Drinker sîket 'n klinker, Mar 'n fraet is einbaet*, potor amat combibonem, sed vorator suam curat cuticulam solus.

drank, eg. drankje, n. potio medica, plene *doctors-drank*. Nl. *dranck van medicijne*, Kil.

drinte, eg. ultima medici potio. Ang. *drench*, animalis potio medicinalis.

drank, eg. omnis potio inebrians, speciatim spiritus vini vel juniperi, Nl. *sterke drank*, Angli verbum de verbo *strong liquor*. *Di man is oan 'e drank*, F.b. *hi is an de drunk*, W.o. E. I. 364 homo ebrietati deditus est; *hy is oer syn drank*, homo ebriolus est, Ags. *oferdrenc*, ebrietas; *oferdrencan*, inebriare, Isl. *drecka yfir sig*, vino se obruere. *Di wiiste ljouwe forslaewje oan 'e drank; di satan hat yn 'e jendoer pisse*, viri consultissimi se devovent spiritui juniperi, in quem satanas minxisse videtur.

DURKENDAM, DÜRGERDAM, vicus West-Frisiæ ad ripam fluminis Yæ (Hol. *ij*, n.) Seculo XIII nominabatur *Y-doorningher-dam*, postea *Doornickerdam*, hodie *Durgerdam*. Nomen trahebat ex *dam*, agger, emissarium, cataractæ claustrum, quo mare vel excluditur, vel admittitur, ut in *Rotter-dam*, *Amstelre-dam*, *Sparen-dam*, cæt. et *Y-doorne*, ager vicinus aggeribus ab aquarum injuria obseptus. Hic ager, abiens in angulum versus austrum ad ostium fluminis Yæ (Hol. *het IJ)*, ab *y* et F.v. *dore*, ostium, nomen accepit; hodie Nl. *de hoek van 't IJ*. Ita Lat. *ostium fluminis*, *oceani*, Nl. *mond* (os) *der rivier*. Nl. *hels-deur*, *(inferorum* ostium) ostium oceani Helderam inter et insulam Texelam. Ags. *hel-dór*, F. *helle-dór*, peperit *Helder* nomen vici ad istud oceani ostium. *Helle* hic non est locus supplicii mortuorum sontium, sed inferi, i. e. regnum mortuorum corporis vinculis solutorum. Hanc autem sedem proavi nostri ponebant in Brittannia, quam per ostia Helderæ petebant, ad eamque tanto studio advolabant Angli, Frisii et Saxones, ut cum patrum animabus in eadem terra viverent. Cum Radbodus, dux Frisiorum, alterum jam pedem lavacro intulisset, conversus ad Wulframum episcopum, qui eum baptismate sacris Christianis initiaret, „De majoribus, „inquit, meis, episcope, quid sentis? „Pluresne eorum in paradiso an in „tartaro esse credis?" Ad quæ epis-

DURP.

copus, cum plures in tartaro esse reddidisset, subjecit, „Satius igitur „mihi est ut plures quam pauciores „sequar:" simulque pedem e lavacro retulit ac propositum mutavit. — Confer tabulam geograficam West-Frisiæ anni 1288, quam edidit G. de Vries, Amst. 1864. Procop. de bello Goth. IV. 20, quem citat Grimmius Mythol. 792, ibique vide præterea 790, 292, 764.

DURN (doern) f. W.o. fores, Θύρη. E. I. 364. Cf. *doar*.

duru-rumû, f. W.o. latera vel postes januæ cum superliminari, F. *doar-ramt*. Synonymon *dan dursel*, sed Nl. v. *sulle*, limen. Ibidem.

DURNS, DARNS, F.o. cubiculum foco calefactum, in quo ex. gr. abbas epistolas exarabat. B. L. *calefactorium*. Prœliarius, Gruyter, p. 137, Nl. „terwijl de Abt in zijne kamer *(calefactorium)* zat te schrijven." Du Cange in voce. F.b. *de deurenz*, m. cubiculum. Bend. 32.

DURP, n. F.u. vicus. *D* ex *th* in F.v. *thorp*, *therp*, collis in quo patres habitacula ponebant ante exstructos aggeres marinos, ne fluxu maris tempestuosi obruerentur; postea vicus in tali colli exstructus. Vicorum series in pago Westdongeradela, talibus collibus superstructa, ideo vocantur *flie-therpen*, colles refugii. Colles minores, colliculi, nunc appellantur *wier*, pl. *wieren*. In his collibus primitus singularis extructa domus tandem in vicum excrevit, *Domwier*, *Popkewier*, *Metslawier*, cæt. Hi colliculi una cum collibus, si argillosi, nunc fere sunt defossi eorumque humus ut fimus per prata sparsus. Colliculi, quos juvenis vidi superstites, omnes prope a villa erant rustica, ut villicus, surgente maris æstu, se cum pecore ilico in colliculum recipere posset. Forma *therp* adhuc hodie apud Frisios valet collem. Primitus *wier*, et collem, et colliculum notabat; liquet enim ex nominibus *Wier*, *Wierum; Engwier*, *Jouswier*, cæt. eos spatium præbuisse sat amplum vico. Collis maximus Stauriæ proximus et hodie dictus *it Réade-klif* (Ang. *red-cliff)* a veteribus vocabatur *Ra-wier*. Est vero collis ex arena rubescente ad litus maris. — *Wier* pro *wierd*, quæ vox fere semper innuit maris vel fluminis vicinium. Ags. *va-*

Digitized by Google

rath, *vearoth*, litus; *mæran vearoth*: contracte *varth*; Ang. dial. *warth*, a forth, a flat meadow close to a stream. Nl. v. *weerd*, *weert*, *wert*, *weerder*, insula, insula amnica, Kil. agger, propugnaculum. Isl. *vör*, ripa cui appellantur naves, unde nomen insulæ vadi F. b. *för*, F. o. *wöörd* (weurd) collect. loca editiora in quodam agrorum tractu, ripa celsa, exaggerata. Confer Stürenberg *wöörde*, 834. Conf. Hd. *Donauwerdt*, Nl. *Bomels-weerd* cæt. Vulgo hi colles constant ex argilla solida, quæ gramine tecta resistit undarum aggressui: non mare sunt ejecti, sed manu hominum aggesti, et quorundam maxima moles redarguit Plinii testimonium de horum maris accolarum summa paupertate et miseria. (Claerbergen Veengraverijen, p. 10.) Apud Scandinavos *thorp* valebat collem; Isl. *thorp*, n. locus editior, collis, tumulus, terra mari emergens; oppidum; Anglosaxonice *thorp* tantum in notione derivata „vici" sumitur; Egil. p. 915. F. b. *thorp*, Sylt *therp*, For *tarep*, vicus, Outzen, 362. Ags. *throp* (pro *thorp*) vicus; viarum concursus, compitum, trivium, F. *'n throp huzen*, aliquot domus vicinæ in loco campestri; *'n throp bern*, turba puerorum; Isl. *thorp*. n. tres homines, Egil. 915. Inde in Saxonia inferiore tot nomina vicorum in *-trup* et *-drop* desinentia, pro quo Frisii plerumque habent *-em* et *-um* ex *ham*, Bend. 104. Inter Anglos olim florebant *thorpe* et *dorp*, pro quibus nunc extranea vox *village* se intrudit. Nota Goth. *thaurp*, quod est ex *thurp*, villam, agrum sensu fundi vel prædii, designare.

Leges F. v. distinguunt inter *field*, campum agrestem planum, et *thorp*, *therp*, collem. Ex. gr. *hio nabba oen da meenbodel hellen ner hindereth*, *oen hâ ner oen coern*, *oen field ner oen therp*. Observa antithesin; in campis planis humilibus fœnisecium *(hâ)* exercebant, in collibus frumenta *(coern)* colebant: *Di frana aegh di onwilliga deel to nimen oen thorp ende oen fielde* arva et prata. Confer loca apud Richth. Lex. 1076 a, eumque corrige injuria reprehendentem explicationem veram Wiersmæ et Brandsmæ, editorum O. F. W. pag. 99. Ante comportatos aggeres marinos loca plana et humilia fluxui maris erant obnoxia, ideoque pascendo pecori tantum apta; in collibus et locis editioribus fruges colebantur, unde *field* notionem pratorum, *thorp* vel *therp* e contra arvorum retinebat. Adhuc in collibus optimæ coluntur fruges, quare præcipue arationi inserviunt.

Aliquando *thorp* vicum notat, et opponitur locis campestribus extra vicum. Chart. I. 349, a, infra, *sé hit on thorpe*, *sé hit on fiélda*, Ags. *feólde*, terra. Ang. *field*, the open country opposed to home or quarters. Frisii hodierni fere eadem notionis varietate distinguunt inter *dorp* et *fjild*; *mem is yn it dorp*, *mar heit is yn it fjild*, mater est in vico, pater in arvis vel pratis.

Partem interiorem vici Frisii appellant *di bürren* vel *buórrèn*; canalem e circumfluente lacu in medium vicum meantem *di hawen* (portus); lacus sinum vico contiguum *di baei*; vici incolas *di borgers*, locorum campestrium *boeren*; *borgers ind boeren*. Urbium cives *sted-lju'*, *stettajers*.

Frisii, licet vicum in genere *dorp* appellent, pauculos vocant *flek*, quales sunt *Heárrenfean*, *Hjouwer*, *Gorredyk*, *Drachten*, de quibus duo observa; 1° præponitur articulus respondens numero et generi nominis appellativi; *It Heárren-fean*, *di Hjouwer*, *di Gorredyk*, *di Drachten*, dum cæterorum nomina stant sola, *Grou*, *Akkrum*, *Boorn*, cæt. 2° Præpositio loci in genere ante vicos *(dorpen)* *to*, *to Grou*, *to Rys*, *to Bayum*, sed ante vicos *flekken* dictos, vel *yn*, vel *op*, *Hy wennet op it Heárrenfean*, *op di Hjouwer*, *op di Gorredyk*, *yn di Hommerts*, *yn di Drachten*, quasi *féan*, campus terræ causticæ, et *dyk*, agger, essent nomina appellativa.

Primæ domus exstructor, cum esset primus collis cultor, ei nomen dedit, unde nomina propria nomen collis antecedentia, quales sunt *Enge*, *Jóuw*, *Domme*, *Popke*, *Metske*; *Æng-wier*, *Jouswier*, *Dom-wier*, *Popke-wier*, *Metsla-wier*, (Angii, Jouwi, Domi, Poppii, Matsii collis), vel pleniore forma *wért*, *Liouwert*, *Boals-wert*, *Kyms-wert*, *Fer-wert*, in quibus *Liuwe* vel *Liouwe*, vel *Liawe*; *Bodle*, *Boale*, *Bole*; *Kympe*, *Kymme*; *Fér*, sunt nomina propria. Idem valet in nomina vicorum in *em* vel *um* ex

Digitized by Google

kam, *kém*, (Ang. *home)* fundus domi, desinentia, ex. gr. nomina propria *Hiélle*, *Dedge*, *Lolle*, *Makke*, unde *Hiell-um*, *Dedg-um*, *Loll-um*, *Makk-um*, cæt. Confer Ang. *madam*, plebs Londinensis, vel *mam*, vel *mum*.

thorpe-mar, F.v. vici fossa aquaria. In solo humili et aquoso Frisiæ omnes urbes et vici inter se canalibus, quos cymbæ onerartæ navigant, junguntur. *Mar* nunc indicat lacum, antiquitus canalem, quæ notio adhuc viget in *meer* post multa canalium nomina. In Schotani tabula Tietsjerksteradêl invenies *di Finkumer meer*, *di âlde ind di nye meer*, *di wide meer* ad boream; *di lange meer*, *di meers sleat*, cæt. ad austrum. Isl. *mæri*, f. terminus, limes; *landa-mæri*, terminus regnorum. In Frisia sulci aquarii, fossæ et lacus sunt agrorum termini.

thorper, dorper, F.v. proprie incola vici, figurate, homo incultus, indoctus, stolidus: *een kynd*, *jeft een dorper moet neen foerspreke wese*, Jur. I. 188, non licet infanti vel homini fatuo esse advocatus sive patronus. Apud Gallos *villain* (B. L. *villanus*, *villa)* non ignorantiam, sed nequitiam annuit. Hos sequuntur Neerlandi, imprimis Flandri, „*dorper*, rusticus, inurbanus; obscœnus, turpis, impudicus." Kil. Isl. *thorpari*, paganus, erro, circulator, (Nl. *landloper*, Gal. *vagabond)* nebulo. — Dialecto *jurisprudentiæ Frisicæ*, quam edidit cl. Hettema, lingua Neerlandica multas aspersit maculas, inter quas vox *dorper*.

DUS, adv. F.v. sic, ita, ex antiquiore F.v. *thus;* F. *doz;* G. J. *doz sa* hoc ipso modo. Ags. Ang. *thus*.

Hollandi in usu quotidiano frequentant *sus* pro *dus*, quod aspirata dentalis (etch), conflata ex *ds*, vicissim abit in *d* vel *s*. Ags. *thys*, m. *theós*, fæm. Ang. *this*, F.v. *this*, *dis*, m. hic, iste; *thius*, *dius*, fæm, hæc, ista; *thit*, *dit*, n. hoc, istud. F. *dizze*, dial. *duzze*, cg. *dit*, n. *Duzze*, L. v. W. 136, 156. Hol. dial, idem. Ags. *thyssere*, sing. fem. gen. dat. F.v. *disser*, m. pl. gen. *dessera*, gen. pl. n. *In orkunda dessera puntena*, Chart. I. 464. a.

aldus, adv. F.v. sic profecto, ita. Nl. *aldus*, idem. Ex *al*, totus, totus quantus, et *dus*. F. *aldoz*, G. J. — F.v.

aldus, ita. O. F. W. 2, 3, 12, 36, 43, 132, 215, 229, cæt.

aldus, adj. talis; *aldus grêt*, talis accusatio, delatio, O. F. W. 285, 306; *aldus*, adj. quisque; *aldus wrnacht*, quemque diem naturalem (24 horarum.) O. F. W. 31, 32.

dus-deen, adj. F.v. (ita formatus) *aldus-deenra*, Schotanus 96, a. Nl. *aldus-danige*, (quicumque talis.) Nl.v. *dusdane saken*, ejusmodi res; *gedane*, forma, facies, Nl. *gedaente*. Plerique derivant a vb. Nl. *ik doe*, pf. *deed*, p.pf. *gedaen*, F.u. pf.p. *daen*, *deen*, F. *dien*, ut Lat. *facies* a *facio;* ideo Gijsbertus mutat Hol. *dusdanig* (hujus signi) hujusmodi, in *dusdienig*. Nl. *ongedaen*, incultus, spurcus. Consule F. *dân*, impressio, forma; *daen*, supra 608.

Ags. *thys-lic*, *this-lik;* *thillik*, *thilk*, Ang.v. *thilk*, talis. Ang. dial. *thuck*, istud. F. *dok*, F.v. *dulk*, *duk;* *al-dulk*, *al-duk;* *al-ducke sekken*, Nl. *al zulke zaken*, quæcumque ejusmodi res. F.v. *op al-dulke forwert*, Chart. I. 539. b. *mit al-ducka byschede*, Chart. I. 518, a. *L* ante quasdam consonantes, quibuscum pronunciatur, eliditur apud Anglos et Frisios. Eliditur ante *d* in Ang. *would*, *could*, *should*, quæ Frisii scribunt ut efferunt *woe'd*, *koe'd*, *soe'd*, per apocopen *woe'*, *koe'*, *soe'*. F. *Sa wo'k net*, haud ita volo, pro *sa wol 'k net*. *Wo'ste?* Visne? pro *Wolste?* — *Ik scil* (sil) Ags. *ic sceal*, Ang. *I shall;* F. *Scil ik*, *scil'k*, *si'k?* Ang. *Shall I?* F. *Dou scilste*, *sci'ste*, *si'ste*, Ang. *thou shalt*. — Goth. *swa*, adv. sic, ita, ut Scoti *swa*, *sa;* F.v. *sa*, *so*, F. *sa*, F.u. *so*. Goth. *swaleiks*, Scoti *salike*, similis, ejusdem speciei. Ags. *svilc*, F.v. (sa-lik) *salk*, *sélik*, *selk*, *sek;* *sullik*, *sulck*, *suk;* Ang. *such*, F. *sok*, *sokke*, F.u. *sük*, *sükke;* *suk ien*, Ang. *such one*. F.v. *al sulker*, Gab. 49; *alsukken*, Gab. 278.

dusk, adj. F.v. talis. *Om dusker sekken*, propter tales, ejusmodi res, causas, Gab. 86. Ch. I. 698, b.

DUS, F.b. mors. *Duse*, adj. mortuus; *duse magi*, restinguere, extinguere (ignem), solvere debita. *Dus* pro *duth;* *th* abit in *s*, ut apud alios in *d* vel *t;* pro *dus* quoque valet *dud*, F. *déad*.

duas, Amr. mors. Goth. *dauths*, inverse *duaths*. Joh. 101. Confer supra *dead*, mors, 622.

DUS, F.b. umbilicus pomi, pyri simili-

Digitized by Google

umque fructuum, vel potius naucum quod ex flore restat, Outzen. Hd. *butschgi*, Gr. Lex. 578. Confer F. *dust*, excrescens pulvis ex cute capitis infantium, porrigo sana.

DUSIA, vb.n. F.v. laborare vertigine vel aurium tinnitu: *dat een minsche slain se also seer, dat it him ita are dawid ende duset.* F. *dat 'n minsce sa seer slein wirdt, dat it him yn 'e earen dawert ind súzet*, vel *duzet.*

dûzje, vb.n. idem quod *doezje*, supra 694. Isl. *dusa*, fessus anhelansque cubare; *dusa nidr*, cernuare. Scoti *dozen*, to stupefy. Ang. *to doze*, attonitum reddere, sopire. Nl. *doezen*, pulsare cum impetu et fragore; Scoti *to doyst*, to fall with a heavy sound.

dûzelje, vb.n. vertigine laborare. Nl. *duizelen; duizelende hoogte*, altitudo vertiginem creans. Sax.l. *dusel*, vertigo, Bnl. I. 275.

düüz, Amr. vertigo. Ang. *dizzy*, vertiginosus. Joh. 153. *Düüz* idem cum F. *suz.*

dûzich, adj. vertiginosus. Nl.v. *duysigh*, j. *deusigh*, vertigine laborans, stupidus, attonitus, perturbatus mente. Kil. F.b. Amr. *dusagh*, Joh. 153, vertiginosus.

dûzelich, adj. vertiginosus. Nl. *duizelich.*

dûsenga, F.v. *haved-dûsenge*, capitis vertigo.

desema, m. vertigo. *Thi desema, thet hi and sine knia skiate.* is vertiginis gradus ut percussus genu procumbat, non toto corpore ruat. Nl.v. *daes*, j. *dwaes*, stultus; *daese*, terriculum, spectrum incutiens terrorem; *daesen*, delirare (cf. Nl. *bazen*, idem, F. *base*, idem.) Ang.v. *to dase*, stupefieri; freq. Ang. *to dazzle*, luminis nitore oculos hebetare; Ang.v. *dasiberde*, morio. Isl. *dæsa*, ad gemitum compellere, fatigare; *dasaz*, fatigari. Ang. North. *dessment*, torpor, mora.

bidesd, adj. timidulus, verecundus. Nl. *bedeesd.*

tuwzel-sin, cg. mens temeraria, amore præceps, G. J. Nl.v. *tuselen*, in caput devolvi, pf. *tuselde*, Walewein, p. 12. 4. Consonans *t* videtur nasci ex *th* in Isl. *thysja*, præs. *thyss*, pf. *thusta*, ruere, cum impetu et strepitu ferri. Ex eadem fonte non tantum videtur fluxisse *dusia*, sed et F. *súsje* (Nl. *suisen*) susurrare, sibilare; *it súzet my yn 'e earen*, in auribus mihi est susurrus, tinnitus; *yn 'e sûs rinne*, in animi torpore esse, torpere. Nl. *suizebollen*, (*bol*, caput, capite torpere) vertigine laborare. F. *Sûs* (soes) crapula: *Hy hat 'n sûske*, ebrius est: *súzich*, adj. torpens, vertiginosus; *súzick yn 'e hólle. Th* = *d*, *t* vel *s*, supra 588.

DÛST, cg. verber, supra 693. *Dust op 'e hûd*, alias *dou op 'e hûd*, colaphus. Scoti *douss*, supra 724. Veteribus *dust* ictus erat, quo cutis non aperitur, sed colorem mutans fit livida vel nigrescit; sive manu trudente E.v. *dust-steeth*, Ang. *a box;* sive verberando F.v. *dust-slék;* sive pellendo, F.v. *dust-schou*, F. *scouwe*, trudere; sive librante manu, F.v. *dust-swengh*, libratior ictus, O. F. W. p. 340, F. *swinge*, vibrare, torquere, *wetter swinge*, vibrare aquam, motu laterali projicere, *wetter jitte*, aquam fundere; sive premendo F.v. *dust-stow*, F. *stouwe*, in angulum premere, sarcinas componere et compescere in angusto loco; jaciendo F.v. *dust-werp*, jactu, sive lapidis, sive ligni, sive, quod verisimilius est, hominis ipsius. Frisii enim in pugillatu non tam prostrabant, quam projicebant adversarium. In festis nundinarum sæpe fiebat (et juvenis adhuc adfui) ut alter alterum per specularia proficeret in plateam.

Isl. *dyst*, pugna equitum se invicem lancibus punctim ferientium; inde Teuthonista *sper-steken;* Mhd. *tioste*, lancis ictus in ludo equestri nobilium. Nl. *steek-spel*, Ang. *tilt*, proprie, ictus impulsu, Ang. *thrust.* Sax.l. *disteren, diosteren*, in ludo equestri lancibus se invicem impetere, Bnl. I. 215. Ang.v. *dush*, to push violently, to move with velocity, Ang. East. *doss*, an attack with the horns, Scoti *dissle*, aggressus, impressio. Confer Isl. *daska*, percutere, Ang. *to dash*, percutere, allidere, Ang.v. *deste*, p.pf. Ang. *dashed;* k = t, *k* = *ch.*

DÛST, n. et a. (düest) furfures in cranio infantum lactentium. Materculæ ajunt, *It bern hat dust op 'e hólle: dat mat er mei sjipsop âf;* Nl. *Het kind heeft berg op het hoofd.* Confer Nl. *berk* cortex. Furfures majores F. *scilfers*, Nl. *schim* (Ang. *skin*, cutis?) Vide supra 603. *Dust*, squalor, egeries hærens in cute, *Di bisten yn poepelán*

Digitized by Google

hawwe smoárge dust op 'e húd sitten, vaccis in Allemanno-theutonia sordet cutis fimo et cœno, quibus in stabulo incubant. *By di düüst*, Nl. *Bij de menigte, als 't stof zo dicht*, catervatim, frequentissimi, (pulveris instar). *Dust*, pulvis farreus tenuissimus ex hordeo, dum sub lapide molari conteritur, surgens; *dust-koker*, tubus ligneus per quem pulvis hicce transit. Ang. dial. *dust*, small particles separated from the oats in shelling. — *Dust op 'e beámmen*, muscus crescens in arborum truncis et ramis.

dust-gærs, n. ellyptice *dust*, alopecurus agrestis, lolium tenue crescens inter segetem; se associat plurimum cum frumento hiberno, unde Nl. *winter-gras, zwart-gras*. Semina fundit, quæ in tritura cum granis confunduntur. Hall. 251.

dustich, adj. plenus alopecuri agrestis; *dustich lán*, arva alopecuro agresti obsita.

dust apud Westfalos notabat vilius arborum genus; *blum* contra præstantius, ut quercus fagique; *dust-ware* et *blum-ware, Blum*, flos, non quod fructum ferebant, ut conjicit Grimmius, (R. A. 507) sed sensu Nl. *bloem van meel*, far exquisitissimum, *bloem van zwavel, de bloem des volks*, quidquid in suo genere optimum est. Haud aliter Lat. *flos*, Lat. *flos olei, ceræ; flos nobilitatis et juventutis. Slacholt* Grimmius vertit *wovon man fruchte schlägt?* unde decutiuntur fructus, quales glandes quercinæ et fageæ. Pace viri maximi *slac-holt* mihi sunt arbores, quæ cæduntur, ut ligno focus alatur vel tigna fiant. *Slaen*, cædere, Nl. v. „*slach-hout*, Flandri, ligna cædua, arbores cæduæ: *slach-bosch*, sylva cædua. Kil. — Scoti *dased*, anything that has lost its freshness and strength; *daised wud*, rotten wood. Jamieson.

Ags. Ang. *dust*, m. Isl. *dust*, n. pulvis. Vox est n. cum collective sumitur. Isl. *dusta*, pulverem excutere, pulvere conspergere; verberare (trudere, tundere, conterere, in pulverem redigere). Confer Scot. *dusche*, ictus, colaphus, casus. — F. *pun* (püen), Nl. *puin*, rudus vetus, Ags. *punian*, conterere. — Kil. *doesen*, pulsare cum impetu; *doest*, pollen. — Ang. d. *to dust one's jacket*, to give any one a good thrashing: Nl. *stof*, m. et n. pulvis; *stoffen*, abstergere pulverem; *iemand den mantel uitstoffen*, severe increpare aliquem.

DUT, F.o. Harl. basium. Idioma F.o. pollutum sermone vicino Allemanno-Theotisco aliquando *d* et *t* inter se confundit, adeoque *dút* pro F. *tüet*, ex *tút*. G. J. *tuot*, os, Lat. *os* et *osculum*. Stür. F.o. *dük, düke*, Dithmarsi *düt, dütje*, F. *tüetje* ex *tüetke*, osculum, Mullenhoff.

DUTSJE, vb. a. F.u. aliquem voce *tu* compellare, Gal. *tutoyer;* ut ex *dòu* fit *dòukje*, ita ex *du* fit *dukje, dutje*. Suec. *du qveda*, F. *du sizze*, Ihre, 861.

du, F.v. tu, F. *dou*, Sylvicolæ, Hind. *du* (doe) Vide supra F. *dòu*. Ang. *thou*, F.u. *dü*.

DUTSK, adj. (düetsk) Alamanno-theotiscus. Ags. *theodan, getheodan*, jungere, associare. Goth. *thiuda*, homines eadem lingua, eisdem legibus, eodem imperio juncti, societas inter homines, populus. Sax. v. *thioda, thiada, thieda*, Ags. *theód, thiód*, Isl. *thiód*, F. v. *thiáde*, populus, homines. Ags. *theód-land*, Isl. *thiód-land*, terra ab una tantum natione inhabitata, Hald. Jonsson. Goth. *thiudans*, qui homines vinculo communis imperii jungit, dux, rex. Ags. *theóden*, idem; *theód-scipe*, conjugium, societas; populus, natio; (homines) obstringens lex, disciplina, (vide exempla apud Grein 587); *theódnes*, junctio; Sax. v. *gethiudo*, adv. belle, concinne; Ags. *getheód*, n. sermonis communio, colloquium, lingua; *theódisc*, n. sermo, lingua; Nl. v. *dudesk*, lingua theutonica. F. v. *dat sprekth to thiothe*, hoc significat in lingua vernacula. Vide supra 681. Memoratu dignum est, proavos nostros toties nationem et nationis linguam eodem habuisse numero, quin et utramque ita inter se miscuisse, ut vix singulæ dignosci possint. Frisii ut peregrinum ab inquilinis discernerent, eum quasdam voces Frisicas eloqui compellebant. Linguam, homini præ bruto animale propriam, pro homine ipso habebant.

Proavi quidquid grande et eximium erat populi notioni inscribebant; inde in compositis thematis vim intendebat ex. gr. Isl. *thjóð-góds*, adj. adprime bonus; *thjóð-mærr*, adj. prælustris;

Digitized by Google

thjód-sterkr, adj. valde firmus. Ags. *theód-bealu*, cruciatus immanis; *theód-vundor*, miraculum ingens. Hæc notio, ex imis præcordiis Germanorum nata, probat populum, qui omnes partes regi ejusque ministris tribuit eorumque voluntati serviliter obsequitur, non esse ex stirpe genuina et intaminata Germanorum.

Cum adj. *dutsk* primaria notio sit popularis, vernaculus, lingua vernacula, quæque Germanorum gens suam propriam linguam hac voce notare poterat. Germania dividitur in duas partes principales (Lat. pl. *Germaniæ)*, Germaniam altiorem et inferiorem, quarum idiomata quoque describuntur in Nl. *Hoog-duitsch* et *Nederduitsch*, Hd. *Hoch-deutsch* et *Nieder-deutsch*, licet Hd. *Nieder-deutsch* superiores spectat inferioris Germaniæ partes quam Nl. *Nederduitsch*, lingua regni Neerlandici et Flandriæ. Nl. *Neder-Duitsch*, quæ vox seculo precedente adhuc florebat, nunc dicitur *Nederlandsch*, Hd. *Nieder ländisch*. Inde liquet quare Angli linguam Hollandiæ, quæ caput erat Nederlandiæ, elliptice vocabant et vocant *Dutch* (dutsh). Forma vocis eadem est quæ F. *Dutsk*, Nl. *Duitsch*, Alamanno-theotiscus. His nominibus varias usus assignavit notiones pro variis hominum commentis, variis locis et temporibus, nec non pro varia idiomatum mixtione earumque dispersione vel diminutione Galli appellabant linguam Neerlandicam *langue Flamande*, ex Flandria ejus sede principali in Belgio, nunc *la langue Hollandaise*, ex Hollandia, olim capite reipublicæ Batavæ, nunc regni Neerlandici. Lingua Alamanno-theotisca (Hd.) conflata est ex idiomatibus Alamanniæ *(Hoch-deutsch)* et Saxoniæ inferioris *(Nieder-deutsch)*, in qua mixtione tamen Alamannica longe prævalet, magno detrimento analogiæ formarum, et consonantium literarum confusione inextricabili. Audit tamen Hd. *Deutsch*, Nl. *Duitsch*. Galli vocant *la langue Allemande* ex parte primaria, scilicet lingua Alemannica. Angli sibi in animum inducebant, omnes incolas terrarum, quas ei vocant *Germany*, esse nepotes veros gentium, quas Cæsar et Tacitus appellabant Germanos, ideoque Hd. *Deutsch* appellant *German language*, *the German*. *Germani* tantum sunt eæ Germaniæ gentes, quarum notitia ad Romanos venerat, præcipue accolæ Rheni; *Ipsam Rheni ripam*, inquit Tacitus, *haud dubie Germanorum populi colunt*, (Germ. 28.) Rheni inferioris ripas præsertim tenebant Frisii et Batavi.

Nl. *hoog*, altus; *neder*, inferior, Hd. *hoch* et *nieder*, in eis vocibus non notat dignitatem majorem minoremve sermonis, sed altiorem vel inferiorem situm regionis ubi regnat, quod moneo contra gloriosos, qui Hd. *hoch* vertunt celsus, eximius, eminens inter omnes, et Hd. *nieder*, sermo proletarius, sordidus. Alamanni erant Rheni superioris accolæ ut Theotisci, Batavi, Frisii, cæt. inferioris. Confer *boppelâners*, Alamanno-theutones, supra 458.

plat-düetsk, n. Hd. *Plat-deutsch*, lingua Saxonica præsens, quam loquuntur novem decies centena hominum millia, præsertim in terris inde a Frisia orientali (Nl. *Oost-vriesland)* secundum litora maris Germanici usque ad Jutiam porrectis; lingua nativa, agilis, dives, cuique argumento apta, et in suis literis consonantibus intemerata Alamanniæ sordibus. Hanc linguam, postquam principatum Alamanno-theotiscæ cedere coacta fuerit, et in dialectorum numerum relata, plebecula indocta *Plat-deutsch*, theotiscam gregalem, proletariam, appellare cepit. Magnum malum his temporibus premit studia humanitatis, quod tres linguæ mixtæ insuperque misere mutilatæ vel dilaceratæ, quippe Gallica, Anglica et Alamanno-theotisca (Hd.) imperium in literis tenent, adeo ut ingenia sua commenta et inventa his præcipue enunciare debeant. Quantum nostris antestabant Græcorum et Romanorum scriptores, qui linguam omnibus numeris perfectam, scilicet Græcam, ad manus habebant.

düetsk, adj. *D* est ex *th* aspera, quæ apud nostrates transit in *t:* inde *tyoesk;* F. G. J. *Tsjutsk; untsjusk*, peregrinus. Nl. Sax. Alam. Hd. vertunt *th* in *d. D*, a municipalibus Frisiæ recepta, nunc ad ruricolas transiit, F. *Dutsk*. Haud aliter *djû* pro *thjû*'. F.b. *Tjodsk*, *Tjosk*, Alamanno-Theotiscus. For, *Tiedsk*, (Nl. v. *diet*, populus) Outzen. *Tjudsk*, *tjutsk (thjutsk*, linguæ patriæ conformis, vernaculus.) *unthjusk*, adj. peregrinus; *unthjuske moai*, (peregrine pul-

Digitized by Google

cher) perelegans. Eodem sensu valet *fretmde moai; (fretmd*, peregrinus); *uthiemsce ryk*, perdives; *(uthiemsk*, extraneus.) *Djoe, dju'; bi dju'* catervatim, aeervatim, pro *diuth*, vide supra 680. Frisii hodierni *Dutscer*, Nl. *Duitscher*, Hd. *Deutscher*, olim F. *Thjutscer.*

Distinguunt Frisii veteres inter *Freesch* et *Tyoesch*, Frisius et Alamanno-Theutonicus, duæ nationes, quæ mente et sorte toto cœlo a se invicem distant, Ch. I. 656. a. In legibus vet. F. *Fresones et Theutonici.* Vide exempla apud Richth. Lex. 1075.

dutslân', F.u. Alamanno-Theutonia, Angli male *Germany*, Galli verius *Allemagne. Thjutslân*, Nl. *Duitschland*, Hd. *Deutschland*, terra Alamanno-theotisca.

duydsce, F.u. fingere, comminisci. Vide Kil. *duydschen.* W.o. *duts*, clare alicui arguere, distincte respondere. *Dær hæst du hirí ivin gód dútst*, E. I. 78.

fordüütsce, v.b. a. vertere in linguam vernaculam, explanare, illustrare. W.o. *farthiutsk*, pf.p. *farthiutsket*, E. I. 16.

bithjutte, vb.a. verbis explicare, illustrare rem. Vide supra 568. Nl. *bedniden*, et ex Nl.v. *diet, bedieden*, idem. Nl. *diets*, suavi sermoni credulus; *diets-maken*, faceto sermoni alicui ficta persuadere. Nota tamen *dienst* pro *diets* in hac phrasi, „ Nugator, B. *een „ bueselaer, clappaert, een logenaer, die „ de gansen can preecken oft wat can „ wys oft dienst maecken.*" H. Jun. p. 368. A° 1577. — F.b. Amr. *bidüdi, ütjdüdi*, Nl. *bedniden*, explicare; *uitduiden*, assignare, indicare. Joh. 172,

DUUF, cg. F.u. columba. pl. *düewen.* dim. *düufke*, n. Ags. *dufian*, immergi; *dufa*, columba, avis urinairix. Gr. κολυμβάω, immergor; κόλυμβος, urinator, mergus avis, Lat. *columbus.* Confer supra *dòuw. In 'n andermans düwen sciete*, (jaculari aliorum columbas, i. e.) sibi aliorum commoda. *Dou muste niet in myn düwen sciele*, ne mihi præripe commoda mea, non me priva fautoribus meis ut facias tuos. Scoti *to shoot among the dows*, augere rem in narratione. Superlatis verbis dicere, exaggerare verbis; inordinate agere, mentiri joci causa. F. *mei spek sjitte* Nl. *met spek schieten*, (lardum jaculari.) idem, mentiri.

düwe-knip, cg. F.u. columbarum decipula. Per aphæresin *knip*, ganea. *Dar binne moaye düwen op 'e knip*, in hac ganea pulchræ prostant meretriculæ. Affine est Scot. *dow*, columba, corculum.

düwe-melker, cg. F.u. columbarius, qui alit, emit venditque columbas; *melke*, mulgere, emulgere, fig. lente et continuo exsorbere, exanire, arrodere. Eadem figura homo, qui locat miseras tabernas pauperibus, dicitur *huske-melker.* Frisii distinguunt inter *kouwemeltser*, qui duas tresve alit boves earumque lac ostiatim vendit, et villicum *boer*, cui numerosa vaccarum grex est.

DÜUM, cg. F.u. pollex. *Onder di düüm*, secrete, subdole. *De düüm er op sette*, impedere dissipationem. *Onder de düüm houde*, compescere protervos. Scoti *Clap your thoum on that*, keep it secret, what I tel you. — Ang.v. *thome*, F. *thomme*, Sueth. *tumme*, Scoti *thoum.* Confer Ihre *tumme;* plene Isl. *thumalfingr.*

düüm-krüüd, n. F.u. (pollicis herba) nummi, pecunia.

bij de düüm heine, F.u. (haud plena manu sed pollice alere) modice gulæ indulgere, ægrotum esurientem et incontinentem comprimere.

op syn düüm süge, F.u. (exsugere pollicem ut infans lactens) *Nou süügt hy op syn düüm*, spes illum frustrata est. *Op syn düümke kenne*, aliquid pulchre et probe callere.

under düüms, F.u. clanculum. *Di baes mient dat er tuk is, mar onder düüms külle him syn wyf ind dochters*, herus se putat vafrum, dum uxor et filiæ ei clanculum fucum faciunt.

düümke, n. F.u. paniculus saccharinus pollice haud major. *Franeker düümkes.* Confer *deamans-finger*, supra 626. Ags. *thumr*, m. F. *thume*, Ang. *thumb*, Ags. *thumul*, idem.

dümelke, n. F.o. pollicis vel digiti ulcerosi pileolus, F. *thomling;* F.o. *dümelk*, homuncio, nanus, Hol. *klein Duimpje.* Confer *dwirg.* Ags. *thymelthik*, spissus ad modum pollicis. Isl. *thumlungr*, Egil. hodie *thumal*, tegillum pollicare.

Forma F.u. *dümelke*, frequentabant Ang.v. in *thomelke-taa, thummel-tee*, pollex digitorum pedis, pro quo posteri

Digitized by Google

jejune Ang. *great toe*, F. *greate tean*, Nl. *grote toon*.

DUUNTZE-HEIJ, ericetum collinum *(duyn)* nobile strage Hispanorum, quos ibi vicit princeps Mauritius, dux Neerlandorum, vicinum urbi Nieupoort. Phras. Burm. 10, *De man is op Duijntzeheij*, (homo jacet cæsus in ericeto Dunsensi, i. e) qui hoc fregit vel perdidit se abscondit, ignotus est. F. *Di man leit op it tsjerk-hoaf*, (reus jacet in cœmeterio) idem. Similem figuram præbet *Mokerheide*, ericetum vicinum vici Mook in pago Limburgensi. Imprecatio *Ik woe' dat di lubes op Mokerheide siet*, si mihi optio erat nebulonem residentem vellem in ericeto Mokensi, nobili strage nostrorum acriter sub principe Ludovico pugnantium contra Hispanos.

DUUZ, F.b. Amr. capsa. dim. *duuski*, capsula. F. *doze*, dim. *dóáske*, Hind. *daze*, Joh. 138. Moringi *jeu daus*, t. Bend. 32.

DUWEKATER, cg. libum parvum triticeum rotundum, cinctum septem octove pusillis excrescentibus alis sive radiis, qui divi caput radiatum referebant; pistores Leowardenses hæc liba coquebant in festo S^{ti} Nicolai. Hollandi ea festo notalium Christi strenæ loco mittebant amicis. Ambo festa, alterum d. VI Decembris, alterum d. 24 Decembris, ante recepta sacra Christiana, pertinebant ad magnum festum solstitii hibernalis, quod proavi nostri per tres quatuorve hebdomades celebrabant (Isl. *jul-tíd)*, quodque tota Anglia usque ad tempora nostra exsultante hilaritate per duodecim dies continuos agit. — Kil. „*Duyuen-kater*. Hol. libi genus, quod strenæ loco datur natalitiis Christi." *Duiven-kater*, verbatim, columbarum felis mas.

Panes triticei, quos sub nomice *duwekater* citavi supra 689, F. vocant *wiggen*, panes quos Frisii comedunt festo natali Christi, coctos in lacte ebulliente, in honorem puerperæ Stæ. Mariæ et infantis divi.

DUWEL, cg. diabolus. F. *düüwel*, F.u. *düwel. Di düüwel!* per diabolum. Prov. *Di düüwel is sa swart net as er makke wirdt*, propria vitia minuimus aliorum exaggerando. *Dy di düüwel* vel *di droes scipe hat, mat him oanwirk* vel *oanslagh jaen.*

düwels-dood, cg. F.u. (mors diaboli)

mors quem quis sibi conscivit. Dim. *düwels-dootje*, mors cui quis se obnoxium reddit temeritate sua. F. *Hy weaget it op 'n düwelsdootje oaf.*

düweltsje, n. dim. *Dou krigeste 'n printsje mei 'n düweltsje fen heit, datste yn 'e neare nacht thus komd biste, ind dat oer iis*, „te manet severa patris increpatio, quod media nocte rediisti, idque grallis per glaciem periculosam." Sacerdotes Romano-Catholici olim dabant discipulis morigeris tabellas papyraceas pictas sanctorum imaginibus (F. *bid-printsjes*, *printsjes)*, immorigeris autem notatas imaguncula diaboli.

düüwelsk, adj. diabolicus, execrandus. *It rabjen fen 'e frouliu is 'n düüwelsk würk*, nefanda res est mulierum obtrectatio garrula.

eigen-düüwelsk, adj. maxime nefarius. *Eigen* notionem intendit. Ags. *ege*, *egesa*, timor, horror. Isl. *egna*, irritare. *Yn achttsjin-hundert-thrye-ind-tweintich wier it eigendüüwelsce kâld.* Confer supra *düwel*

düewel-banner, cg. exorcista. Vide supra *düwel-banner* idem, 175. Obligat membra arthritica vinculis ex molli corio albo idque nodis magicis, *knoffel-bânen; hy leit di knòffel-bânen oan.* Hi nodi si casu soluti, vel e situ solemni moti, dicuntur esse *forknòffele.* Talem solutionem, ut asseverant, sequitur horrendus dolor, qui non cessat antequam exorcista ipse nodum reconcinnaverit. F. *knòffelje*, manu attrectare arcanâ, mystică; *biknòffelje*, dolose efficere. Isl. *knefa*, arripere: *knefa hari*, contorquere crines. Fland. *knocht-en*, nodare, idem cum *knoften.*

DUZEND, cg. et n. F.u. mille, numerus millenus. Mille, *Onder de düzend kynders niet tén, die dat voor 'n ouder doet, wat 'n ouder foor 'n kyn'.* — Numerus millenus, cg. et n. *De düzend baggeler koste vijf gülden*, vel *de baggeler koste vijf gülden it düzend. It düzend* collective sumitur. Haud aliter Gothi *thusundi*, (ex Sax. v. *thúsundig)* fœm. *thúsundja*, (F. v. *thúsund*, F. *thúzen.)* Goth. *tva thusundja*, F. *twa thúzen*, pl. *thúzenen*, millia; *Thúzenen ind thúzenen bliede ind steárre op it slackfjild foár di grutsce gril fen kroande boalen ind kjar holsce riedelju.* Diar. 1674.

düzendste, F.u. F. *thúzenste*, millesimus, *Di thúzenste mei it nat barre*

Digitized by Google

DWADDLE

thritich jier to wirden, ind ālde ullibbe stakkerts fen tachtich gnorje noch oer di koártens fen it libben.

düzendris, F.u. sed F. *thúzenris*, millies, F. *Thúzenris ind thúzenris séach ik di sinne opgean, ind noch hab ik er wyn nocht net fen.*

düzend, F.u. asseverationis formula, *De dusend! Wat binne jòu fen daegh in 't brat!* Papæ! quam concinne hodie comta es!

DWADDLE, vb.n. in gyros ire, verti, turbinis instar. Frisii *r* ante *d* elidunt; F.u. *hil'd*, F. *hi'd*, pro *hard* et *hürd*, durus. Ang. *thveor*, *thveorg; thvyr*, obliquus; F. *thwirje*, ut ventus in gyros agitari; *thwirre*, turbo ventus. Nl. *dwars*, obliquus, F.u. *dwás* pro *dwars*. F. *dwæ's* pro *dwærs*. Ang. *thwart*, obliquus, F. (thwartle) *dwaddle?*

dwatsk, adj. F.o. distortus, perversus (sermo, scriptio.) Stür.

dwatje, F.o. virgo fatua. Prov. *Man nimt 't dwatje um 't schatje, Is 't schatje vertært, blift 't dwatje bi de heert.* Stür.

DWAELJE, vb.n. errare. pf. *dwaelde*, pf.p. *dwaeld*, ger. *dwalen*. Ags. *dvelan*, vb.a. decipere, pf. *dvealde*, pf.p. *dveald*. Confer *dwylje*. Ags. *gedvelan*, errare, in errorem duci; *gedvellan*, in errorem ducere; *gedvola*, erraticus, error. Ex *dvolan* est Nl. *dolen*, errare. — *Fen de wei dwaelje*, devius fieri.

fordwaelje, vb.n. errare via.

umdwaelje, vb.n. oberrare. *By thiústere nacht yn 'e lànen umdwaelje*, nocte obscura oberrare in agris, quod fit in pratis, quæ sulcis aquariis cincta sunt quorumque exitum viator invenire nequit in tenebris.

dwalikheid, f. F.v. error, delictum ex errore.

dwalinge, f. F.v. idem. Nl. *dwaling*, *doling*, error; proprie, oberratio, Nl.v. *dwaelinghe ini waeter*, vertex.

dwael-geest, cg. circumerrans, nunc huc nunc illuc ititans; Nl. hæreticus, receptorum sacrorum adversarius.

dwael-wei, cg. via devia, trames a vera via ducens. Prov. *Dy sjocht dat ky op 'n dwaelwei is ind weromkeert, hat ien goede reis dien.*

DWAEN, vb.a. facere, agere. Sax.v. *duan*, *duon*, *dón; doan*, (do-en) *doen;* ex *doan* est Ags. North. *doa*, et *doen*, Nl. *doen*. *Dón* est Ags. *dón*, pr. *ic do*, *thu dest* (F. *du deste)*, *he deth;* pl. *ve doth;* imperat. *do thu;* pf. *ic dyde*, *thu dydest*, *he did* vel *dyde* (F. *die'*, *die'ste*, *die')*, pl. *ve dydon* (F. *dienen)* pf.p. *gedón*, *gedén*, (F.u. *deen*, F. *dien)*

F.u. *doen*, præs. *ik doen*, *dou doeste*, *hy doet*, pl. *wy*, *jimme*, *sy doene*. Imperat. *doen dat!* hoc age! pr.p. *doende*, ger. *tu doen*, pf. *ik dède*, *dou deedste*, *deeste*, *hy dède*, pl. *wy*, *jimme*, *sy déden*, pf.p. *dén*, *deend*. (Nl. *gedaen)*.

Ags. North. *doa* unde Ang. *to do*, ut ex *dwoa* fit F.b. *dwo*. *Duan* fit Nl. (dû-en) *doen*, sed F.v. *dua* fit F. *dwa*, *dwaen*, ut F. *tüskje*, dentire, et *twiskje*, Ags. *thwong* et Ang. *thong*, Nl. *dwalen* et *dolen*, errare. F.v. *dua*, *duan;* præs. *ick due* (2da pers. *deste* G. J.) 3a *deth*, pl. *duath;* imperat. *duath;* pr.p. *duande;* ger. *to duande;* pf. *dede*, pl. *deden;* pf.p. *gedén*, *iedén*, *edén*, *dén*. W.o. *dwo*. præs. *dwó*, *dest ded*, pl. *dwo;* imperat. *dó*, *dwót;* perf. *díde*, *dídit*, *díde*, pl. *dídene*, F. contracte *diene*, E. II. 184. Angli *two* efferunt *to;* ita et *dwo* mutant in *do*, *to do*, *I do*, pf. *did*. F. *dwaen*, præs. *ik dwaen* et *ik dògh*. 2a pers. *dou dochste*, 3a *hy dòcht* agit (F. *dócht*, Ags. *dohte*, valebat, perf. vb. F. *doge*, valere.) pl. *wy*, *jimme*, *hja dwane* vel *dògge;* imperat. *dwaen* vel *dògh;* pr.p. *dwaende*, ger. *to dwaen;* pf. *(died) dié'*, pl. *(dieden) dienen*, *diene*, pf.p. *dien*. Makkum pf. *diech*, pl. *diegen*. Nota, transitione vocalis *u* in *w*, bisyllabum *du-a* fieri monosyllabum *dwa*. Ita formata monosyllaba *n* finali clauduntur; ex. gr. F.v. *si-a*, *ie-va* vel *ia-va*, *i* mutata in *j* fiunt *sja*, *ja*, et deinde F. *sjan*, *jân; sjæn*, *jaen*. Ex *ganga*, *gunga*, ire, fit *gân*, F. *gean*. In istis verbis monosyllabis perit discrimen inter infinitivum modum et gerundium. Workum *dwæn*, Molkwar *dween*, 2a pers. præs. *dweiste*, 3a *dweit*. — Hind. *dwæn*, pf. *dyng* (ex *dyg*, *diigh.)* Ex *dua* fit F.v. *duwa; duwath kunth and kanlic*, Chart. I. 242. a. m. *duwa*, ib. I. 243. a. s. contracte *dwa*, *dwaen*.

F.v. *Hwet age I mar to dwane?* quid vobis plus agendum est? F. *Hwat hawwe jimme mear to dwaen?* Ags. *Hvy dést thu vith me sva?* F. *Ho diest-thu sa mei my?* Gen. XII. 18. Vulg. Quidnam est hoc quod mihi fecisti? — F.v. *scata dua*, noxam facere, F. *scéa' dwaen*. F.v. *thiuuethe dua*, furtum committere, F.

Digitized by Google

thjeafthe dwaen .— F. v. *brond dua*, Lat. *incendium facere*, F. *brân' meitse.* — F. v. *helpe dwaen*, auxilium ferre, F. *holp dwaen.* — *Dy finne dôcht minne frucht*, hoc pratum infaustam fert herbam, Ags. *yfelne wæstm dôn*, Luc. VI. 43, vulg. malos fructus facere, sc. *treov* arbor. — *Hy is stroef, mar docht 'n bülte goed oan 'e êarmen*, homo licet torvus liberaliter subvenit egenis. Prov. *Dôch my goed, ik dôch dy quêd, iz ien âld sizzen*, MS. fac mihi bene, ego tibi facio male, veterum est proverbium: beneficia sæpe in tantum cumulantur ut vindictam gratitudinis loco excitent. *Disse kâlde freun' docht my goed oaf quea*, Ang. *This cold friend does me neither good nor harm.* — F. v. *dine heidena cristen duaen*, paganos facere christianos, F. *di heidens kristen meitse.* F. v. *thene Fresa fri dua*, eximere Frisios servitute, F. *di Friesen fri meitse.* — Emtor venditori F. u. *Doen my twie pon' butter*, da mihi butyri duas libras; W. o. *Kostu du mí nit mór jêld dwó?* nonne mihi plusculos nummos erogare potes? E. II. 184. — *Dwaen*, finire, ad exitum perducere, solvere amicitiam. *It is mei us dien*, amicitia inter nos exolevit. *As di greaten mei dy dien hawwe kenne se dy nat mear*, patriciis sociis bono plebejus, ubi ejus non amplius egent auxilio, fœtet. Angli *No men would make use of disunited parties to destroy one body, unless they were sure to master them, when they had done with them*, Stillingfleet. — F. *Ién dwaen, yn tén dwaen*, idem rei, *Mei di siken is't noch tén dwaen*, non mutatur ægrotorum morbus. *Di keningen binne noch jimmer yn tén dwaen; hja rinne mei 'n fôx oan 'e lôfter, ind ien lieu oan di riuchter-hân*, reges imperium exercent ut antea, stipati scilicet læva vulpeculis et dextra leonibus. Diar. 1674.

To witen dwaen, significare alicui quid; Ags. *dôn to witanne*, Ang. *to do to wit*, F. u. *te weten doen.* — *Immen hwette kuth dwaen*, F. v. *kud* vel *kuth and kenlik dua*, Sax. v. *duan uuiht cuth*, Nl. v. *kond doen*, quid cui renuntiare. — F. b. Amr. *rek uun du*, sollicitus esse de re, Joh. 107, 172, Nl. *zorg aen besieden:* Ags. *rec*, cura; *recan*, Ang. *to reck*, curare, sollicitus esse, *(do reck on?)* — *To dwaen mei*, occupatus esse aliqua re, *Hy hat it al-*

titen to dwaen mei fiskjen ind jeyen, semper est in piscatura et venatu. — Vexari, *Di âld-man hat it mei di fuótten to dwaen*, senex laborat pedibus ulcerosis. *Dy mei di dwel scipe is kat mei 'n nuweren feint to dwaen.* — *It det naet*, hoc nihil ad Bacchum. — *Di man det wol, mar hy dyt nat*, homo semper operis quid facit, tamen non proficit. — *Dwaen* alio verbo postpositum ejus vim auget, *Dat wiif schrôbbet ind dôcht di God-ganscelike dei*, mulier madidis scopis usque verrit ædes; *ind dôcht*, proprie, et simili insudat operi. — *Sear dwaen*, dolorem movere; *Dou dôchste my sear mei dyn knukferskjen*, lasciva manu mihi dolorem facis. — *Immen déad dwaen*, occidere quem, Sax. v. *duan huena dôdan*, Ang. *Take him to do him dead*, Shak. — *Hij iszer dwaen ind litten*, omnium rerum moderamen ibi apud eum solum est, Burm. 81; hodie *Hy is dwaender ind litter.* — *Di keerdel is sa loai dat er stiunkt; hy dôcht nin slach wirk*, manum nulli admovet operi. — *Ien dôk oer 'e hôlle dwaen*, caput tegere linteo. Equisoni, qui jactat pernicem equi cursum, vel nautæ celebranti phaseli sui velocitatem, rivalis offensus talia inter pocula ingerit, *As dôchste 'n bonge oer 'e kop ind 'n fiter um 'e kloátsek, kenste it noch nat hâlde*, caput licet tegas vesica, vel coleum vincias ligula, tamen victor non abibis. Hæc erant inter artes magicas, quibus superstitio plebeculæ antiquitus ventos et eventum regere tentabat. *Kloátsek*, et coleum, et socordem notat. — Prov. *Ast dwaen naet dooch ist litten bèst*, Burm. 3. *Folle wijnen dwae de huse de daed*, Burm. 20, *wijnen*, plene *wynhonnen*, canes venatici. — *Ruuchte genedich, soo mog y it lang dwaen*, ib. 87, clementer dic jus, et in longinquum dices; alias, *Stringe hearen rejéarje naet lang.* — *Dwaen is 'n dingh*, facto opus est. *It is mei sizzen naet to dwaen*, non verbis, sed facto. Alias *It is mei sprekken altiten naet to dwaen.* Iterum *Sizzen is sizzen, mar dwaen is 'n ding.* Proverbia vere Frisica.

Alsa dên, talis; *so dên*, idem; *aldus dên*, idem; *hu dên*, qualis. Quæritur an *dên* in his sit part. perf. verbi *dua*, quod Grimmius Gr. III. 63, asseverat? Confer nostrum *dân* supra

Digitized by Google

608, et nota Islandos frequentare *svoddan*, Sueth. *su-dan*, *huru-dan*, Dan. *hvordan*, licet Islandis thema Ags. *dón*, facere, F. *dua*, *duan*, ignotum sit. Quidquid sit Nl. *dusdanig*, *zodanig*, *hoedanig* exinde fluxerunt. Vide Ihre in voce *dann* et *danneman*, homo ingenuus, liberalis, ex honoratiore loco, oppositus proletario et servo. *Dan*, *dân*, forma, Gal. *façon*, forma, modus, Nl. *fatsoenlijk man*, homo honestus.

dwaende, part. bene rem gerens suam. *It binne dwaende lju'*, homines sunt diligentes et frugi, sat habentes unde suum faciunt opificium, Ang. *it is a doing man*, active and thriving. *It thing does not*, non ad scopum tendit. *We shall do without him*, non ejus auxilio.

dwaende-wei, pedetentim, magis magisque. *Mei priuwkjen wirde men dwaendewei 'n super*, sorbillando cyathos pedetentim fimus ebriosi. *Geande wei*, id.

sa-dwaende, hoc modo, hac via. *Sup ind swier mar; sa dwaende komste gau yn 't lyen.* Nl. *zo doende.*

âfdwaen, supra 34. Ags. *ofadón*, demere, excutere, amputare. *Di oanprizing fen ien eerlik man dòcht hwat âf*, viri integri commendatio momentosa est.

bidwaen, vb.a. relat. Supra 248 *bidwaen*, ib.

foldwaen, vb.a. implere; *di romers foldwaen*, implere pocula (vino). Satisfacere, solvere, *Syn klapcilden foldwaen*, minora debita solvere. Commodare alicui; *Di faem is hwette jolich ind boârtlik, mar foldòcht oars scoan*, famula, licet joci avida, nobis validissime gratum facit. *Ho ist mei dî nykeap? It hynzer foldòcht net*, equus expectationem decipit. Ags. *fuldón*, Ang. *to fully do*, F.o. *fuldón*, satisfacere.

foldwaende, adj. participiale, qui alios liberaliter excipit epulis. *It wyfke wier den wakkere foldwaende; hja pyde us it iten ta.*

fol-dedich, adj. idem.

fordwaen, vb.a. perdere, dissipare. F.o. *verdoon*, idem. Ags. *fordoen*, *fordon*, Ang. *to undo*, Stür. 310. *Di fròulîû' fordwaue bulten jild oan diggels ind flarden.* Sax.v: *farduan*, crimen committere, Gal. *forfaire.*

yndwaen, vb.a. ingerere. *Dògh ien dripke reâmme yn 'e thé*, funde guttulam eremoris in decoctum theæ *Dòch it jild yn 'e pung*, pone nummos in crumenam. Ags. *indón*, immittere, pf.p. *ingedon*, immissus; Nl. *indoen*, pf.p. *ingedaen.* Etmullerus citat infinitivum *ingedón*, qui nullibi adest, 560.

meidwaen, vb.a. et n. agere, perpetrare quid cum aliis; in consortio quodam recipi. *Dy nat rydt indròst ken nat meidwaen*, qui non ardet studio equorum conditionis ignobilis habetur.

misdwaen, vb.a. malefacere, delinquere. *Hwa nimmen misdòcht is eak foâr nimmen êang*, neminem timet qui neminem lædit. *Misdòch ik dæroan, dat ik di wjirheit sis? Alle wjirheit wol nat sein wæze*, Gal. *Toute verité n'est pas bonne à dire.* F.v. *misdua; misdeen an dolgum*, qui culpam commisit vulnerando. Sat. *misdua*, Ags. *misdón*, Ang. *to do amiss.*

misdied, cg. malefactum, crimen. Ang. *misdeed*, quod efferunt *misdied.* Ags. *misdæd*, f. Nl. *misdaed*, f. vocis compositio antiquissima in Goth. *missadêds*, f.

misdiedich, adj. maleficus. F.v. adj. *misdedoch*, Nl. *misdadich.*

neidwaen, vb.a. imitare alios, sive in virtute, sive in arte; idem præstare quod alter.

oandwaen, vb.a. induere. *Sneins-klean oandwaen*, induere habitum festivum, Sax.v. *anduan*, idem, Nl. *aandoen*, F.u. *an-doen*, idem, Ags. *ondón*, ingerere; sed *on* in Ags. *ondón*, solvere, aperire, est ex *ont* in Nl. *ont-doen*, Sax.v. *antduan*, *an-dón*, aperire. *Oandwaen*, afficere, *Di man bea' 'n bytke, ind die' 'n bulte goed ón 'e earmen*, parcus erat in precibus ad deum, sed liberalis in pauperes. *'n Bern mei syn âlders nin forlhriet ôndwaen*, non oportet liberos detrudere parentes in luctum.

oandwaen, vb.a. cursim adire locum; *'n hawen ôndwaen*, appellare portum. *Oandwaen*, incidere, admordere, Gal. *entamer la chair, la peau, un pain, une pièce de drap. Di ròtten hawwe it lyk al oandien*, mures admorderunt cadaver. *Fen middei scille wy di scinke oandwaen*, in prandio pernam incidemus. *Di ky hawwe di finne oandien*, vaccæ pratum novum admorderunt. —

oandwaen, afficere tristitia, contristare.

Digitized by Google

oandwaenlik, adj. frangens animum tristitia, afflictationi obnoxius.

oerdwaen, vb.a. coloratum iterum colorare; *it stekje mat noch ris thin oerdiend wirde.* — Ags. *ofer-dôn*, nimis agere, modum in agendo excedere, Ang. *ofer-do*, Nl. *overdrijven*, Lat. superferre, pf. p. *superlatus*. Ags. *Alle oferdone thing deriath*, nocet omne nimium; Lye, *ofer-don.* — *Oerdwaen*, tradere, tradere eodem pretio quo emit. *Hy docht my di finne oer tsjin di priis, dær er him for krige hat.* — F.v. *ouer-dua*, *urdua*, occidere; Flandri v. *ouer-daed* maleficium, scelus. Kil. qui perperam putat dictum pro *ouel-daed; Ouel*, hodie *euvel*, stat pro Sax.v. *ubil* malus. Ags. *for-don*, dispendere, delere, Gal.v. *fourfere*, hodie *forfaire; qui art meson forfet tout le sien*, qui incendit domum omnibus suis mulctatur bonis. *Les ypocrites forfont leur faces*, simulatores deformant suas facies. Franci, quæ Francice cogitabant, verbis Barbare-Latinis significabant. Vide exempla Roquefort, Glos. de la langue Romane, I. 623.

opdwaen, vb.a. aperire; *'n boekje fen immen opdwaen*, (aperire libellum de aliquo) alicujus turpia patefacere. F.v. *updua tha dura* aperire fores F. *di doârren opdwaen.* — *Foâr di winter opdwaen* vel *opslaen*, sibi penu hyemale comparare. — *Opdwaen*, capere, acquirere, *Hjûd haw ik nin wyld opdien*, F.v. *Een wyld updua*, excitare feram cubile. Ags. *upadôn*, levare.

tadwaen, vb.a. claudere, *Dòch di doârren ta*, claude fores; pl. *doârren* pro sing. *doar*, quod janua in duas partes, superiorem et inferiorem, quamque suis cardinibus mobilem, est divisa. Phrasis *Dat dòcht di doar ta*, hoc consummat rem, omni disputationi finem imponit. — *Tadwaen*, auxiliari; *Dòch er eak hwat ta; dou biste us broars widdou like nei az ik.* Ags. *to-gedon*, addere, tegere. — *Tadwaen*, artifex esse alicujus negotii; *Throch tadwaen fen ien utstruper is di jungfeint yn læst komd*, autore feneratore, feneratoris artibus, juvenis ære alieno obrutus est.

underdwaen, vb.a. supponere. *Dòch it fûr under di yesce*, suppone ignes cineri. — Labascere; *Di Friezen dwaen foâr di poepen under yn tal, net yn moed.*

Thema vicinum est *cog* vel *kog*, transiens in *koi;* ex. gr. F. *kûgel*, Nl. *kogel*, globus, sphæra; Nl. v. *koge*, capulus gladii (sphæricus) Kil. Ang. Linc. *coggle*, a small round stone; *to coggle*, to be shaky. Ex *kug* est *kui* in Nl. v. *kuysel*, globulus, *kuys-kote*, talus pronus, *kuys-koten*, ludere talis pronis. Sax. n. *kuis*, globulus lusorius. Clava a nodo dicitur *knys*, Sax. n. *klûse* (koeze.) F. v. *kate*, *kathe*, f. condylus, talus. Ang. v. *quait*, *cait*, Ang. *quoit*. Ang. v. *cat*, a game played among boys with sticks and a small piece of wood, rising in the middle, so as to rebound when struck on either side, Hall. *cat*. Ergo forma longi fere ovi ut F. *koi*. F. o. *koot-slaen*, similis puerorum lusus baculis recurvis, Stür. 120. Nl. „*Kaetsen*, *ketsen*, ludere pila palmaria; *kaetsbal*, pila lusoria, manuaria, recussatilis." Kil. In ludis aleariis, tum Romani, tum Germani, ab antiquissimis temporibus usurpabant talos; pueri adhuc talis ludunt. Inde tale nomen *kate*, *kote*, *coite*, pro omni missili, quo luditur. Confer veterem glossatorem vertentem κοιὰσ, σφαῖραν ἢ λίθουσ.

eine-kooi, cg. Ang. *decoys for ducks*, est lacus parvus fere rotundus, F. *doal*, *dool*, undique cinctus ripa graminosa, in qua recubent aves aquatiles: Frisice dicitur *ryd-wâl*, ripa quam frequentant aves, vel *sit-wâl*, ubi sedens, requiescunt. *Ride*, vehi curriculo, currere grallis glacialibus, ititare, ire et redire. *Sitte*, sedere, incubare. Ripa iterum cincta est densis arbustis, ut ulteriora e visu anatum ferarum in lacu natantium vel quiescentium removeantur. In hac circumferentia est sinus opere vimineo vel rete in tubi formam tectus, qui ab initio late patens pedetentim in angustias desinit, ubi anates feræ capiuntur, earumque fauces manu venatoris franguntur. Talis

tubus Fricise dicitur *pîp* (piip), in paludibus Lincolnshiræ *pipe;* synonyma F. *hüelke* et *huódde*, *hoedde*. — Venator in hoc lacu alit anates cicures feminas, F. *lôk-einen*, *lok-eintjes*, Ang. *decoy-ducks*, quæ suaviter natantes seducunt anates feras, ut eas in sinum mortalem sequantur, secundum proverbium Frisicum, *Hwa mei honnen farre wol, mat di téwen foârop stjûre*, (qui cum canibus maribus per canales vult navigare, canes feminas ut præmittat necesse est.) Hicce sinus arbusto ulteriore et in ripa interiore obsitus est arundineis septis transversis, quæ canis transcurrit ab orificio incipiens et finiens in fundo apud angustias. Dum canis alternatim post septa evanescit et prodit, anates feræ curiositate innata seductæ eum sequuntur angustias versus, quod est alterum venatoris stratagema. Tale septum audit Frisice *scüd*, pl. *scüdden*, cum quo consonat *shootings* in paludibus Lincolnshiræ, F. *scuttings*, sepimenta, ex plancis ligneis vel arundinibus compacta, circum hortos, cæt. Simulac numerus sufficiens anatum ferarum paululum in tubum profecerit venator a tergo septorum prosiliens eas magno clamore et plausu ulterius in tubum agit et ita reditum impediens eas in angustias cogit. — In anatibus feris incredibilis est narium auriumque sagacitas; e longinquo sentiunt hominum odores. Autumno, cum centenæ, quin et millenæ procellis ex oceano pulsæ, lacus superficiem complent, sæpe fit ut subtilissimo hominis olfactu vel levissimo strepitu terrefactæ ad unam omnes momento citius devolent. Venator hoc tempore ad capturam prodiens altera manu oris halitum tegit, altera tenet glebam causticam fumantem eamque salsiginosam, ut odore fœdo suum velet. *The first thing the coy-man does, when approaching the pipe* (F. *de piip*) *is to take a piece of lighted turf or peat, and hold it near his mouth to prevent the birds from smelling him.* Penny-Magazine, Feb. 7, 1835. p. 61. Pavidæ et fugaces enim hominem ejusque viciniam timent; canem natantem et silentem e contra sequuntur curiosæ. Venatori non licet obsonia, carnes vel adipem sive coquere, sive torrere in sua domo

Digitized by Google

vicina absque ut aves hasce avertat. Ante aliquot annos pistoris famulus colono venatori, qui est inter vicos Piaem et Gaest ad maris oram, apportabat panes; illiniverat large ocreas suas oleo balænarum rancido, cujus odore ut fulmine ictæ aliquot centenæ anates e lacu evolabant. Præterea lege cautum est ne sclopetis in vicinia venentur, quorum plausus anates abigeret. Colonus venator ipse ansas mobiles mulctralium æneorum implicat tæneis linteis ne strepent. Apellat vitulos et porcos ad aqualicolum, non ut mos est voce, sed fistulæ sibilo. Ante inventa septa separatim transverse posita septa continua utrimque ambas ripas introitus decipuli cingebant; canis natabat inter anates cicures allicientes eisque in auxilio erat ad ducendas anates feras curiosas in fundum decipuli. Est mihi tabula ænea harum insidiarum vetus, cujus calci inscribitur versus, *Sic per et insidias sinuosa in retia mollis Allectatur anas cane per dumeta natante.* Neque hic mos totus obsoluit; venantur enim quidam anates duobus canibas, altero natante, altero cursitante pone et ante septa.

F. *kóu*, cg. *fngel-kóu*, cavea avis domesticæ qualis est luscinia, fringilla, carduelis, cæt. Nl. v. *kouwe*, *kauwe*, Hol. *kooi*. — F. *kooi*, Nl. v. *koye*, Hol. *kooi*, theca separata in navis compage, ubi lectus nautæ sternitur, cubile nauticum. Nl. *schapen-kooi*, ovile. Quæ quomodo cohæreant cum nostro *kooi* in *eine-kooi*, non hujus est loci dicere. Hoc uuum moneo *u* in *ou* sæpe transire in *y* sive *i*: ex. gr. Nl. *schouwen*, contemplari; *kauwen*, *kouwen*, manducare; *stouwen*, componere; F. *scooije*, *kooije*, *stooije* vel *stoaye*, cæt.

In lacubus Lincolnshiræ Angli plane easdem ponunt anatibus feris insidias, quarum effigiem vide Penny-Magazine, Febr. 7, 14. 1835, No. 183, 184. Ibi invenies septa transversa, canem prodeuntem, anates sub arco tubi decipulum versus natantes, venatorem cespite caustico munitum; postremo hunc gestu et voce anates porro propellentem. Frisii hærentes in paludibus ad oras maris Germanici inde ab antiquissimis temporibus hunc venatum exercuerunt, neque absurdum est supponere ex Frisiis illos, qui uniti cum Anglis et Saxonibus Brittanniam expugnaverunt, in novam patriam morem avitum induxisse. Ante hos centum et quod excurrit annos pars Frisiæ paludosa scatebat talibus anatum decipulis, quæ post exantlatas aquas mediterraneas et diligentissimam pratorum culturam, exceptis paucis, evanuerunt.

Ang. *to coy*, blandiri, mulcere manu, allicere. Todd's Johnson. *Come, sit the down upon this flowery bed, while I thy amiable cheeks do coy*, Shak. De ingenio mulierum, *A fickle sex, and true in trust to no man; A servant sex, soon proud if they be coyd; And to conclude, thy mistress is a woman*, Sidney. *A wiser generation has the art to coy the fonder sort into their nets.* Bp. Rainbow, allicere in retia. Inde Ang. *decoy*, illicere, Nl. *verlokken*, Lat. *se-ducere*. — F. *eine-kooi*, *kooi*, = Ang. *decoy for ducks*, *decoy*. *Decoy-duck* = F. *lók-ein'*.

eine-kroas, n. lemna minor, lenticula palustris (anatum esca.) Nl. v. *endtengroen*. F. *kikkerts-kroos*, idem, *kikkert*, rana. *Di einen slobberje* vel *grúsje yn it kroos um*, anates sorbent lenticulas agitante rostro. Nl. v. *croest*, lenticula palustris. H. Jun. 2a. ed. p. 149.

eine-pyk, n. pullus anatis; pl. *einepiken*. Hi pulli cum tenelli sint et frigus haud patiantur, de illis valet phrasis, *It is eine-pike waer*, tepida aura nobis afflat, alcedonia sunt. *'N ein mei piken*, (pulli natantes post matrem anatem) mater ambulans, quam familia infantum sequitur, minima tenente manu ejus vestem. Isl. *pika*, Dani *pige*, juvencula, puella. F. *pyk*, n. pullus gallinaceus vel anatarius; fig. *it pyk*, infans recens natus.

eine-pyl, n. pullus anatis. Isl. *piltr*, m. puer, attinet recens natum infantem, Egil.

eine-pylk, cg. penna major anatis. Nl. *eende-schacht*. Sax. l. *pilen*, plumæ pullulantes in cute pullorum anatinorum. Dithmarsi *pielken*, pulli anatum. Bnl. III. 813.

eine-pûl, cg. lacuna sive stagnum, in qua anates frequenter natant.

dool, doal, cg. lacnlus septus arbustis in quo anates feræ refugium quærunt, desinens in sinum, ubi capiuntur. Nl. *Dolf*, pf. vb. *delven*, fodere, F. *dolle* idem; *dolf* per apocopen F. *dôl*, laculus (*dôl*, infra, deorsum) fossus, ut

Digitized by Google

F. *deal* canalis, ex *delf*. Ags. *delfan*, pf. *dealf* (Nl. *dolf* et *dielf*) pf. p. *dolfen*. Ang. v. *dolve*, idem. Ags. *dælf*, fossio. Ang. v. *delf*, fossa aquaria, canalis.

war, n. numerus definitus anatum, qui in emtione valet unitatem mensoriam. F. v. *kwerfa*, vertere, permutare, Nl. *omsetten*, permutare merces. Ags. *kvearf*, versura, permutatio: *kvearft*, circumitio, circuitus, versio. Sax. v. *kuerbon*, ire, cedere; *kuarf*, congregatio. F. v. *kwarf*, *warf*, *werf*, (circumitio, versura) vicis; *achta warue*, octies. Nl. *twee-werf*, *drie-werf*, bis, ter, cæt. Ags. *kvearfum*, vicissim. Analogice Nl. *keren*, vertere, *één-keer*, semel; *twee-keer*, bis; *drie-keer*, ter; *acht-keer*, octies. Itidem Nl. *reizen*, itinerari, *reis*, iter; *twee-reis*, bis; *drie-reis*, ter; F. *twa-ris*, *thrye-ris*, cæt. Sax. v. *mahal*, sermo, colloquium, concio, conventus; Nl. *één-mael*, semel; *twee-mael*, bis; *drie-mael*, ter, cæt. Lat. *iter*, *iterum*, vice altera, ut Ags. *kvearfum*, vicissim, Nl. *bij beurten*. *Hwarf* itaque proprie notat vicem, numerum redientem, cœtum. Solita elisione aspiratæ labialis *f* post *r* et *l* liquidas linguales, *kwarf*, *warf* fit *war*, ut *koerf* corbis, *dôrf*, audeo, fiunt *koer'*, *dôr'*.

hoédde, huódde, idem quod F. *piip*, Ang. *pipe*, Ang. Yorksh. *hod*, idem.

hulk, cg. idem quod *piip*. Nl. v. *hulche*, concha, Nl. *kink-hoorn*, propter sinus flexuosos. Ang. v. *hulk*, Ang. *hull*, (F. *hûl*) husk; dial. an old excavated working, a mining term, cavum navis. Hol. *Het hol van 't schip*.

koaiker, cg. venator in lacu anatario, quem, vel possidet, vel solus conducit. Laculus anatarius cingitur fere semper pratis humilibus, in quibus pascuntur venatoris boves; hic enim, cum tantum anni partem anates feræ in suum confugiant laculum, simul vitam quærit in colendis pascuis. Inde *kooiker* quoque audit *kooi-boer*; aggricola anatinus.

koai-man, idem. Ang. *decoyman*.

koáikje, vb. n. venatum exercere in lacu anatario.

kobbe, cg. tubi anatarii extremitas rete munita, in qua anates capit venator. Ang. v. *cub*, *a coop*, a henhouse, North. *a bin*. Ang. v. *to cub*, to confine in a narrow place. F. *Kôbbe*, nassa ex vimine texta, rotunda, duplex, coniformis, introitu lata, desinens in tubum angustum unde pisces redire nequeunt.

lók-ein, cg. (anas alliciens) anas cicur quæ seducit anates feras in decipulum, Ang. *decoy-duck*. Dicitur quoque *kooi-ein*. Hæ illices libere natant in laculo anatorio; sed a medio mense Martio usque ad primum Maji diem, et a medio mense Junio usque ad medium Septembrem clauduntur. Hoc vocant *di kooisinen hókje*, illices in cavea recludere. *Hók*, cavea.

piip, cg. fistula, tubus, arcus sub ponte lapidea, sinus lacus anatarii opere arcuato tectus, Ang. Lincolnshire *pipe* idem. Ags. *pîp*, fistula.

ryd-wâl, cg. idem quod *sit-wâl*. Ags. *ridan*, equitare, insidere, premere. F. *ride*, vehi equo vel curru, hinc inde ititare, movere et vexare quem; *'n rit fen feinten ind fammen*, concursatio, itus et reditus juvenum et puellarum; *'n rit*, locus quem cursitantes frequentant mures, glires, canes, feles similiaque animalia. Figurate *rite*, mos temporalis.

sit-wâl, cg. ripa graminosa laculi anatarii purgati arundinibus, ubi anates sedent et requiescunt. Nota eandem ripam in decipulis anatum Lincolnshiræ, *The banks of the lake on each side of the ditch (or „pipe", as it is called) are kept clear from reeds, coarse herbage*, et cæt. *in order that the fowl may get on them to sit and dress themselves*. Pennymagasine. 1835. p. 61, a.

eine-aei, n. ovum anatinum, *eineaeis-scyl*, putamen ovi anatini; *aeis-scyl*, ovi putamen in genere, præcipue tamen gallinæ. Ang. *egge-shel*. Ags. *scel*, Ang. *shell*, F. *scyl*, putamen ovi, mali. Nl. *schil*, putamen ex. gr. mali, pyri; *dop*, putamen ovi.

Inter veteres Frisios regnabat superstitio sagas in ovorum putaminibus ut in cymbis per lacus et maria quaquaversum navigare ad incautos artibus suis magicis infestandos, quod ut impedirent post cœnam frangebant putamina. Ipse dum juvenis pransus apud veterem colonum nostrum his auribus audivi senem post cœnam famulæ mandantem, „Cura, ut ovorum puta„mina frangas!" Hæc superstitio, antiquissimis temporibus forte commune totius populi Anglo-Frisici, per tot seculorum decursum stetit immota inter ejusdes stirpis gentes consanguineas licet toto oceano divisas, Frisios quippe et Anglos in Scotia, qui hodie vocan-

Digitized by Google

tur Scoti. Audi verba sequentia Jamiesoni;

„ egg-shel, *Breaking of an egg-shell.* Here (in Angus) *Noroway* is always talked of as the land to which witches repair for their unholy meetings. No old-fashioned person will omit to break an *eggshell*, if he sees one whole, lest it should serve to convey them thither." Edin. Mag. Feb. 1818, p. 117.

This custom is as ancient at least as the time of Pliny. „For feare likewise of some harme, see wee not that it is an usuall thing to crush and breake both *egge* and fish *shels*, so soone as ever the meat is supped and eaten out of them; or else to bore the same through with a spoone stele or bodkin?" Hist. B. XXVIII. c. 2.

He is here speaking of the power of the infernall fiends." Supplement to the Etymological dictionary of the Scottish Dictionary by John Jamieson. I. *Egg-shell.*

Gr. νῆσσα, Lat. *anas*, gen. *anatis*, Ags *æned*, *ened*. Hæc vox, omnibus Germanis cum Græcis et Latinis communis, ultra solitos nostræ originationis limites se abscondit, nisi stirpem quis detegat, e qua apud omnes vox creverit. Consule tamen, Griechische Etymologie von G. Curtius, 284.

EIN', n. *finis*. Apocope *d* in *eind*, F.v. *enda*, *einde*, m. Nl. *einde*, n. Ags. *end*, m. Ang. *end*. *Ein' fen 'e wrâld*, ultimi termini mundi. *Op Fér wenje men oan it ein fen 'e wrâld*, insulani Ferenses remoti ab hominum consortio vivunt. Prov. *Op it ein fen 'e fuke fangt men di fisk*, (in nassæ extremitate capiuntur pisces) in fine pariantur impensis accepta. *It ein' fine*, invenire finem, indefesse currens finem itineris assequi: *Dat thrinter-hynzer fen jôu, hwat is dat ien tsjep bist! Ja, dat is ien pronkstik; mar di rüen ken it ein' better fine.* — Figurate, *It ein is er fen wei* (finis rei disparuit) res excedit omnem modum. *Ho'n bytke di minsce wit, dær is it ein fen wei*, quantum est quod nescimus! *Fluggens dær is it ein' mei him fen wei*, pernicitate omnes cursores autecellit. *Di man is scjin op, mar fen it pronkjen fen syn wiif ind dochters wier it ein eak wei* vel *forlern*, uxoris et filiarum immoderata in cultu luxuria maritum ad inopiam redegit. — *Er is nin ein oan it fild fen scraber; wier er nou eák mar nin ein oan syn libben!* immensis avari divitiis non equantur vitæ anni, quibus eis fruatur. — *Oan ein*, (ad finem) detritus. *Di scuón binne oan ein'*, calcei subtriti sunt. — *Oan ein*, decrepitus, contritus. *Oárreheit is âld ind ten ein'*, avus natu est grandis et decrepitus, Gal. *cheval à bout*, outré de fatigue. *Di keápman is ta 'n ein; hy hat to folle weage*, mercator, omnia expertus, fere omne suum perdidit. — *Di twa einen kenne eltsoar nat birikke*, Ang. *The two ends do not meet*, pecunia expensa superat summam receptæ.

it ein, in genere, finis malorum. *Wi hawwe it ein noch net*, nondum attigimus metam malorum, quæ nobis minantur: ex. gr. res novæ, bellum, tempestas, cæt. Respice finem! — *Ein'*, spatium, longitudo quædam. *Ik bring myn gâsten 'n ein wei*, abeuntes convivas comitor per spatium quoddam. *It binne hele einen om fen Leouwert nei Grins to rinnen*, ambulatori iter longum est a Leovardia in Groningam.

'n ein' tou, tortæ cannabis linum.

eintsje, n. (fili, restis finis) filum. *Foár junges, dy um nin siszen jane, is neat better as 'n ein' tou* vel *eintsje tou; 'n eintsje kærs*, candelæ frustum ultimum, Gal. *bout de chandelle. It eintsje kærs barnt yn 'e piip*, morti proximus est, Ang. *candle-end.* In partibus Trans-Isalaniæ vicinis Frisiæ (Blokzijl, Giethoorn) et Zaendammæ, *endje brood*, Hol. *boterham*, Gal. *beurrée* panis frustum butyro litum. Hol. *Een endje mensch*, homuncio, quod Franci verterunt B. L. *un buta* de homine, Gal. *bout d'homme.* Ang. *end*, fragment, broken piece, *Thus I clothe my naked villany With old odd ends, stol'n forth of holy writ, And seem a saint.* Shak. — *Alle einen binne to koárt* (ad meysurandam totam longitudinem omnes chordarum extremitates deficiunt) foro mersus erat. — *Ein'* finis (pagi, agri cæt) limes, et contentum pro continente, pagus, agri. F. v. *da bisetle ellick syn oerd ende syn eynd*, Nl. v. *eynden lants*, regionis plagæ. In locorum nominibus *Wâlds-ein*, (sylvæ limes) vicus in pago Wimbritseradela; *Sweach-west-eynde* pars occidentalis Swagæ, vicus in Collumerlan-

Digitized by Google

dia. *Wester-ein'*, viculus olim, nunc prædium autoris, prope a Workumo austrum versus, (Ang. *West-end*, pars occidentalis Londini). *Ut-eynde*, (limes ultimus) in Smallingerlandia (Tab. Geogr. Schotani) boream versus inter fodinas terræ causticæ; *Opeynde*, vicus ibidem.

by it ein habbe, occupari de aliqua re. *By it ein' habbe*, (tenere rei cujusdam extremitatem manu) præstare, agere, niti. *Junges, dy allerlei fiten by it ein' habbe, dær is hwatte fen to meitsen*, qui aliis lepide jocum et dolum nectunt pueri, nobis commovent expectationem sui.

oan ein' scürre, frustulatim differre, dilacerare, *Da syn faem him âfscreau hat Hidde hjar letterke oan alle einen scürd.* — *Fen eltsoar scurre*, disrumpere; findi, rumpi (irâ), *Junge, pas op! Di âlde ken sa fen ein' scurre*, Cave, bone, ne pecces! Herus vir iræ paratioris et ferventis est." Plautus utitur *findi* eodem sensu.

fen 'e ein (de fine) F. *fenne ein âf oan*, (inde ab extremitate) inde ab initio. (B. L. *de buto)* Gal. *debut*, principium, exordium.

yn 'e einen. *Di swift jaget it yn 'e einen*, nebulo comessando, bibendo, bacchando omnia sua dilapidat.

oerein! oerein! Gal. *Debout! Debout! 'n Fet oerein' sette*, Gal. *mettre un tonneau debout. Di Goutumer stins stiet noch oerein*, Gal. *Le chateau de Goulum est encore debout.* B. L. *butum*, finis, extremitas, terminus. Prov. *Oerein! Seit it jild*, Gal. *Debout! dit l'avarice.* Galli similem phrasin Francicam ad literam Barbaro-Latine verterunt *de buto.* B. L. *butum*, Gal. *bout*, finis; *but*, scopus, Nl. *doeleinde.*

oer ein' rîze, surgere. *Riis oer ein! Di sinne scynt yn dyn næst*, Surge! sol surgens tuum illuminat lectum. Ang. v. *to end*, to erect or to set upright. *Riucht oerein stean*, stare recto corpore. *Oer ein'*, Nl. *over end*, proprie, supra, i. e. erecta extremitate. *Oer it ein' truwoselje*, in caput devolvi, Nl. *hals over kóp nederstorten.* — *Di mæst oerein sette*, malum erigere. Navium minorum malus est mobilis, et pro vento secundo vel adverso, erigitur, vel demittitur. Vi venti contrarii nautis difficile sæpe fit erigere malum, unde phrasis, *Di man ken di mæst naet oerein krye*, (homo miser malum erigere, adeoque ventis navem propellere, nequit, i. e.) res suas laxatas instaurare nequit; in tuto esse ei non succedit. In re venerea hæc phrasis innuit senem effœtum, cui veretrum laxatum salire negat.

Di klitsen hawwe mei al dat gekreau, mei dat rachen ind scelden, di hele búrren oer ein brocht, ad scortorum rixas clamosas tota convolabat vicinia. F. *klitse*, meretrix, Nl. v. *klick-spille*, mulier levis, inutilis, futilis, garrula. — *Hy is anstons op 'n ein* vel *it ein'*, raptim irascitur. Proprie, confestim surgit indignatus. A cane vel fera desumta figura, qui in furente aggressu se posterioribus erigunt pedibus; inde synonyma phrasis *Hy is anstons op syn efterste poten.* — *Op it ein' wæze*, assui sollicitudine. *As gjirge Kei fornimt dat it um syn jild to dwaen is, is er altiten gàu op 'n ein*, Gerardus tenax, ubi sentit suos agi nummos, misere cruciatur.

eintsje-bislüet, n. conclusio finalis. *It eintsje-bislüet is di dëad*, mors ultima linea rerum. *It ein*, idem. Ang. *'T is the great business of our life to fit ourselves for our end.* L'Estrange.

einel-peale, cg. meta, terminus. Nl. *eindpael.*

einleas, adj. infinitus, æternus. Ags. *endeleas*, Ang. *endless.*

einling, adj. tandem, hora ultima.

endelik, adj. F. v. finalis, postremus. *Mith ener endeliker sententien sal hi di seka dela*, sententia, quæ finem imponit contentioni, causam dirimet. *Endlike frêd halda*, pacem immutabilem servare.

einling, adj. ad finem positus, *It einlinge hûs*, domus ultima plateæ. *Di einlingsce balke is formógele*, ultima tabulati trabs cariata est.

endelest, adj. F. v. extremus, ultimus, idem quod F. *einlingsk. Thet eindelestè lid an de fingeren*, membrum extremum digitorum, F. *It einlingste lid oan 'e fingers.* Associatur *end*, finis, cum adj. *læst* in *Einlik-ind-to-læsten wint moed mei riucht di striid*, tandem bona causa triumphat. F. v. *enda*, finis; *lest*, ultimus, superl. adj. *let*, serus. Ut Ags. *nehst*, proximus, in *ender-nehst*, ultimus, F. v. *ender-nest*, extremus, ultimus.

Digitized by Google

einge. vb.a. et n. *einje*, *eine*, finire, proficere, finem rei attingere. F.v. *endia*, *einda*, *endegia*, finire, finem imponere. *It gærs mei mæsen âf to snyen eindt net; dær mat di seine by komme*, cultro abscindere gramen non proficit, falce utundum est: *einje*, ad finem, i. e. consummationem rei vel metam tendere. *It eint as 'n lûs op 'n tarrich kleed*, (procedit ut pediculus in stragula pice illita, i. e.) lentissimo gradu.

ein-sjitte, vb.n. approquinquans in metam properare gressus. Ang.v. *endi*, ex. gr. *endi*, *endy*, Ayenbite of inwyt, 110, 113, 115, per apocopen terminationis *an*, Ags. *endian*. *Endian*, per apocopen lit. *n*, F.v. *endia*, et transiente *i* in j et *a* in *e* F. *(endje)*, *einje*. Altera forma F.v. *enda*, *einda*, F. *eine*. Angli abjecta tandem tota terminatione *to end*. Eodem modo lapsu temporis pedetentim truncata sunt verba Ags. *halgian*, Ang.v. *haldzi*, 7, 237, Ayenbite, Ang. *hallow*. — Ags. *macian*, Ang.v. *maki*, 44, *maky* 27, Ang. *make*, F.u. *make*, F. *meitse*. — Ags. *locian*, Ang.v. *loki*, 5, cæteri *loke*, F. *loke*, Ang. *look*. — Ags. *thankian*, Ang.v. *thonkie*, 6, 7; F. *thankje*, Ang. *thank*. — Ags. *vearthscipe*, adoratio, veneratio, *(veorthscipian?)* Ang.v. *worthsipie*, 5, 6. Ang. *worship*, *to worship*. — Ags. *sverian*, Ang.v. *swerye*, 6, F. *swarre*, Ang. *swear*. — Ags. *leornigan*, Ang.v. *lyerni*, 2, 84, cæt. Ang. *to learn*. — Ags. *heran*, *hyran*, Ang.v. *hiere*, 177, 244. F. *here* et *hiérre*, *hjerre*, Ang. *to hear*. Dan Michels Ayenbite of inwyt or Remorse of conscience, in the Kentish dialect, 1340 A. D. edited by Richard Morris Esq. London, published for the early English Text-Society, By N. Trübner & C°. Paternoster Row, 1866.

Ut A.v. terminationem infinit. Ags. *ian* abbreviârunt in *i*, sic. F.o. termin. infinit. F.v. *ia* vel *a* in *i*. Cito ex meo MS. *Memoriale linguæ Frisicæ J. C. Mulleri*, 1691, exempla sequentia. Ags. *arian*, F.v. *aria*, *eria* F.o. *eri*, 67. — Ags. *gangan*, F.v. *gunga*, F.o. *gungi*, 85. — Ags. *habban*, *hæbban*, F.v. *habba*, *hebba*, F.o. *habbi*, 83, Ang. *have*, F. *hawwe*. — Ags. *healdan*, F.v. *halda*, F.o. *holdi*, 16, F. *hâlde* (hâde) Ang. *to hold*. — Ags. *hangian*, F.v. *hangia*, F.o. *hungi*, 87,

F. *hingje*, Ang. *to hang*. — Ags. *cuman*, F.v. *cuma*, F.o. *kumi*, 87, Ang. *come*, F. *kume* et *komme*. — Ags. *macian*, F.v. *makia*, F.o. *macki*, 71, Ang. *make* (méke) F. *mêtse*, *meitse*. — Nl. *maden*, *maeyen*, metere pratum, F.u. *mad-land*, pratum fenarium (proprie fenisicia), F. *mad*, mensura prati cujus fenum messor die uno secat, F.v. *mede*, pratum fenarium; *fenne*, pratum pascuum, Ags. *mæd*, pratum, Ang. *meadow*, Ang.v. *mead* (mied), F. *miede*, pl. *mieden*, prata fenaria; *miedje*, fenum secare, *di finne miedje*, prato pascuo uti in fenisecium. Nl. *maden*, F.o. *miadi*, metere, Ang. *mead* (mied), *mead-ow*, pratum pascuum æque quotannis metendum.

Dialectus Northumbriæ Anglosaxonicus, in quo S^tus Cuthberti Euangelium conscriptum est, pluribus infinitivis abscinderat *n* finalem; ex. gr. *gehalgia*, sanctificare; *gecuma*, venire; *lokia*, videre; *thenka*, cogitare; *veorthia*, venerari; *sveria*, jurare; *leornia*, discere; *hera*, audire; *aria*, honorare; *gonga*, ire; *habba*, *halda*, tenere; *honga*, pendere; vide hæc et multa ejusdem formæ verba in glossario quatuor Euangeliorum Northumbrico-Anglosaxonicorum editore K. W. Bouterwek, 1857.

Ex hac comparatione discimus, Anglosaxones-Northumbriæ, haud aliter quam Frisii veteres, terminationem infinitivam *an* breviare in *a;* discimus præterea Anglos veteres Cantiæ terminttionem Ags. *ian*, æque ac Frisii orientales Sec. 17, reducere ad *i*. Eadem organa loquelæ eademque innata cogitandi ratio in lingua nationum affinium, oceano licet et sorte separatarum, ad eandem apocopen infinitivi eandemque vocalis transfigurationem duxit.

Prov. *Dâu op 'e rein jowst 'n bisciten ein'*, ros post pluviam se solvit in pluviam novam. — *Du kaeste altyd dijn eijn als alle malle lioe'*, Burm. 15, tu in tua obstinate perseveras sententia ut omnes stulti. *Ein'* in hac figura est finis restis, quam obstinate tenet autosophus contra sapientiorem, qui tenet alteram. — *It swierste ein' boppe*, haud sapientis est semper pessima augurari et pavere; proprie, qui trabem elevare tentat non graviorem sed leviorem extremitatem prius tollit. — *Di*

Digitized by Google

EINSE.

faem is oars goed, mar it midden hat di beide einen yn 'e macht, virgo est virosa, cæterum bene morata: proprie, medium (vulva) dominatur in extremitates (caput et pedes, i. e.), ingenium et motus, sive actiones. Frisii rem veneream convelant verborum et sententiarum figuris.

EINSE, ENSE, ENZE, EINZE. Vox ex Lat. *uncia* oriunda. *Uncia* erat *assis* pars duodecima; in genere rei totius pars duodecima; ex. gr. *uncia agri*, duodecima pars jugeris; *uncia*, pollex, pars duodecima pedis. Anglosaxones *uncia* mutârunt in *yndsa*, *indsa*, primitus uncia, sed deinde mensura longitudinis, unde Ang. *inch*, (pollex) pars duodecima pedis, F. *Er geane tólf thommen yn 'n Fryske foet.* — Frisii veteres rationes subducebant per *punda* et *einsa*, quæ tamen non erant nummi cusæ, et tantum certam summam argenti, pro variis temporibus variam, indicabant. Neque Anglorum *pound* nummus cusus est. — Mensura agraria Frisiorum erat *punde-meta*, F. *pouns-miete*, *pouns-mjitte*, quam dividebant in 12 *einzen* (uncias), et quamque *einze*, (unciam) in 20 *penningen*, B. L. *peningas*. *Pund* erat primaria unitas in re nummaria, quam ut pondus ipsum dividebant in 12 partes, i. e. *uncias*. *Penning* itidem erat numulus, sed minimi valoris. Veteres videntur mensuras agrorum definivisse secundum vectigalis summam, quam certo agri spatio imposuerunt, vel secundum pretium, quod certa agri portio primitus valebat: inde forsan congruentia inter nomina partitionum in utraque re nummaria et agraria. *Punde-meta* proprie est mensura, portio agri unius ponderis vel libræ. Supervacuum est monere libram argenti variis locis et temporibus fuisse variam; adeo certi quid statuere haud licet. O.F.W. 399.

Frisii pondus suum, quantum ad monetam, dividebant in 12 uncias; itidem in mensura agraria *pundemetam* dividebant in 12 *uncias*, quamque unciam in 20 *penningas*. Itaque *pundemeta* tenebat 240 *penningas*, quarum quæque erat unius virgæ quadratæ regiæ, F.u. *konings-roede*. Quæque *einsa* in latitudinem porrigebatur ad unam virgam, in longitudinem ad 20 virgas regias; tenebat igitur 20 virgas quadratas regias, quæ duodecies multiplicatæ faciunt 240 virgas regias quadratas, i. e. unam *punde-metam*.

EKER.

Hæc mensura ad normam Romanam non primaria mihi fuisse videtur. Frisii veteres computabant agri mensuram quoque secundum ambitum, quem messor spatio unius diei demetebat; ex. gr. *dei-meth*, Ang. v. *days-math*. supra 636. Viget hodie *it mæd*, F.u. *it mad*, pundemeta sesqui-altera. Alias Frisiorum mensuras cum Frisiis nominibus suo loco indicabo.

Hodie omnes veterum mensuræ abrogatæ locum cesserunt ulnæ, cujus longitudo nititur nostræ telluris ambitu in partes exiguas diviso. Gal. *Le mètre est egal à la dix-millionienne partie de l'arc du meridien terrestre. Pundismata* = □ $36^2/_5$.

EITE, n. p. v. unde n. patron. *Eitema*, *Eitsma*. *Ite*, n. p. v. *Itens*, nomen vici in pago Hennaerderadela, proprie *Itenhus*, domus *Itæ*.

eike, eik, n. p. f. F.b. Amr. Joh. 18.

EK, ÆK, F.o. vomica parva digiti dolorosi. Stür. Ags. *ece*, *æce*, dolor. Nl.v. *Eck*, pus, sanies; *ecken*, exulcerare. Kil.

EK, adj. F.v. quisque, ex *elk*, F. *elts*, ut Ang. *each* ex Ags. *ælc*. L ante K elidunt Ags. *hvelc*, *hvylc*, qualis, Ang. (hwych) *which*, F.v. *hwelik*, *hwelk*, *hwek*, *huk*, (hwolk) F. *hwok*, *hok*, *hokker*; F.v. *sulik*, *salk*, *solk*, talis, F. *sok*, *sokke*; F.v. *sellik*, *sulik*, *sulk*, F.u. *sük*, *sükke*; Ags. *sulic*, Ang. *such*. — F. *sa wô'k nat*, ex *sa wol ik nat*, haud ita volo. *Asthe swyste sik it sisse*, pro *scil ik it sisze*, si taces dicam, F.u. *sa'k 't segge*, pro *sal ik 't segge*.

EKEL, ÆKEL, F.o. Harl. nepos. Stür. Absque *n* in Hd. *enckel*, talus, nepos. Confer F. Nl. *ankel* cum Isl. *ökul*, talus, malleolus, *ökli*, Egil. F.v. *kni*, *kne*, genu, gradus consanguinitatis.

EKER, IKKER, cg. pars agri inter duos sulcos marginales, Frisice *greppels*, in quos aqua pluvialis defluit; Nl. *akker*, m. totus ager, Sax.v. *accar*, m. Gothi *akrs*, m. ager cultus, ἀγρός. F.v. *ekker*, m. ager, pl. *ekkeren* et *eckerar*. Vetus Grammaticus F.v. *ecir*, pl. *ecirs*, et *eceren*, G. J. II. 4. Hodierni F. pl. *ekers*, *ikkers*, exceptis Hindelopensibus, pl. *ékren*, ut *leplen*, cochlearia, F. *leppels*, Nl. *lépels*. Ags. *acer* et *æcer*, m.

Digitized by Google

EKER.

in genere ager, juger, pl. *æceras*, jugera. Si *æcer* ut prædicatum in compositis notatur accentu, duplicatur Ags. *æ, æccer-man, æccer-ceorl*, Nl. *akker-man*, rusticus; Nl. v. *akker-keerle*, idem. *G* non duplicatur in formis primitivis. Gr. *ἀγρός*, Lat. *ager*, unde Frisii recte *êker*.

Frisii porcam in horto, vel in agello olitoris, vocant *bæd* (lectus) Ang. Nl. *bed*, Lat. *pulvinus*, qua voce Nl. v. addita distinctionis gratia *acker*, usurpabant de agrorum porcis, „*acker-bedde*, j. *bedde* porca." Kil. Nl. *bed*, F. *bæd*, pulvinus in horto olitoris, ellyptice dicitur pro Ags. *vyrt-bed*, (herbæ lectus) pulvinus (olitorius).

Frisii dividunt agros, sive aratro obnoxios adeoque frumentarios, sive prata, in porcas plerumque oblongas, et ita leniter convexas, ut sola aqua superflua in sulcos laterales (F. *greppels*) defluat, ne nimio defluxu humus exsiccetur vel nimia pluvia maceretur. In sola Scotia similem pratorum conformationem vidi. — *Di poepen lisze di finlânen nat op ikkers*, theotisci prata non in porcas distinguunt.

Arvorum porcæ angustiores sunt quam pratorum, quare illæ vocantur *smelle ikkers* vel *bouw-ikkers;* hæ autem *bréde ikkers* vel *greide-ikkers;* dicuntur etiam *lytse* (parvæ) et *greate* (magnæ) *ikkers*, porcæ. *Wærom leit dy finne op smelle ikkers? Omdat it bouwlân wæst is*, quare hujus prati porcæ tam latæ sunt? Quod fuit arvum. Inde adjectiva *breed-ikkerich lân*, latis porcis ager; *smel-ikkerich*, angustis porcis (ager); *roun-ikkerich lân*, porcis solito globosioribus ager; *plat-ikkerich lân*, ager porcis solito planioribus.

Utrarumque porcarum forma in planum universe est oblonga, quæ fere quadrat cum figura Anglorum *acre*, de qua Johnsonus, *A quantity of land containing in length forty perches and four in breath.*

Phrasis. *Hy lit Goads wetter oer Goads eker rinne*, socors futuri casum cæcum se et suos regnare sinit. Alias *Hy lit Goads wyn oer Goads lân waye.*

bean-ikker, cg. arvi porca ferens fabas. Hodie quædam prata *di bean-ikker*, F. u. *de boonakker*, audiunt, quod olim fabas, quabus Frisii se maxime aluere, reddebant. Ex. gr. Gemeente Ee Sect. A. N° 696, 704.

bouw-ikker, cg. porca arvi.

even-eker, F. v. æquata agri planities. *Alle weruar motma leia even-eker*, omnium fundorum solum vicinis æquandum est.

weid-ikker, cg. prati porca.

ekerje, ikkerje, vb. a. planitiem agri dispertiri in porcas oblongas, quarum sulci desinunt in fossulas aquarias, F. *lân-sleâtten, sleâtten*, Nl. *sloten.*

op-ékerje, op-ikkerje, vb. a. porcas agrorum planas in medio cumulata terra paululum glomerare. Inde Calepinus, Dict. „porca, *verheven aerde tusschen twee voorens, een bedde van aerde*, terra elata inter duos sulcos. Ang. *a ridhe betweene twoo forrowes.*" p. 22. Nota bene Ang. v. *ridhe*, porca, qua voce carent glossaria Anglica. Proprie notat solum extundum sive globosius, Isl. *rit*, pelta, clypeus, arcus. — Scotis veteribus *rigges* erant agrorum porcæ. Frequentabant quoque *a rygge of land*, porca, semita elevatior per agros. Ags. *hrycg*, dorsum; Nl. *berg-rugh*, Lat. *dorsum montis*, jugum montis. Ang. *ridge*, dorsum; *ridge of hills. Ridge*, sulci margo; *Wheat must be sowed above furrow fourteen days before Michaelmas and laid up in round high ridges.* Mortimer. Jun. Et. *rig.* Douglas, f° 196, 6, *quhare thou thy riggis telis for tho saw.* Jamieson *Rig.* — Tropice, altius repetere res præteritas, ut *ophelje*, in altum tollere, figurate, renovare memoriam. *Mem ekkerre alle âlde dingen fen heit syn jonkheit op*, mater recolebat omnia e patris juventute, altius arcessebat.

EKERKE, n. (êkerke) conulus acupictus lineus pendens de angulo sudarii, glandulæ quasi specie. Diminutivum st. *eker*, idem, ex *aker* q. v. p. 74. Confer F. u. *ekkel*, glans, et Skt. *agra*, cuspis, Germanice *akra*, F. *ierd-aker*, Nl. *aerd-aker*, lathyrus tuberosus, proprie acuminata poma subterranea, forma fere glandis, quare apud Hollandos quoque audit *aard-eikel*, glans subterranea. Hall, 63. Et propter radicem tenuem formâ caudæ murinæ. Sax. n. *eerd-müeskes*, Nl. *aerd- muisjes.*

EKKE.

EKKE, n. p. v. per apocopen pro Ags. *Ecgfrith*, n. p. v. gladii protectio, securitas.

Digitized by Google

EL.

EL, n. F.b. callum. Joh. 101. Ags. *il*, m. F. *îl*, n. Nl. *eelt*. Jungere fere solent *îl ind swaerd* in phrasi, *It saechfyljen giet iên* (jin) *throch îl ind swaerd kinne*, qui serram acuit cruciat aures. Jungebant et F.v. voces binas, *tui se il ind swart fon farendum and fon fretma. Swart*, cutis spissa, F. *swaerd*, cutis porci, Nl.v. *swaerde* idem. Kil. Hol. *swoord*, idem. Ags. *sweard*, idem, cutis porci cum setis, cespes graminosus, gramen. Nl.v. *swaerde van den hoofde*, capitis cutis, quæ est notio F.v. *sward*, ut *îl* callum plantæ pedis. Richth. Rechtsquellen, p. 246, 214. Ags. *il*, callus, cutis spissa plantæ pedis. Jun. Et. *sword*, *swerd*.

ELBE, ELWE, cg. fluvius Saxoniæ ostio Holsatiæ et Hanoveræ intermedio. Angli Shetlandi *elb*, aqua; *i da elb*, in aqua. Isl. *elfr*, f. amnis, fluvius, nomen commune plurium fluminum, quæ prædicato inter se distinguuntur. Isl. *saxelfr*, fluvius Saxonum *(Saxar elfr)* F. *Elwe* igitur ellyptice dicitur. Isl. *Raum-elfr*, fluvius Romorum, hodie *Glommen* in Norvegia; *Gaut-elfr*, Gothorum flumen; *Far-elfr*, cæt. Egilsson in vocibus.

elf, Frisiis Bor. ut Suethis nomen est appellativum, notans flumen; aqua fluens, apud incolas collium littoralium vel insularum *(Hallingen)*, vadum fluens per contiguum continentem, *de eelf*. Outzen 60.

ELBERICH, n. p. f. *Elberich*, n. p. v. an. 1090. Först. I. 60. Gothi in Italia reliquerunt n. p. v. *Albarik* sec. 10. *Albrich* in vita Liudgeri, *Aluerik* Freckenhorst, nomina propria virorum. Forte Alforum ope potens?

mâl-elberich, vesana, stulta Albarica. Puella cum lascivit, proterva est, hoc dicterio notatur; in antiquiore Warnsæ idiomate valet de viri deliramentis, Gal. *excentricités*. Quid si hæc notio alluderet ad *alvos*, mulieres exemtilibus oculis, lamias, Ang.v. *elfe*, lamia, venefica; *elfes*, dæmonioli, unde Nl.v. *Alue*, *alf*, incubus, faunus; *aluinne*, lamia, larus; *aluen*, larvam agere; ludere, nugari, jocari; insanire; *aluerije*, præstigiæ, ludus, jocus; insania, stultitia. Kil. In mythologia gentium affinium celebratur alforum rex *Alberich*, *Elberich*, cui multæ montes et valles erant subditæ. Grimm. Mithol. 1ª ed. 421.

ELINDE.

ELDE, f. F.v. senectus. Ang.v. *elth*, *eld*, Nl.v. *oude*, idem, F.v. *jelde*, Jur. I. 94, ætas (hominis), F. *jeld*, senectus, ætas virilis. Præponitur *j* ante Isl. *ellda*, ignem facere; F. *jeldje* comburere, ardere. F. *Elke*, n. p. v. *Jelke*, idem. *Elger*, fuscina, *Jelger*, idem. F.v. *Elne*, *ielne* ulna, F. *jelne*, cæt.

ELDER, ALDER, n. F.v. parens. nom. *ieldera* (jeldera), *alder*, *aldera*; gen. *elderes*, *elders*. Plur. n. *alder*, *ieldera* (jeldera) *ielderen* (jelderen), gen. *aldera*, *eldera*, dat. *elderon*, accus. *alder*, *aldera*.

elder, F.v. in genere parens, tum mater, tum pater; *hwersa thet alder syn kind forthliwat*, sicubi parens suo infanti supervivit; *syn* non patrem solum, sed et matrem attinet, adeoque ambos, ut F. *as 'n ôlder syn bern forlibbet*, si parens (in genere pater et mater) suis liberis supervivit.

alder, pl. parentes: *ielderen* (jelderen) idem. F. *ôlders* (åders) idem.

alda-féder, m. F.v. avus. F. *oârreheit*, (alter pater) idem; F.v. *aldramoder*, *alde moder*, f. avia; *aldmoer* et *audmoer*, Jurisprud. F. *oârre-mem*, ellyptice *oârre*. Pro *oârre-heit* quoque valet *pake*, et *beppe* pro *oârre-mem*. Ags. *eald-father*, avus. Nl. *grootvader*, Gal. *grand-père*, inde mixta vox Ang. *grand-father*. *Alde-moar* adhuc pro „avia" valet in notione digiti medii. F. *Luze-knipper* (pediculorum occisor) pollex. *Potike-slikker* (qui ollam elingit) digitus index. *Alde moar*, (avia) digitus medius; *bæste-moar*, idem, unde Nl. *besje*, vetula. *Fingerling*, vel *gouden ring* (annulus aureus) digitus annularis vel medicus, Ags. *læce-finger*; *læce*, hirudo, medicus. *Lytse-pink* (parva cuspis) digitus minimus, B.L. *auricularis*, Ags. *earfinger*, idem. Confer supra *âld-moar*, p. 70.

ELGER, n. p. v. Supra *alger* 83. Ang.v. *Algar*, n. p. v. Lower I. 26.

ELINDE, cg. miseria, proprie exilium, quod antiquis temporibus propter mutuum gentium odium, periculi et miseriæ erat plenum. Nl. *ellende*, idem, Ags. *elland*, n. terra peregrina, F.v. *ellend*, *îlend*, *ililend*, n. idem. *An elende senda*, in (terram peregrinam) exilium mittere; *aen ellende sin*, peregre esse. *Land*, terra, n. *el-land* quoque neut. generis, quod postea degeneravit in fæm. Nl. *de*, *der ellende*; Neerl.v. ta-

Digitized by Google

men n. *dit ellinde*, St. Machtelds visioenen.

Ex *ali* (G. *alja*, *aljis*, alius) Alam. *ali-lanti*, per apocopen est *al* et *el*, quod *ali* accentu corripitur. Sax. v. *elilendi*, F. v. (eli-) *ililend*, terra peregrina, *el-lend*. *Elinde* (ê-linde) non est ex *ellende* sed *ili-lende*. Prov. *Prunkjen sunder jild is blinkjende elinde*, splendide vivere in re angusta domi splendida est miseria. Fig. *elinde*, quærimoniæ de miseria, tum ficta, tum vera; *Beppe het 'n bulte elinde oer di djûre tîden ind di oerdwealscens fen it jongfolk*, avia non cessat queri de annonæ caritate et lasciva juventutis petulantia.

elendich, adj. F. v. extorris, exul. F. *elindick*, miser; *'n elindige keerdel*, homo molestus, sive quod alios suis jocis ludibrio habet, sive alio modo exercet; haud dicitur sine quadam benevolentia. Sic matres de puero protervo dicunt, *It is 'n elindige junge!*

ellendechêd, f. F. v. (posterioris ævi) miseria morbi. *Wr syn ellendicheed schel ma' barmherticheed habbe*, miseriæ sacerdotis morbo afflicti, sontis licet, misereri oportet.

Confer Ang. Northumb. *ell-mother* (alia, aliena, extranea mater) noverca quippe sæva, immitis, cruda. J. T. Brockett. In ed. 2ª filius W. E. Brockett *ell* dérivat ab *eld* in Ags. *eald-mother*, avia, quam causam, falsam licet, approbat Halliwellus scribens *eld-mother*; hunc autem descripsit Wright.

ELIVE, adj. F. v. mortuus, Lat. *ex-animis*, Nl. *levenloos*. Ex. *a* priv. et *lif*, corpus, vita, Ang. *life*, vita; Ang. v. *live-less*, hodie *life-less*, Ags. *lif-leas*. Confer *e-bete*, sine mulcta; *e-felle*, depellis; *e-frethe* (absque protectione publica) proscriptus; supra *elinde*, cæt.

ELK, n. F. b. Amr. martes, Joh. 7, Sed cæteris *elk* est B. L. *equicervus* animal boreale e genere cervorum, cujus notitia cum nomine Germanico *alces* ad Romanas pervenit. Ags. *elc*, *elch*, Isl. *elgs-dyr*, n. *elgr*, m. alces mas; *ilgia*, f. alces femina. Ang. *elk*, Nl. *êland*.

ELKER, forma gen. *elkers*, *ielkers*, adv F. v. Alias, alioquin, cæteroquin. Sax. v. Ags. Nl. *el- eli-* in compositis, alibi, alio; Sax. v. *elcor*, alias; Ags. *ellicor*, alibi; *elcor*, alias; *ælcor*, cæteroquin, alibi, excipe. — *Hwaso deer ielkers ingeet, dî is dae grewa schieldick twa pond*, Nl. *Wie daer anders ingaet*, quisquis cæteroquin (præterea) intrat, debet comiti duas libras, O. F. W. 61. *Ielkirs haet hya nates wald oers dan her ayn ledena*, illa cæteroquin non habet aliud imperium quam in suæ ipsius membra, O. F. W. 188. *Nemmen ielkers*, cæteroquin nemo, Nl. *niemand anders*, Nl. v. *niemand el*. *Jelkers* et *jelkis*, cæteroquin, præterea, Chart. 536, a. *ielkers*, O. F. W. alioquin, *ielkirs*, alibi, O. F. W. 362. *ielkars*, 350, alibi. *Jef jelkers swere zakke*, Nl. *of andere zwaerwichtige zaken*, Gab. 29. *Ende jelkers gersfalliga lyae*, et cæteroquin abscissa membra, Gab. 87. *Ende wy mey toe al sulke byfestinga ney wz gueden toedwaen, gelyk jelkers een burger en meenteman der sted forss*, Nl. *en wij mede tot sulke bevestiging naer ons besten toedoen* (te helpen) *gelijk anders een burger en gemeenteman van voorschreevene stad*. Gab. 96.

J in *jelkers* et pluribus aliis vocibus non est litera absoluta, quæ præponitur, sed ex alia litera, quam excipit, orta, adeoque non per epenthesin, ut grammatici vulgo censent, sed per antithesin in locum vocatur. Luce clarius est in *jefte*, donum; *jild*, pecunia, *jister* sive *juster*, heri; *jitte*, fundere; *jit* vel *yit*, adhuc, *j* excipere *g* in Nl. *gifte*, *geld*, *gister*, *gieten*, Ags. *get*, *git*, Ang. *yet*, similibusque. In *jelkers* vero *j* stat pro *i*: *é* enim Frisii sæpe mutant in dipthongum *ie*; ex. gr. Ags. *æl*, anguilla, Ang. *eel* (iil) F. *iel*; Nl. *één*, unus, F. *ien*; Nl. *been*, os, F. *bien*; F. u. *deen*, factus, F. *dien*; Sax. n. *geet*, it, F. *giet*; F. b. mutant *éath*, juramentum, in *ias*, Joh. 103. Cf. infra *éth*. F. b. *eesk*, cinis, (iesk) F. *iéske*, *yiske*, *jiske*, Outzen. cæt. Eodem modo ex Ags. *ælcor*, *élcor*, oritur F. v. *ielkers*; processu temporis *i* transit in *j* ut *u* in *w*, quare posteriores scribebant *jelkers*. *J* tamen non accurate indicat sonum primarium, qui intermedius est inter *i* et *j*, et contrahitur ex *ije*, qui est valor F. *y*. ex. gr. in *yet*, adhuc. Sonus consummatus literæ *j* tandem in ultima linguæ explicatione prodit. Mone (Niederl. volkslit. 385, 386, 388) citat formas vocum Frisicas, quales sunt *jel*, anguilla, *jépen*, apertus, *jen*, unus, *jerm*, brachium, quæ in Frisia nostra nuspiam et nunquam auditæ

Digitized by Google

sunt. *I* in *iepen*, *ípen* ex antiquiore *épen*, non movetur. *I* in *íel* et *íen*, quamdiu monosyllaba sunt, manet; movetur cum bisyllaba fiunt. Addita terminatione dimunitiva *-ke* vel plurali *-en* voci *íel*, vel *-ling* voci *íen*, themata *íel* et *íen* accentu tanguntur, quo sonus ex *i* promovetur in *é*, et *i* positione debilitata fit *j*; ergo *jellen*, *jillen*, anguillæ, *jilke*, parva anguilla; *jenling*, *jinling*, unigena, *jinnickste*, unicus. Simili modo ex *íarm*, brachium, pl. *iármen*, fit F. b. *jarmen*, F. *jermen*. Ex *eálder*, parens, *eálne*, ulna, fiunt *iálder*, F. v. *jelder*, *iálne*, *jelne*; ex F. v. *enich*, (ienich) *iénick*, *jenich*; Ags. *eov*, proh! (ióuw) F. *jòu!* ex F. v. *eo*, Nl. *eeuw*, F. *ieuw*, F. v. *iówich*, *jowich* æternus. Hujus explicationis centena mihi præsto sunt exempla. Consule Richthof. in voce *elren*. *Ien* manet *ien* quamdiu numeralis „unus" est vel articulus indefinitus *τίς*; fit tamen *jin* cum indicat relativum „se." Prov. *Twa wite mear as íén*, in re dubia si consilium exquiris duo sciunt plura quam unus. *Men matte jin selme kenne*, Nl. *Men moet zich zelven kennen*, nosce te ipsum. *Ien* (vel *'n) wiif is ien foroarlik ding*, semper mutabile femina.

ELLE, adv. F. v. prorsus, omnino. Ex *alle*, omnis, totus. Nl. *alle-heel*. F. v. *Elle blind*, Ang. *all blind*, prorsus cœcus. Nl. *stéke-blind*.

elle-heel, adj. F. v. *en elle-heel skilling*, integer scillingus. F. *'n héle scelling kostet my dat bókje*, libellus iste mihi haud minus integro constat scillingo. Nl. *Eene algehele omkering van zaken kan haer beslagh niet in énen dag krijgen*, novæ prorsus res non uno creantur die.

elle-heel, adv. F. v. *Islet hus elle-heel behalden*, F. *is it hús alle-heel behálden*, domus si tota est salva.

el-mênte, m. F. v. respublica campestris cum agris juribusque communibus, Nl. „*gemeynte*, *ghemeente*, commune, communis respublica; pascuum commune." Kil.

el-le-mode, elemode, F. b. pars communis agri, quam possessor ut suam portionem suo junxit prædio, licet a communitate separare nefas est, quippe tributiarium solum universitatis. Outzen, 50. F. u. *maden*, pascua fenaria; F. *mieden*, idem. Nl. v. *maede*, Nl. *modder*, cœnum.

elle-machtich, elle-mechtich, adi. F. v. omnipotens. Amstelodamenses *allemachtig*, Ags. *æll-mihtig*, *el-mihtig*, Ang. *the almighty God*, Nl. *almachtig*. — F. u. *Jan stap-almachtig*, qui pleno eoque superbo tendit gradu, qui magnifice se infert gradiens.

el-métha, respublica campestris. F. *meth*, *med*, pensum messoris unius diei; *meth* mensura agri pascui. Nisi proprie conventus publicus, ubi disputant, sermocinantur de commodis universitatis. Gothi *mathljan*, publice orationem habere; *mathl*, orationis locus, forum. Ags. *methelian*, sermocinari; *methel*, sermo; *methel-ern*, locus concilii, curia. Nl. v. *mael*, conventus juri dicundo deputatus, B. L. *mallum*. Hæc si vera est causa, *el-methe* proprie est conventus, in quo deputati totius tribus sermocinantur, disputant de commodis publicis.

ELLE, JELLA, JELLE, n. p. v. Ags. *Ella*, idem, rex Northumbriæ, Ragnari Lodbroki occisor. F. *Elle-son*, *Elle-sin*, *Elles*, filius Ellæ, nomen patronymicum, Ang. *Elli-son*, *Elson*, *Ellis*, n. patron. Corrige Lowerum I. 167. Ags. *ellen*, n. vis, virtus; *ellen-læca*, pugil; *ellen-rof*, potens; *ellen-vodian*, æmulari. Isl. *el*, n. procella; *el klakkar*, procella bellonæ, pugna. *Ellen-dun*, Ags. urbs Angliæ (Ellæ mons.) *Ellen-sléat*, cg. fossa in vicinia villæ meæ Westerend prope a Workumo.

Nomina propria Germanorum genuina respuebant in baptismi ritu sacerdotes Romano-Catholici, quippe ex paganismo ejusque ingenio oriunda. Mutabant itaque nomina patria in ea nomina sanctorum ecclesiæ Romano-Christianæ, quæ sono proxime ad genuina accedebant. Angli tamen non permittebant proavorum nomina mori tota, quorum magnum numerum ad nomina patronymica, in quibus vitam vivunt immortalem, relegaverunt. Sic Ags. *Ælmer*, n. p. v. transiit in Ang. *Elmer*, n. patron. (pugnæ impetu clarus?) F. *Jelmer*, n. p. v. — *Ælmod*, n. p. v. in Ang. *Elmod*, n. patron. — Ags. *Ælard*, Alam. *Elrâd*, F. *Eilert*, n. p. v. in Ang. *Elard* n. patron. — F. *Ele*, *Eelke*, *Eeltsje*, n. p. v. *Ele-son*, *Ele-sin*, *Eles*, Elæ filius, Ang. *Elson*, n. patronymicum. *Ellis*, *Elles*, *Ells*, *Els*, idem. Cf. Lower's index of surna-

Digitized by Google

mes, II. p. 218. — *Eelke-son*, *Eelke-sin*, *Eelkes*, Eelconis filius. Ang. *Elkinson*, *Elkins*, n. patronymica, et centena alia. F. *Eelk*, n. p. f. *Eelkama*, n. patron. F. b. *Eelkan*, *Eelke*, n. p. f. Amr. Joh. 18. *Ele*, *Eale*, n. p. v. *Ela-hüzen*, vicus prope a lacu Hegensi. Cf. Goth. *Agila*, *Egila*, n. p. v. Sax. v. *Eila*, idem. Ags. *Ægele*, n. p. v. F. *Igele* (igele hirdholle) id. Ags. *Ægeles-ford*, hodie Ang. *Ayles-ford* vicus in ripa fluenti Midway. F. *Aile*, *Eile*, n. p. v. (Ags. *ege*, timor, timendus?) Först. I. 22.

Nihil etymologo proprius ad manum est, quam diversas ejusdem nominis proprii formas apud Anglosaxones et Frisios ad eandem communem reducere fontem. Anglosaxones jam incipiebant sua decurtare nomina propria, qualia *Torhthelm* in *Totta*, F. *Totte*, Wass. II. 131. *Sigifrith*, in *Sieggа*, F. *Sikke*, Wass. 127, nisi ambæ formæ stent pro Ags. *secge*, bellator; *Eadwin* in *Eda*, F. *Ede*, Wass. 101; *Ælfwine* in *Ælle*, F. *Elle*, Wass. 102. *Sæbyrht* in *Saba*, F. *Sape*, Wass. 105. Notatu autem dignum est, in historia citari tantum procerum nomina, neglectis nominibus, quæ inter plebem vigent; hæc si ex utriusque gentis usu novissemus admirandam similitudinem detegeremus. Poeta Anglus Gowerus narrans seditionem quandam *(Wat Tylers insurrection)* citavit homines e plebe, qui primas agebant partes. Exemplo sint versus sequentes,

Watte vocat, cui *Thoma* venit, neque *(Symme* retardat,
Bat-que, *Gibbe* simul, *Hykke* venire (jubent.
Colle furit, quem *Bobbe* juvat, nocu- (menta parantes,
Cum quibus ad damnum *Wille* coire (volat.
Grigge rapit, dum *Davie* strepit, comes (est quibus *Hobbe*,
Larkin et in medio non minor esse (putat;
Hudde ferit, quem *Judde* terit, dum *(Tibbe* juvatur,
Jacke domosque viros vellit, en ense (necat," &c.

Lower I. 159.

Hæc nomina in ore populi, qui vitat sesquipedalia verba, perdiderunt partem finalem, et deinde per solitas literarum inter se permutationes in has migrarunt formas. Quod autem mireris, hic exitus apud utramque gentem fuit idem propter conformationem organorum loquelæ in ambabus ejusdem stirpis gentibus eandem. Lege sequentem comparationem, et ipse judica. Omnia nomina Frisica, quæ laudo, in hodierno vigent usu, sed ea cito e catalogo Wassenbergii, autoris gravissimi, ut hujus autoritate omnem fictæ vel distortæ formæ suspicionem a me removeam.

Watte. F. *Watte*, Wass. II. 132. *Watse*. ib. —— *Thema*. F. *Tjomme*, 131, cum *Thomas* nihil habet commune. —— *Symme*. F. *Simme* 127. —— *Bat*. F. *Bate*, *Bade*, 97. Lat. *Bato*, *Batavus*. —— *Gibbe*. F. *Geb*, *Gebbel*, *Gebke*, 175. —— *Hykke*. F. *Hycke*, 176. —— *Colle*. F. *Calla*, 173, unde nomen vici *Collum* ex *Colle-ham*. —— *Bobbe*. F. *Bobbe*, proprie capito. Frisii et Angli aliquando maledicta e trivio arrepta mutabant in nomina propria. Inter Romanos florebat familia *Capito*. —— *Wille*. F. *Wille*, 183, plene Goth. *Vilianandes*. —— *Grigge* rapit. Ags. *grey* canus; Ang. *greyhound*, canis venaticus. Hol. *Gregerije*, n. p. f. —— *Davie* strepit. F. *Dauwe*, 178. Nl. *daven*, *daveren*, tremere. —— *Hobbe*. F. *Hobbe* III. —— *Larkin*. F. *Lurk*, 118, *Larch*, 177. F. *lark*, *larts*; *ljurk* alauda, Ang. *lark* ex Ags. *laferce*. Isl. *lafa* pendere in aere. —— *Hudde*. F. *Hudde*, nomen gentile Hollandorum; *Hidde*, n. p. v. *Hotte*, 112. —— *Judde*. F. *Jut*, *Jot*, 116. —— *Tibbe*. F. *Tyb*, 181. *Tyebbe*, 180, *Tjibbe*, 180. —— *Jacke*. F. *Jake*, *Jakkele*, 113. *Jocke*, *Jukka*, 115, 177.

ELLEFEN, ELEFEN-BIEN, n. ebur, (os elefantis). Nl. *elpen-been*, *ivoor*. Kil. *elefen*.

ELLEVA, ELLEVE, F. v. undecim. Nl. v. *ellif*, Nl. *elf*, F. v. *andlova*, *alvene*. F. *âlwe*, *ôlwe*, alibi *elwe*. Ags. *endlefon*, Sax. v. *ellevan*, Ang. v. *enleve*, Ang. *eleven*. F. v. *and-lova* pro *an-lova*, ut Ags. *end-lefan* pro *en-lufan*, ut probat Goth. *ain-lif*. F. u. *numero ellif*, olim insanocomium Snecæ, notatum numero XI; *Hy moet nar nummero elf*, navigat Antieyras, insanit. — Frisiorum numeri hoc ordine procedunt, 38 *acht-ind-thritich*, 39 *negggen-ind-thritich*, 40 *fjirtich*, 41 *iën ind-fjirtich*, F. u. *ien-ind-fiertich*, no-

Digitized by Google

autem *elf-ind-dartich*, (undecim et triginta), qua formâ Frisii rident nimis scrupulosam disceptationem vel fastidiosam agendi rationem. F. u. *Dat gaet dar alles op syn elf-ind-dartigs*, ibi res minimæ attente et tarde fiunt. Phrasis orta est e comitiis Frisiæ, ubi delegati 40 pagorum et 11 urbium summa accuratione et lento gradu de commodis reipublicæ agebant.

ELLEWETES, ALLE-HUETTIS, F. *oars-hwat*, F. u. *anders wat*, proprie, aliud quid; *as oars hwat*, ut aliud quid, i. e. omnino, prorsus. F. *di faem is sa thwang as oars hwat*, F. u. *it meiske is so mooi as anders wat*, virgo perelegant cultа est. F. v. *sa ni mey thiu stole ellewetes nawit ruogia*, (versio textus Lat. Barb.) „et stola penitus non accusabit." Lit. Brocm. Richth. 145. *Stole*, actor tribunalis ecclesiastici. *Ellewetes nawit*, penitus, prorsus non, nequaquam. Nl. v. *el*, alius; *iemand el*, alius quispiam. Ags. *ell*, alius. *Elle*, alius, ut in *ellinde* quod vide. Confer Nl. v. *ellers*, *el*, Nl. *elders*, alibi. Si *nat*, F. u. *niet*, reticetur, F. *as oars-hwat*, F. u. *als anders wat*, quoque notat „prorsus non." F. *Binne wy hjoed fry fen scoälle?* An hodie ferias habemus ludi literarii? Resp. *Ja*, *as oars hwat*, nequaquam. Idem significatur verbo *meye*, licere. *Hjoed binne wy fry fen scoälle*, hodie ludi literarii ferias agimus. Resp. *Ja*, *het mocht hwette!* Feriæ, si Dis placet!

el, Nl. v. *niemand el*, Nl. *niemand anders*, idem. *Ander*, alius, gen. *anders*, ut Nl. *recht*, rectus, *rechts*, dextrorsum.

elles, F. v. adv. alioquin, alias, cæteroquin; *el*, gen. *ellis*. Gothi *alis*, Ags. *elles*, Ang. *else*. *Hwa so da oderim een mes to-throght, jefte scot, jeft ellis scharp wepen*, quisquis *in alium jacit* cultrem vel *telum*, vel cæteroquin aliud ferrum acutum. Chart. I. 394, b. F. v. *trogha* Ags. *thragian*, *throgian*, Ang. *throw*, jacere. Richthofen male *trekka*, *trega*, p. 1093. *De redesluiden moghen vrbieda dobbelspil. De dar dobbelt vr dat bod der redesluiden, de vrberdt enen schilt. Item, der dat dobbelspil inne hald, also fule; ende dat to der redesluidene behófte, vetseydt thry dagen in den festelauent, ende thri dagen in da jeernarket, ende ellis alle bouerye, der de redesluiden vrbiddet, bi liker pine,*

Chart. I. 395, a. Ags. *inne*, n. intima pars domi, conclave, cubiculum domus; *innoth*, interiora et secreta, qualia cor, stomachus, uterus. Ang. v. *inn*, domicilium, Ang. *inn*, diversorium, Nl. *waer de reisiger inkeert*. F. v. *inne hálda*, Nl. *in huis*, *binnen huis houden*. F. v. *dobbelspil inne halda*, intra parietes suas recipere aleatores. F. *'n huske fen hâld-oan*, domuncula suspecta, ubi juvenes et puellæ alliciuntur ut amori furtivo morem geraut et comessentur. — Alea licita erat in hilaribus, quæ quadragesimale antecedunt; hodie Frisii alea ludunt circa tempus solstitii hiberni proposito premio quodam edulio, quale anser saginatus, lupus solito major, liba, cæt. *Ellis alle bouerye* cæteroquin omnis aleæ lusus a magistratu vetitus simili mulctæ obnoxius est. Nl. *boeuerije*, in genere nequitia, speciatim aleæ lusus. *Item*, *so en moet men geenerhande boeuerije doen hoger dan om vier scillingen*. Koeren ende statuten van Haerlem, van Oosten de Bruin, I. 176. Vide Kil. in *boeuerye* et notam.

ELLINDE, eg. miseria, proprie exilium. Vide *elinde*. Nl. v. *ellendighen*, vb. a. (in aliam i. e. peregrinam regionem mittere) in exilium mittere. — Nl. v. (elwerts) *ellers*, hodie *elders*, Ags. *elleshwar*. Lat. *aliorsum*, Gal. *ailleurs*.

ELLORN-BOEM, m. W. o. sambucus. E. I. 365. Ags. *ellaro*, idem, pleonastice Ang. *elder-tree*. Sax. l. *ellorn*, Ditmarsi *elkorn*, F. o. Harl. *elhörn*. — Alam. *holantar*, Hd. *hohlunder*, Nl. v. *holentere*, *holler-tere*, *holder-tere*, (Nl. v. *tere* arbor, Ang. *tree*) *holder-boom*, idem Kil. — Nl. v. *vlieder*, hodie *vlier*, *vlierboom*, sambucus. F. *flier-beam*, Hd. *fliederbaum*. Sambucus quaquaversum in tractu littorali Frisiæ floret et obvia est, licet ventis sævis e mare surgentibus, qui cæteris arboribus infesti sunt, quotidie obnoxia. Incolæ floribus excitant sudorem et curant catharram in patria humida et uliginosa frequentem. Veterum superstitio sambuco tribuebat vires magicas utiles ægrotis, ejusque affinitas cum mythologia patrum veterrima nos de vera ambarum vocum causa celat. Sambucus veteribus Frisiis erat arbor sacra, sub cujus tegmine mortuorum suorum ossa tuta censebant. In quoque cimæterio cavea est lapidea

Digitized by Google

templo vel templi turri contigua, quæ tenet mortuorum ossa adumbrata a sambuci florentis frondibus. Præter notas sambuci vires superstitio veterum ferebat corticem rami sambucei ab imo ad summum degluptum movere vomitum, e contra a summo ad imum degluptum purgare alvum. Naturæ vel potius creatoris naturæ privilegio fieri credebant, quod arbor tam salutifera, in ipso littoris vicinio, ubi venti marini cæteras arbores supprimunt, læte luxuriabat.

Ang. *Adelard*, n. patron. olim nomen proprium. Low. I. 150.

ELMISSE, IELMISSE, f. F.v. stips. F.b. *elms*, f. Bend. 4. Ags. *ælmesse*, f. Ang. *alms*, Nl. *aelmoes*. Ex voce ecclesiastica ἐλεεμοσύνη. Supra *almis*, 93.

ELNE, f. F.v. ulna, mensura, proprie, ulnæ longitudo. Membra hominis homini erant mensuræ primæ; quales, *digitus*, *pollicaris crassitudo*, *spithama* (Nl. *span*) *cubitus*, *ulna*, *pes*, *passus*, *palma*, *palmarius*, *palmipes*. — *Ielna; om da ielna is dat selve riucht*, Scot. 102, b. *falsche yelna*, ulna adulterina, Chart. I. 349. Lat. *ulna*, Ital. Hisp. *alna*, Gal. *aulne*, *aune*. F.v. *elna* et *jelna*. Ex F.b. *ealne*, accentu posito in *á*, est *eálne*, et *e* in *i*, *á* in *é* transiente, *iélna*, *jelna*. Exemplis scatet lingua F. *péal*, pl. *peállen*, *pjellen*; *kéal*, *keállen*, *kjellen*; *béam*, pl. *beámmen*, *bjemmen*. Pro *eálne*, F. austr. *(eólne) jólne*. *E* fonte Græca ὠλένη fluxit Goth. *áleina*, *alleina*, ulna.

Di kóp is my nin jelne lang, tricarum, reluctationis sum impatiens, hodie morosior sum. *Narje di man net; di kóp is him nin jelne lang*, ne lacesse hominem iræ impatientem. Cupido expilatus, *Mey eyn jelne wird ick metten*, *Dear ick elckom mey uwtmiet*, G. J. 32. „ *Ick* (hab) *die ielne te faack mieten*," Burm. 35, toties eam ulnam mensuravi ut accurate ejus noscam longitudinem, i. e. virum sæpe expertus nosco ejus indolem.

el, F.o. ulna, mensura. *ón Freeske el is met di Brabantske el eynrlei*, C. M. p. 97. *El*, sensu proprio ulnæ, F.o. *el-bágen*, Nl. *elleboog*, cubitus, F. *eármtakke*, ib. 25. — *ón*, Ang. *one*.

ELS, cg. subula, qua cerdones inter suendum calceos perforant, ut filum transmittant et soleam corio constringant. Ags. *æl*, Ang. v. *elsin*, *elsen*. Ags. *awl*, Ang. *awl*. *Hja is sa scerp as 'n els* (subulâ acutior) mulier amara, sentiosa est.

ELS, cg. alnus. pl. *elzen*.

elzen riis, sarmenta alnea.

ELSE, ELSE, n. p. v. *Elske*, n.p.f. *Elsinga*, n. patron. Ang. *Elsynge*, n. patron. Vide supra *Ealse*, 827.

ELT, adj. W.o. robustus, corpore sanus, vegetus. E. I. 91. Isl. *eljar*, f. vis, robur, constantia, Egil. 183.

elte, adj. F.v. vegetus. *Élte and sund*, vegetus et sanus. F. *Jelte*, n. p. v. Ang. *Ellet*, n. patron.

elte and sund, F.v. W.o. *Élt un sun*, integer virium et sanus. Nl. *krachtig en gezond*, F. *fleurich ind souw'*.

elte, n. p. v.

ELTS, adj. unusquisque. F.v. *ellic*, Ags. *ælc*, Nl. *elk*. F.b. permutatis liquidis *l* et *r*, pro *elk* habent *erk; ark*, *arken* pro *elk-ien*, et *arken-an* pro *elken-ien*. Outzen. *Ellik* stat pro *allic*, ex *al* et *lic*, ut F. *like-folle hwa*, simile est, i. e. eodem redit, quis omnium. Inde *elts*, quisque, separatus a cæteris omnibus. *Al* stat pro gen. plur. *allera*, *aller*, F.v. *allera-lyk*, *aller-lyk*, quisque. In constructione hæ duæ voces compositæ separantur; ex. gr. F.v. *allera iera lyk*, quoque anno, proprie, non differt quo anno; *allera meta lyk*, quæque mensura, F. *like folle kwat mjitte*. Elisione liquidæ *l* ante gutturalem cons. *k*, *elk* fit F.v. *ék; aller eeck* O.F.W. 340: *éch*, Ang.v. *eche*, Ang. *each*. F.u. *sükke*, Ang. *such*, F. *sokke*, Nl. *sulke*, ex *su-lic* et *so-lic*, talis. F.v. *kwelik*, *kwelc*, *kwek; kok*, *kuk*, quilibet, F.u. *kük*, *kükke*, F. *kòk*, *kòkke*, qualis.

Prov. F. *Elts it sine den kriget di díwel neat*, si cuique suum, nihil restat malis. *Elts hat noach oan syn eigen*, quisque vitiorum suorum satagit, ne reprehendat igitur aliorum.

elts- vel elk-ind-ien, quisque, omnis homo, Nl. *elkéén*, Ang. Cumb. *elcone*, quicumque. F.v. *ec*, quisque, Ang.v. *ech*, Inwyt *ech-en*, Nl. *elk-één*. F. *Ha je hundert goune foár my to lien? Ik bin krap by jild; mar dou biste elts-ind-ien net*. Visne mihi commodare centum florenos? Fere non sum in nummis; sed unus e multis mihi es divinctus; habebis.

Digitized by Google

elts-oar, se invicem. *Eltsoár it nyjier nat áfwinne*, alter ne alteri præripiat commodum justum; ne mihi fucum facias. *Helpje elts-oar ind Goad scil jimme helpje*, succurrite vobis invicem, et Deus vobis succurret. — Phrasis e trivio, *Hja scite yn tén poat, ind drage it mei eltsoar uwt* (cacant in eodem lasano et uniti exportant stercus) conspirant uniti. F. v. *other, oder, or*, alius. Ang. *each-other*. Nl. *ander, aer; elk-ander, elk-aer*.

by eltsoar, juncti, congregati; *mei eltsoar*, omnes simul vel associati; *tsjin eltsoar*, invicem divisi, ut Nl. *by, met, tegen elkander*. F. v. *elc-oderem, elk-oedemen, elck-oemen; elkerlyk-orem. Elck mey orem, elck mey oemen; oemen* elisa *r* ex *oer-men, oar-men*. — *Jouw my fjouwer fearnen tabak. By eltsoar? Né, by fearnen elts apart*, Nl. *Geef mij vier vèrels tabak. Bij elkander? Neen; ieder vèrel afzonderlijk*.

ien-oar, idem quod *elk-oar. Hâld ien-oár* ('n oár) *fæst, ind jimme scille nat falle*, jungite manus et vincetis. Plene *di éna den oeder*, Gabb. 30. Chart. I. 341. b, infra. Hindelopenses utramque frequentant formam. *ékem*, dat. ex *éc*, Ang. *each*, quisque, F. v. *allera londa ékem sin riuchi* omnium pagorum cuique suum jus. F. v. *En-orm*, F. *ien-oár* (enoár) F. v. *other, oder, or*, alius; dat. *otherem, oderem, orem* contracte Hind. *orm*. Proprie, unus altero, Lat. *alter altero*.

elkema, quisque privatim, singulatim, sumtus. *Elk-man*, quisque homo, per apocopen *elkma'*. F. v. *alleramanna-ek, allermonnik*, F. *elk-ma'* pro *manna-elk*. F. *As elkmes 'n lyk part fen di wrâld jown wârd, scoene di mâste noch gnoárje dat hja to min krigene*, si bonorum vitæ cuique pars equalis distribueretur maxima pars se defraudatos quererentur. Goth. *manleika*, m. imago. Ags. *manlica* effigies humana, hominis imago. Lat. *formæ luporum, ferarum, deorum*, i. e. lupi, feræ, dei, ipsi. Hd. *mans-bild* (viri imago) vir; *weibs-bild*. (feminæ imago) femina; *frauen-bild*, (mulieris imago) mulier. Nl. v. *manlyk*, hominis imago, homo, quisque imaginem hominis referens. Nl. v. *elker manlijc*, quisque homo, unus-quisque: *man-lijc andren cussen ende helsen*, (quisque alterum i. e.) alter alterum, se invicem osculari et amplecti; *manlijc andren sijn gelof vergouden*, Nl. *Elk den anderen zijne belofte vergelden*. Nl. v. *Si scoten menich quarreel mallic op anderen in den stride*, Nl. *zij schoten elk op den anderen menig quarreel in het gevecht*. Ex his liquet *manlic-under* idem esse quod *elk-ander*. Alam. *manno-lic*, unusquisque, Graff. II. 750. Deinde *mallik* assimilatis literis formatur ex *manlyk*. Porro Neerlandi inverse et perverse pro *mallic op anderen* dicunt *op elk-ander schieten*. Rite constructa est phrasis, Nl. *De wilden eten elkander*, Ang. *It is said, they eat each other*. Nl. v. *Mallik, malk*, Nl. *malk-ander*, Hol. *malkaar*, dial. *menaar*. Huid. Stoke, VII. 1005.

Eandem sequuntur normam Frisii. *Mannich*, O. F. W. 10, unusquisque, ut *alre-land-ick* (omnium regionum quæque) unaquæque regio, ib. 12. *Ick* (ik) idem quod F. v. *ec* (êk) Ang. *each* (iitsj), *Manlyck*, F. u. 1436, Ch. I. 512, unâ, *Ghi (Sicka to da Dick end Sacka Ubba-soen) sullet bytalen jonga Asgha to Mantghem manlyck so fele als Aesgha mit sin sempel word inwennen wil*, Nl. *Gij zult met elkander zo veel betalen, als* cæt. F. u. *Mallick den anderen*, Ch. I. 878, b. supra. *By mankourem*, Gabb. 69. *Manliken mey mankorum*, Gabb. 86, 93. *Manlyck mijt ourum*, Gabb. 48. *Mith manlik oderem*, Ch. I. 539, a. *Mit monkkourum*, Gabb. 66. *Onder monkourum*, Gabb. 69. *Mit manluck-oedrum*, Gabb. 68. *Under mallic ourum*, Gabb. 50. Ex *malk-* vel *menk-oar* hodierni Frisii habent *mekoár*; ex *elk-oar* ducunt *elts-oár*, quæ sunt synonyma.

EM, m. F. v. (eem) avunculus (matris frater) F. *iem*. F. v. *federia, fedria*, m. patruus, (patris frater); *êm*, gen. *émes*, dat. *êm*; pl. *émen*. *Fedria* cum exoleverat, F. *iem*, Nl. *oom*, et matris et patris fratrem notare cepit. Sax. n. *Oyme van vaders of moeders wegen*, Teuthonista. Frisii hodierni ex *ome*, avunculus et patruus, adoptaverunt dimin. *omke*, cg. idem. — In genere diminutiva sunt neutra; *de houn*, cg. canis *it honke*, n. canicula; *di broar*, cg. frater, *it broárke* fraterculus. Excipe Nl. *de oom*, m. F. *de omke*, cg. Nl. *de moei*, f. F. *de moike*, cg. amita; forsan quod utraque vox notione diminutiva caret.

Digitized by Google

omke-sizzer, qui aliquem avunculum, patruum vocat, i. e. filius vel filia, sive sororis, sive fratris. Gal. *neveu*, *niece*, Ang. *nephew*, Nl. *neef*, avunculi vel patrui filius; *nift*, avunculi vel patrui filia. Gal. *cousin*, Ital. *cugino*, B. L. *congenitus*, consanguineus. F. *miig*, cg. consanguineus; nepos ex sorore vel fratre; sodalis, socius, *Hark ris, miigh!* Audi, bone! Goth. *mêgs*, gener. Ags. *mæg*, *meig*, cognatus, propinquus. Nl. v. *maegh*, idem.

Propinquorum nomina Friisii aliquando inter se commutant. Pater et mater in idiomate veteri Saenredammæ et Follendammæ vocabantur *taet en mem* (F. *heit ind mem*). Frisiis australibus vero *taet* est avus. F. *beppe*, avia (paterna), Saenredamenses *beppe*, senex, vetulus exoletus.

In nuptiis secundis Hollandi liberi ex nuptiis primis nati vitricum et novercam compellant ut suos parentes mortuos ipsos, *vader* en *moeder*, (F. *heit ind mem*.) Apud Frisios nomina ista venerabilia honorificaque cum parentibus ipsis in nocte sepulchri sunt defossa. Privigni privignæque vitricum compellant *omke*, avunculus; novercam *moike*, amita, quem honorem novi parentes privignis remunerantur præmio libi sacharini longioris, cui crustæ extremæ abscissæ sunt.

EM, m. F.b. strider, Bend. 230.

eme, vb.n. stridere instar aquæ mox ebulliturræ, vaporare. Isl. *ymia*, stridere; *ymi*, anhelans, grandisonus, n. p. v. F. *hymje*, anhelare. Isl. *Ymi*, n. p. v. F. *Ime*, n. p. v. Ymk, *Ymkje*, n. p. f. Confer F. *imerke*, cicada domestica strepens. F.b. *im*, f. pl. *imen*, apis, apes, Sax. n. *immen*, idem. Joh. 9.

EM, EMM, adj. F.b. sensilis, sensibilis. Nl. *kleinzerig*, Ang. *touchy*. Isl. *eyma*, leviter vulnerare, (*eymdr* levitar vulneratus) læsionis dolorem quemdam sentire. Isl. *eymd*, f. miseria. Hald. F.b. *eem*, pellicula tegens recenter sanatum vulnus. Isl. *eyma*, misericordia tenera captus esse, Jonsson, 115. F.b. *eemhertich*, adj. tener in animis. Nl. *tederhartig*. Outzen, 55.

EM-BRASTIGH, F.b. ad verbum Nl. *tederborstig*, Nl. *aem-borstig*, Hd. *engbrustig*, asthmaticus. Joh. 153.

EMEDA, F.v. urbs Emdana. *M* allicet *B*, quare hodie audit *Embden*, ut F. *himbd* pro *himd*, indusium, et Nl. *hembd* pro *hemd*. *Emeda* ex *Emutha*, supra p. 816. *E* (6) aqua, fluvius; *eem*, aqua, flumen; *a*, *aem*, idem. *Aemse*, *eemse*, flumen Amasis. *Eem-mutha*, ostium Amasis. — Plures urbes tum Neerlandicæ, tum Anglicæ ad ostium fluminis sitæ inde denominantur, ex. gr. Nl. *Dender-monde*, *Roer-mond*; *Gene-mude*, *Isel-mude*; Ang. *Ex-mouth*, Ags. *Exanmuth*; *Plym-mouth*; *Ports-mouth*, Ags. *Portesmuth*; *Tynemouth*, Ags. *Tinan-muth*, cæt. Præterea Chron. Saxonicum citat *Afenemuth*, *Fethermuth*, *Fromuth*, *Limenemuth*, *Northmuth*, *Pedridanmuth*, *Sturemuth*, *Tamermuth*. Lat. *ostium*, fluminis porta. *Ostia* urbs ad ostium Tiberis. Στόμα.

EMER, EMERSK, adj. adv. F.c. merus, immixtus, solus. *Emer lust*, mere libido. Confer *eigenlust*. — Paululum, *'n emer mæl*, paululum farinæ. Stür.

'n emerke, n. micula; synonyma sunt F.c. *jeets*, F. et F.c. *'n spier*, *'n sier*, Nl. *griselke*. Stür. 47. Confer thema *em* in Ags. *emtig*, vacuus, Ang. *empty* cum Hd. *ledig*, vacuus, solus.

EMER, (émer) F.b. favilla. Nl. v. *amer*, idem. Outzen. Ang. *embers*. Ags. *æmirie*, f. Isl. *eymyria*, f. Amr. *eemrang*, n. favilla ardens; *eemrang iiib caldagh*, favilla in foco, Fêr, *emering*. Joh. 7.

EMK, (eemk, êmk) F.b. Amr. homo torvus, tristis et morosus, *Hat 's rocht an êmk*. Isl. *emja*, misere ejulare; ululare ut athletæ furiosi. Egil. Joh. 7. Sax. n. *emerie*, infantis morosi et queruli voces fictæ.

EMSK, adv. adj. F.b. uno eodemque tempore. *Lok an uenlok kem egh emsk*, fortuna secunda et adversa haud eodem veniunt tempore. *Jo kem man wan sen an muun emsk skiin*, veni cum sol et luna simul lucent, i. e. cum dies faciem præbet serenam. — Ags. *emb*, *em*, *emne*, Ags. *even*, equalis, par; *em-niht*, equinoctium. Ags. *emne-cristen*, Inwyt *emcristén* (con-christianus) Nl. *medechristen*, Nl. *even-mensch*, naturæ humanæ mecum particeps, Hd. *eben-bild*. Ags. *emne-* vel *efen-theow*, conservus. Confer Hd. *gleich*, Nl. *zo gelijk*, statim, mox; *gelyk*, similis. Lat. *simul*. *Simul; simul-ac; similis*. Nl. *Even*, equalis, par; *zo even*, vix, momento recentissime præterito. (Lat. *Advenio Atheruute vix*. Enn.)

Digitized by Google

EN, præp. F.v. ad, in, F.v. *an*, F.u. *an*, F. *ún*, *ún*; Ags. *an*, Ang. *on*.

F.v. *lithwei en tha tanen*, F. *lidwei ún 'e tennen*, serum sanguinis in pedum digitis. — *Sa skelen tha deda en riuchta scrifta stonda*, delicta vera descriptione oportet exponere. — *And hiara hus en bronde*, F. *ind hjar hús ún 't barnen* vel *yn 'e brún*, et eorum domus si flagrat incendio. Ang. *heavens on fire*, cœlum ardens; *To become on fire*, flammam concipere. F.v. *Thene mon en nara end en nede unthonkes halda*, hominem se invito anguste tenere captum.

EN (ên) F.v. unus, ex *an*, idem. F.v. et *an* et *ún* pro variis locis et temporibus frequentabant. *A*, *á* abiit in *é*, Sax.v. et F.v. *én*, Nl. *een*, et *é* in *ie*, F. *ien*, *en* vel *in*, *'n*. Contra *à* in Ags. *an* se deflexit in *o*, Ang. *one*. F.v. *ên*, m. gen. *enes*, f. *enere*, *enis*, n. *enes*. m. dat. *ena*, *annen*, f. *enere*, n. *ena*. m. accus. *enne*, *annen*. Numerale unus, F.v. *ane* et *én skilling*, F. *tén sceljen*. Ags. *án scilling*, Ang. *one shilling*.

Hy mist tén, sc. *fen di fif*, amens est, insanit, (quinque sensuum caret uno.) Prov. *Twa wite mear as tén*, duorum consilia plus valent consilio unius. *Tén soan ind dy bidoarn* supra 244. *Tén tejin twa is moárdners-wirk*, pugna duorum contra unum sicarii est: nihil Frisiis despicabilius est victoria, quam robustus de debili vel plures de uno reportant. *It is tén tejin thúzen dat 'n geleert man eák 'n wiis man is*, rarissime viri docti idem sunt qui viri sapientes.

By tén, junctim. *Di boel by tén dwaen*, alterum alteri addere, jungere; *bij tén hálde*, rem familiarem tueri, conservare; socios tenere junctos. — *Fen tén scúrre*, dilacerare. — *Yn ténen*, inopinato, momento citius. — *Yn tén dwaen*, inserere rem rei. — *Mei tén* vel *ténen*, simul, mox. — *Oan tén*, continue, indesinenter; *Jirren oan tén op 'e keage scoálle gien, ind noch by di A*, postquam multos continuos annos frequentavit scolas altiores adhuc hæret in elementis. *Twa oeren oan tén stie' ik yn 'e foárkeamer to wachtjen eér 't di abbekaet by mi kaem*, duas continuas horas causidicum in ejus atrio manebam. Ags. *on an*, idem. — F.v. *wr én wirda*, convenire inter se F. *oer tén komme*, idem; F.v. *wr én moghen*, inter se convenire possunt. — *Op tén steapelje*, cumulare rem re. *Op tén ear lizze*, dormire. *Op tén foet downeje*, (obsc.) futuere. — *Út tén itse*, extricare. — *Tén, twa, thryje!* raptim! — F. *iener*, gen. f. *Wi binne hjir eák fen iener stond komd*, recenter advenimus.

F.v. *an*, *en*, τίσ, aliquis. F. *ien*, sensu numerali *tén* quadam emphasi effertur, quæ duabus notatur virgulis; contra sensu articuli indefiniti debilitatur sonus et *ien* fit *en* et *'n*: *en* vel *'n man*, ἀνήρ τίσ; *tén man*, vir singularis. Articulum indefinitum Latini fere omittunt; autores classici tamen *una adolescentula*, F. *ien*, *'n jung-faem*; *unus paterfamilias*, F. *ien*, *'n heit*, non abhorrebant. Lat. *unus quidam*, pro *quidam*, Nl. *zeker iemand*. Angli hoc sensu Ags. *an* ante vocalem intactum linquunt, et ante consonantem apostole mutitant in *a'*. Sensu numerali integrum *one* frequentant; *There stands a house, but one man lives in it: tén*, idem: *Mei it polletike lichem is alles yn tén dwaen; oer-al rottige stéden*, res politicæ eodem et uno sunt statu; quaqua tetigeris ulcus. — *Tén-ind-it-selfde*, prorsus idem, Lat. *exitus unus et idem: eadem et una res*. F. *Forsupe yn 'n lánsleat, oaf op di greate sea, komt op tén-ind-it-selfde wet; déa' is dea'*. — *Ien*, *jen*, *jin*, præstat vicem relativi, se, Nl. *sich*, Hd. *sich*, quo Ags. Ang. et Frisii carent. Verbum plurale respicit antecedens *men*, plur. vocis *man*, homo. *Men soene jin forgrieme, as di bern hjar mem smachte litte fen hunger*, perdant me Dii, si patior liberos, qui matri fame cruciatæ non succurrunt; Nl. *Men sou sich aangrijpen*. F. *It is jin nat alike folle ho it giet*, homo frugi haud friget ubi res agitur sua; Nl. *Het is iemand niet even-veel, hoe 't gaet*. F. *Men matte jin wite to ræden*, quisque præsto sit sibi ipsi, Ang. *Help your self!* F. *Fal 'n ungelokkich minsce nat kird; men wite net hwat jin selme oerkomme ken*, ne gravis sis miseris ignarus quod fatum maneat te ipsum. — *Ien*, Nl. *iemand*, aliquis; *It scoe jin grize, dat rikelius fammen it scone iten fordwane, dær di earmen mei hungerige kelsen nei snakke*, horror aliquem perfunderet, cum famulæ divitum perdunt fercula, quibus pauperes

Digitized by Google

inhiant. Angli *one* et *men* eodem usurpant sensu; Ang. v. *The wits live obscurely, men know not how*, F. *fornuften libje forgetten, men wite nat ho;* Ang. *The wits die obscurely, men mark not when*, F. *Di fornuften steárre forgetten, men merke nat wenneer.* Nota *wite*, sciunt, pro sing. *wyt*, scit, quod respondet plurali *men*. Pro *men* hodierni Angli habent *one: one knows not how; one knows not when, One may be little the wiser for reading all the pamphlets of politising men*, in quo loco et sensu Frisii tantum *men* usurpant, *men wite nat*. In medio et relative Frisii et Angli ambo *ien* et *one* utuntur; *It is not so worthy to be brought to heroical effects by fortune or necessity, like Ulysses and Æneas, as by ones own choice and working*, F. *as by jins ein kar ind wiirking. — Scoe it jin nat grize dat di boerefeinten efter di ploech weihelle wirde um oare minscen dea to sjitten, yn pleats fen it iten foár hjar klear to meitsen?* Nl. *Zoude 't ons niet gruwen, dat flinke boerenknapen achter de ploeg worden weggehaeld, om hunne evenmenschen dood te schieten in plaets van ze voedsel te verschaffen? — Jin*, gen. *jins; men matte jins ălders næst Goad foár eagen hălde*, post Deum primi parentes colendi sunt. Nota voculam *ien* sensu relativo efferri *jin* in media phrasi; si phrasin absolute aperit manet *ien, en, 'n*, Prov. *'N man 'n man; 'n wird 'n wird*, standum est a promissis. Analogice Angli *one* efferunt *woán*, quod Walker scribit *wün*, et Knowles *oan*, ut F. *jin* pro *ien*. Ang. pl. *ones, The great ones of the world.* F. pl. *ienen, It is nòftik dat di bern by ienen komme ind nat by tsjienen, lyk as di biggen.*

al ên e, F.v. (totus unus) Nl. *alleen*, F. *ăllinne*, Ang. *alone*. F. *rin-ăllinne*, perpetuum mobile. Prov. *Ien ongelok komt nea allinne*, Ang. *Misfortunes come never singly.*

ienbar, adj. in aliquo loco solus habitans; i. e. absque contubernali; solitarius, remotus ab hominum commercio. *'N ienbar ăldfeint*, Ang. *an old batchelor living aloue. — Ho grouwelike ienbar binne dy heidefjilden fen Drinte!* quam horrenda solitudo regnat in campis Drenthiæ ericæis!

enich, êng; F.v. (anich) *ang*, F. *ienig*, ullus, quispiam. Ags. *anig*, Ang. *any*. F. *ienich, iénich, jinnich*. Prov. *Jinnige priisje di man, oare lekje him*, laudatur ab his, culpatur ab illis.

ienlik, jinlik, adj. solitarius. Ags. *anlic*, unicus, singularis, Ang. v. *onlike*, idem; Ang. *only*, idem. *It wennet my dær to iénlik op it heidefjild*, solitudo mansionis in medio ericeto mihi non placet.

ên dracht, F.v. *éndrachtighéd*, F. *iendracht*, cg. concordia. Prov. *Iendracht makket macht*, Belgæ *L'union fait la force*, Nl. *Eéndracht maekt macht*, concordia res parvæ crescunt. *Ién*, unâ; *dracht*, portatio; *téndracht*, actus quo plures unâ portant ejusdem rei pondus. Ducta ex figurata notione verbi *drage*, portare, est phrasis Nl. *zich eerlijk dragen*, Gal. *se porter en homme honnette.* Nl. *Zij zijn éndrachtig*, proprie Gal. *Ils se portent unis par le méme sentiment.*

iendrachtich, adj. concors. *Iendrachtigen ta goed binne sterker as iendrachtigen ta it queade.*

endrachtelike, adv. F.v. unanimiter.

ien-each, cg. unoculus. Ags. *aneage.*

ienfâlde, cg. inaffectatus candor, simplicitas, Ags. *anfeald*, Nl. *éénvoud*, idem.

anfealdlic, adj. Ags. simplex, singularis. *An*, unus, *feald*, plica, F. *fâlde*, (fâde) Ang. *fold*, Nl. v. *voude*, Nl. *vouw*, *eenvoud*. Gothi *falthan*, plicare; *ainfalths*, adj. simplex, sine vitio; *ainfalthei*, f. simplicitas. Gothi *falths* et *falthan* reliquerunt in Italorum *falda*, plica, et *faldare*, plicare. Confer Lat. *simplex*, sine plica.

ienfâldich, adj. simplex, absque astutia et artibus. *Di byfeinten ieze op ienfăldige minscen*, homines dolosi incallidorum bonis imminent. Nl. *eenvoudig.*

enfaldechêd, f. F.v. *ienfăldecheid*, cg. simplicitas.

ienfâldens, cg. candor, simplicitas. Ags. *anfealdnes.*

iénhoarn, cg. unicornis. Ags. *enhorn, anehyrned; anhyrne deor*, fera (cervus?) unicornis.

iénhân, cg. unimanus. Ags. *anhend, anhynd.*

ienling, jinling, cg. proles singularis, infans unicus. *Is it 'n gledde widdou?* Anne orba est vidua? *Né, hja het 'n*

Digitized by Google

jînling, non est, singularem habet natum sive filiam.

íénkennich, adj. (infans) assuetus matri et familiæ, a cæteris aversus eosque respuens. *Ien*, unus; *kenne*, noscere, inter suos habere. F.o. *eenkennig*, Stür.

ien-lopen, adj. F.u. cœlebs, innuptus, innupta. Proprie, solus euns; F.u. *'n ienlopen mins is niet feul*, homo innuptus multis eisque dulcissimis vitæ commodis caret. Nl.v. *eenlopigh gheselle*, Kil. juvenis cœlebs, qui neque uxorem, neque prolem, neque familiam alit, sed solus quocumque lubet vagatur. Kil. Ags. *ænlipig*, *anlepig*, adj. singularis, (singuli) quisque; solitarius, privatus. Ang.v. *anlepi*, *onlepi*, per aphæresin *lepi*, sed per syncopen *alpy* singularis, solus, innuptus. Inwyt, *ennelepi. Ane es fornicacion, a fleschly sinne betweeen an anelepy man and an anelepy woman.* MS. Harl. 1022. f. 73.

For wele more synne it is
To synne with a wedded wife,
Than with an anlope iwis.

MS. Cantab. Ff. v. 48. f. 86. Halliwell. p. 64. Ang. *a single maid*, virgo innupta; *a married woman*, uxor. Nl. *vrij-gezel*, juvenis liber, i. e. innuptus. Ags. *an*, *æn*, Ang.v. *an*, *on*, F.v. *én*, F. *ien*, unus; *hleapan*, saltare, currere. Ang.v. *leppe*, (F. *ljeppe*), saltare; *leppis*, F. *ljeppen*, pl. saltus; F.u. *lope*, currere, (F. *rinne*, idem) pf.p. *lopen*. Ang.v. *lope*, longis passibus gredi, saltare; *lope-staff*, Ang. *a leaping-staff*, contus quo sulcos aquarios saltantes superant. F. *leáp-pols*, Nl. *spring-stok*. Ags. *hlœpian* in *an-lipig*, figurate notat *esse;* eandem vim habet *stan*, stare. (Lat. *stare*, Ital. *estare*, Gal. *être*, *être*, esse.) Ags. *anstandand*, (solus stans) monachus: *anstond*, idem. — Nl. *sit*, sedeo, pf. *sat*, sedebam, Nl.v. *eensaeter*, *eensidler*, eremita: *een-sedel*, anachoreta. Kil. — Ags. *stæppan*, Nl. *stappen*, F. *stappe*, Ang. *to step*, gredi, Ags. *anstape* (solus gradiens) eremita. — Ags. *buan*, habitare, Ags. *anbuend*, (solus habitans) eremita. — Ags. *licgan*, jacere, pf. *læc*, *leac*, *lage;* *anlaga*, eremita.

ien oar, alius. ien-oár, se invicem. Prov. *Di Jöden hawwe jamk roesje under ien-oár, mar as it to ræden is um ien gojim to smuten, binne kja it iens.* — *Ien oar mei sisse kwat er wol, mar dy*

twa binne it iens mei 'n-oár, garriant alii pro lubitu, hoc par amantium sese invicem desponsavit. *Ien-oár* idem cum *elk-oar*, *elk-oár*, *elts-oár*.

íén-opsile, cg. restis, qua equus singularis trahit aratrum vel essedum; *dubelde-sile*, qua duo trahunt equi.

ienriedich, adj. cui sedet sententia, propositi tenax, de homine singulari; de pluribus Ags. *anræd*, unanimis; de uno, constans, perseverans. F. *twariedich*, adj. qui dubius hæret.

ienriedich, adj. concors, de pluribus.

ienis, adv. semel. genit. nominativi *ien*. Prov. *Men matte ienes kéatje; better ier kéate as let*, vis innata desævienda est semel; præstat tamen juventute quam provectiore ætate. *T is ien quae paed der me nin meer as iens gæn ken*, mala, i. e. periculi plena via est, quam quis tantum semel facit, i. e. via perdendi omnia, virtutem, famam, valetudinem, vitam. Burm. 65. F.v. *enes*, *enis; ense*, *ens*, Ags. *anes*, Ang.v. *ones*, Ang. *once*. Ang.v. *anes*, once; just like. F.u. *ewen-iens*, Nl. *eveneens als*, prorsus idem, F. *iens-allyk*, idem. F. contracte, *is*, pro *iens*, ut Hind. *ees* pro *eens*.

ien-ris, semel, *noch-ris*, denuo, *twa-ris*, bis, *thrye-ris*, ter, *feówer-ris*, quater: *ris*, *reis*, iter, vicis. Prov. *Men is mei ténris nat holpen*, bene cum hominibus est agendum ut tibi faveant et tuis commodis continue inserviant; quid juvat semel tantum ab illis affici lucro?

íén-settich, adj. ante ferens, præferens, ex. gr. quendam cibum. *Di sciep binne ien-settich*, oves exquirentes, fastidiosæ sunt in pastu; mandunt solam teneram eamque optimam herbam, *Di sciep binne geset op koárt ind fyn gærs; geset*, cupidus, avidus, appetens, *sette* ponere: *stelle*, ponere, *gesteld*, appetens.

íén-sinnich, adj. obstinatus, suæ opinionis suique decreti tenax, pertinax.

ên-sket, F.v. haud plus vice simplici (rependere.) *Als y him beta skillet dat raef dat eensket ende dat oder*, rependes duplicem valorem rapinæ. F.v. *sket*, pecunia, pecuniæ summa, Ags. *sceat*, Ang.v. *scatte*.

êntale, f. F.v. pactum. Nl. *overéénkomst. Tale*, sermo, actio (in judicio.)

ên-winter, F.v. Ags. *an-vintre*, (unius hiemis, i. e.) unius anni, anniculus. Annos Germani computabant per hyemes. Contracte F. *inter*, unius anni

Digitized by Google

equus, taurus, bos. *Inter-hynxer*, *inter-bolle*, *inter-kou*. *Inter-weer*, aries anniculus castratus. Ellyptice *it inter*, n. scilicet *bist*, animal. Formantur eodem modo *twinter*, bienne animal, *thrinter*, trienne animal, ex *twa-winter*, *thrye-winter*. Ulterius hæc forma haud procedit.

ienigje, vb.a. unire, consociare. F.v. *enega*, *eniga*, *enigia*, in aliqua re consentire cum aliis eamque decernere; *di wilker is als hine da liued mitta schelta enighiet*.

eninge, f. F.v. conventio, pactum. Ags. *aninga*, adv. unanimiter, omnino, plane, sigillatim; *æninga*, adv. idem.

ENDE, F.v. et. Ex *and* supra 102. *Ende* fit *inde*, F. *ind*, *in'*. Nl.v. *ende*, Nl. *en*. Ex Goth. *and*, versus quid, obviam, secundum, juxta. Sic Neerlandi *benévens*, juxta, sensu copulæ *end*, et, usurpant, *De kolonel benévens een ritmeester gingen voorop*, præfectus equitum et decurio anteibant. — *Ende hwant*, Gab. 146, ad verbum Lat. (et enim) *etenim*, Nl. *want immers*, *immers*.

ENGE, n. p. v. *Engga*, n. patron. *Engwier* vicus in pago Wonseradela. *Engwierum*, vicus Dongeradelæ orientalis.

ENGELE, n. p. v. *Angilo* Först. 89. Sec. VII. Ags. *Engla-land*, (Anglorum terra) Ang. *England* tota qua patet Britannia. Analogice *Holland* designat omnes Neerlandiæ borealis provincias; pars primaria pro toto. F.v. *Frislond*, (terra Frisiorum) Frisia; hodie *Fryslân'*, *Frysloan'*, Nl. *Friesland*. Frisiis solemne erat varias regiones designare voce *lond*, præposito populi nomine, qui regionem habitat. Quantum ad Frisiæ partes, has quoque voce *lond* vel *land* indicant, sed præposito, vel nomine situs, vel incolarum; ex. gr. situs *Emder-land*, *Astergo-land*, *Butiaingera-lond*, *Norden-land*, *Auriken-land*, *Schoter-land*; nomen incolarum *Brokmonna-lond*, *Segelter-lond*, *Herlinger-lond*.

Engelsk, *Angelesk*, adj. F.v. Anglicus, Ang. *English*, (ingliz) F. *Ingelsk*. Ags. *Englisc*, *Englisc*, Anglo-Saxonicus.

It Ingelsk, sermo Anglicus. *Di faem sprekt Ingelsk*, virgo (loquitur Anglice) dives est. *Di faem lit di Ingelsce flach waeye*, virgo menstrua est, *Di Ingelscen binne op 'e kust*, idem. *Ingelsk doaf*, (Anglice surdus, i. e.) surditatem simulans; F.b. in insulis Fêr et Amrum *Ingels-duuf*, idem. Joh. 82. Taciturnitas Anglorum ad interrogationes extraneorum his erat simulata surditas.

Ags. *Englisc-man*, Anglo-Saxo, Ang. *Englishman*, *(inglismen)* F. *Ingelsman*, Anglus; pl. *Ingelscen*. Eodem modo *Franschman*, pl. *Fransen*, sed *Düetscer* pl. *Düetscers*; *Swoed*, pl. *Swéden*; *Deen*, pl. *Dénen*.

ingel-lân, Anglia. Ags. *Engla-land*, insula Anglosaxonum. Ang. *England*, (ingland) Ags. *Engla-feld*, Ang. *Ingle-field*. *Engelum*, n. vici in Menaldumadela.

A abiit in *æ*, *æ* in *e* et *e* in *i*. F.v. *Angelond*, *Angelesk*, *Englesk*, F. *Ingelsk*, *Ingeloan'*. Ags. (Anglia) *Englaland*, *Englisc*, *Englisc*, Ang. *English* (Inglisz).

Supra (p. 102) notavi F. *angel* signare vigorem floremque virentis herbæ. Quam appellationem si refers ad flavam comam et vultus candorem vegetam, quibus Frisii et Angli cæteris præstabant Germanis, Anglos ab hac parte fuisse notatos haud absurdum est. Grimmius suspicatur Frisios a compositis capillis fuisse denominatos. Gr. Geschichte 669. Ad illam faciei comæque figuram alludebat papa Gregorius per agnominationem, cum prima vice videns quosdam servos adolescentes *Anglos* in foro Romæ eos appellavit *Angelicos*. Confer lapidem sepulchralem Rinsumageestæ, in quo imago juvenis Frisii passis crinibus eisque in comarum annulos defluentibus, sculpta est. Hanc imaginem societas Frisiæ literaria tabula papyracea expressam publici fecit juris.

ENJEN, pl. agri pascui vicini vico Westergeest in pago Kollumerland. Multi agri in Frisia nomen ducunt a quodam possessore, ex. gr. *Auke Annes op de Enjen*, Gem. Westergeest. Sectie A. n° 116. 1 B. 19 R. 80 E. *Het midden op de Enjen*, Sectie A. n° 119. 58 R. 60 E. — *Enjen* ex *enges*, sing. *enge*, Isl. *engi*, n. pratum, Dani *eng*, Sueth. *æng*; F.b. *eng*, *inge*, pratum in clivo. Outzen. Ags. *ing*, pratum, pl. Ang. bor. *the inges*. Alam. *angur*, arva. Goth. *vinja*, f. idem. Sax. n. *de wangen*, prata in fluminis Isalæ ripis. Ang. North. *ing*, pratum humile contiguum flumini. Halliw. Inde terminatio *ing* in nominibus Anglis vicorum *Basing*, *Reading*, cæt. Lye, *ing*, *inge*. Confer Sax. n.

Digitized by Google

ENK.

enk, tractus certus arvorum et pratorum urbi vel vico contiguus et plerumque incolarum bonum commune.

ENK, m. W.o. matris frater. E. I. 191, 365. Hd. *enkel*, nepos. Hol. v. *enckel*, idem, Kil.

ENKET, cg. F.u. F.o. F. *inket*, Nl. *inkt*, atramentum. Gr. ἔνκαυστον, rubri coloris liquor, quo imperatores Romani ad scribendum utebantur. Lat. *encaustum*. Itali *inchiostro*, Ang. *ink*.

inket-spîn, F.o. atramentarium. F.o. *spîn*, arca, omne vas aliquid continens. F. *spine*, cella cibaria. Nl. *spinde*, idem, promptuarium, armarium; per aphæresin ex *dispende*, Ital. *dispensa*, Gal. v. *despense*. B. L. *despendium*, *dispensa*, *spensa* (Cange) armarium. Nl. v. *spende*, *spinde*, F. *spine*, F.o. *spin*, cella penaria, plene *itens-spine*. Confer *spende*, Bnl. IV. 943.

inket-hoarn, cg. atramentarium, forma cornu vel cornu ipsum pendens de scriptoris pectore. Grimm. Lex. *dintenhorn*. F.o. *enket-fat*, vasculum atramentarium; *encke-hoirn*, C. M. 50. Ang. *ink-horn*.

ENN, m. (ên) F.b. vespera. Contracte ex F. v. *efend*, Ags. *æfen*, Ang. *evening*. Ita et Hind. *ém*, idem. Bend. 82. Supra *awend* 136. Confer Gr. ἑσπέρα, (espera, êpera) cum Germ. *êfera*, Ags. North. *efern*, vespera, m.

ênne, vb. n. F.b. vesperascere. Bend. 230. F. *jwn*, vespera, *jwnje*, vesperascere. F.b. *to enne*, citissime vesperascere, ultima vespera fieri. Bend. 245. F. *tajwnje*, celerrime vesperascere. *It jwnet ta*, tenebræ verpertinæ cito increscunt. ib 245.

ENNE, n. p. v. *Anne*, idem. Ags. *Anna*, Turner Ags. Hist. I. 378, unde patron. Ang. *Anson*, Annæ filius, F, (Enneson) *Ens*, n. patron. *Ennema*, idem. *Ansingh*, n. p. Drenthanum. Confer *Anne* p. 105.

ENNELBUDE, m. W.o. procus. F. *fryer*, Hd. *freiwerber*. Ags. *unnan*, favere, permittere, consentire, donare; pf. *an*. Ang. v. *an*, favor, donum; amor. Isl. *unna*, præs. *an*, faveo, diligo. Nl. *bode*, nuncius; *ennel-bude*, amoris nuncius? E. I. 365.

ENOCH, ANôe, adv. F. v. *enoegh*, *anoegh*; satis, O. F. W. 131. F. *nóagh*, *genóagh*; ex *anoch*, *enock* fluxit Ang.

EPE.

enough, Ags. *genoh*, *inoh*, *noh*. Isl. *gnog*, *nog*.

noagh, adj. percoctus; ellyptice, ut videtur, pro *noagh séan*, satis coctus. Alias *géar iten*, cibi rite cocti. Prov. *Gear iten tynt naet wet*, G. J. (cibi bene cocti se in stomacho non distendunt) pare gulæ!

ENS, terminatio substantivorum quæ formantur ex adjectivis: ex. gr. *di fierens*, longinquitas, ex *fier*, longinquus; *frommens*, candor, *greatens*, *gruttens*, magnitudo, ex *from*, candidus, *great*, *greut*, magnus; *thjockens*, spissitudo, ex *thjok*, spissus; *likens*, similitudo, ex *lyk*, similis, omnes cg. Haud aliter substantiva masculina F. b. *de fierense*, *de gröttense*, *de tjockense*, *de lickense*, Bend. 65, 72. Pro *-ens*, Ags. et Ang. *-nes*, f. Ags. Ang. *gódness*, *greatness*, *thickness*, Ang. *likeness*. Confer terminationem substantivam *-eins*, in quam quædam voces apud Gothos desinebant, ex. gr. *balveins*. *goleins*, *dautheins*, *qisteins*, *naseins*, *lageins*, quæ tamen sunt verbalia, dum F. *-ens*, ut Ang. *-nes* postponitur Frisiorum adjectivis. Gabelentz et Loebe, Gram. Goth. 115. Insulani Wangerogenses eandem frequentant formam; ex. gr. *dait greinins*, F. *di grienens*. W.o. *wit witens*, F. *hwat hwyts*, Nl. *wat wits*, quid albi, F. *hwitens*, albedo. W.o. *wit nettens*, Nl. *wat nets*, concinni quid; *net* nostris Frisiis deëst, qui dicunt *hwat tejeps*. vel *kants*. E. I. 20.

ENSTER, ENSSER, ENTSTER, VNSTER, j. VNSEL, Fris. statera. Kil. Hodie *ünster*, libra elastica absque jugo, angina vel lancibus. Nl. v. *knip-waghe*. Phrasis *Hy is oan 'e ünster wæst*, (libræ appensus fuit) ambiens quemdam gradum tentatus, examinatus est, sive in artis, sive literarum studio. Sax. n. *punderen* tentare pondus rei librâ, examinare alicujus doctrinam, experiri alicujus ingenium vel proposita, vel progressus.

ENTEL, F. v. fimus, stercus. Kil. F. u. *entel-darm* (stercorium intestinum) intestinum rectum. Nl. v. *den eersdarm*, H. Jun. 24. 1ª ed. hodie *aersdarm* (intestinum ani) idem, *mast-darm*, idem, proprie, intestinum stercorium, ut *entel-darm*; Nl. *mast*, *mest*, stercus, H. Jun. ib.

EPE, n. p. v. *Epema*, n. patron. Angli *Epe-son*, *Epes*, *Epps*, n. patron. *Epes-*

Digitized by Google

EPEN.

home, contr. *Epsom*. F. *Epema*, n. gent. Gron. *Eppe*, n. p. v. (eppenson) *Eppens*, n. gent. Idem forte cum *Jeep*, n. p. v. ut *Jelle* cum *Elle*. *Epke*, n. p. v. *Epkema*, n. patron.

ipe, n. p. v. (Ipeson) *Ipes*, n. gent. *Ipema*, *Ypma*, n. patron. *Ypke*, n. p. v. *Ypk*, hodie *Ypkjen*, n. p. f. Confer Isl. *at æpa herop*, clamare ad arma; *óp*, inclamatio; *sigur-óp*,t riumphatio; *at æpa sigur-óp*, clamare Io triumphe! Ex *óp* et F. *ópke*, *Upke*, n. p. v. Isl. *Herop*, clamor bellicus. F. *Harop!* vox qua equisones incitant equos in stadio. Neque tamen despice Isl. *apr*, adj. asper, acer; prædicatum hominis moribus, gestu, et sermone austeri. Hald. Jonsson.

Nescio an huc pertinet Ags. *Eoppa* sacerdos, Chr. Sax. An. 661. Mutata *e* in *i* et *i* in *j*, *eoppa* fiebat F. *Jopa*, n. p. v. Wassenb. II. 176, hodie *Jop*, n. p. v. *Jeppe*, idem; *Juppe*, idem. Ang. *Jebb*, *Jobbson*, n. patron. *Jepson*, idem. Quidquid sit, corrige Lowerum *Jubb* ducentem a nomine Hebraico *Job*. Eng. Surnames, I. 168.

epa, Ags. n. p. v. F. *Jape*, *Jappe*, id. Ags. *Eáta*, n. p. v. F. *Jatte*, *Jette*, id. *Jattaje*, n. p. f. Ags. *Eóhric*, equi rector, F. *Jourick*, n. p. virorum. *E*, si transit in *i* ante *a* et *e*, fit j.

EPEN, adj. (êpen) F. v. apertus. F. *iepen* (F. u. *open*) comp. *iepener*, sup. *iepenste*. *Op syn iepenst wæze*, caute versari in aliqua re. Ags. *yppe*, *ippe*. F. v. *bi epena durum*, F. *by iepene doárren*. F. v. *bi epena dolge*, hiscente vulnere. F. v. *In epena kase*, in manifesto tumultu, jurgio pugillari. — F. *thicht waer*, F. u. *dicht weêr*, cœlum hyemale, quo glacies aquas navibus claudit; *iepen waer*, lene cœlum hyemis, quo aquæ fluidæ et nautis apertæ manent. *Di doar iepen bounje*, pulsu aperire fores. Ang. *The bounce broke up the door*. Dryden.

êplic, adj. F. v. apertus, manifestus.

epenber, adj. F. v. manifestus. F. *ipenbier*. F. u. *openbaer*, Nl. *baer*, Ags. *bær*, Ang. *bare* (bêr) nudus, manifestus.

êpenberlic, adj. F. v. manifestus.

êpen-hertich, adj. F. v. candidus, sincerus, apertus.

ipenheit, cg. occasio, *Iepenheyt ginne*, *forliene*, offerre occasionem. Nl. *opene gelegenheid*. — Alvus solutus, *Dær mat ipenheit komme*, alvus purgandus est.

ER.

Alias *iepen liif*; *Hâld swiet-oei ipen liif*, Ang. *Hold gentle open belly!*

epenia, vb. a. F. v. aperire. F. *iepenje*, ger. *iepenjen*, pf. *iepende*, p. pr. *iepenjende*, p. pf. *iepend*. Ags. *ippian*, pf. *ippede*; *Openian*, pf. *openode*, p. pf. *openod*. Nl. *openen*, *opende*, *geopend*.

epenberia, vb. a. F. v. manifestare, aperire, indicare. F. *ipenbierje*. F. u. *openbare*.

EPSE, nomen vici Saxonici vicini Daventriæ ad austrum. Vide *Epe*.

epsom, vicus Anglicus in Surrey. (Epsehome).

EPTICH, adj. accurate et munde elegans, concinnus et feroculus. Phrasis viget præcipue de virgine elegante et delicata, F. *It is 'n eptich ding*. Ang. *Thou noble thing!* tu egregia virgo! Shak. Notio *eptich* respuit omne, quod rude et conturbatum est. F. v. *eppe*, apertus; *epplik*, manifestus. Ags. *yppan*, manifestare; *yppe*, spectaculum. Analogice *specio*, contemplor, *speciosus*. *Specto*, *spectatus homo*, *femina spectatissima*; *spectaculum*. Confer Hd. *ippich*, Ang. *uppish*, proud, et Ang. v. *yep*, prompt, quick, quam vocem Stratman omisit. Vide suum opus *A dictionary of the old English Language*. Habet tamen sub *geap* formam *yeep*, 257. A brisk active person is said in Suffolk *to be yepper*. *The to and fourti weren yep*, *That leten ther hors gode chep*, Arthour and Merlin, p. 312. Halliwell, 946. Confer F. *ijdch*, adj. speciosus, et *un-ijdch*, deformis, F. *ik ijdch*, video.

eptige liu, familia in cultu et moribus accurata, concinna, mundaque.

eptigens, cg. (Gal. *air peigné*) fastidiosa elegantia in vestitu, moribus et sermone.

